
Klotzsch in herb. Kew. — Gregarium, cupulatum, demum planum v. repandum, umbilicatum, glabrum, 2 mm. lat. stipiteque flexuoso, ascoma æquante, flavo-brunneis; ascis clavatis 60 ≍ 7, octosporis, oblongis vel oblongo-fusoideis, 8-10 ≍ 2-3; paraphysibus filiformibus.

Hab. in lignis decorticatis, Venezuela.

7. **Helotium episphæricum** Peck 40 Rep. p. 66. — Ascomatibus minutis, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. lat., gregariis, subsessilibus, primo subhyalinis, dein rubescenti-flavis; disco subplano; ascis subcylindraceis; sporidiis oblongis v. lanceolatis, 5-6,5 ≍ 2,5-3. 4489

Hab. in Hypoxylo Morsei vetusto, Elizabethtown Amer. bor. — Habitus *H. citrini* sed multo minus.

8. **Helotium mycetophilum** Peck 43 Rep. p. 33. — Ascomatibus gregariis, minutis, 250-350 μ. lat., sessilibus vel stipite brevissimo suffultis, planis vel convexis, vix marginatis, extus flavidis; hymenio aurantiaco; ascis oblanceolatis, 75 ≍ 10; paraphysibus filiformibus; sporidiis oblongo-ellipsoideis, continuis, endochromate interdum diviso, 15-17,5 ≍ 7,5-9. 4490

Hab. in Fomite fomentario vetusto, Rainbow Amer. bor. — *H. citrino* et *E. episphærico* subaffine.

9. **Helotium aurantiacum** Cooke Grev. XIX, p. 106. — Sessile vel subsessile, planum, disco aurantio, margine tenui, erecto; ascis tereti-clavatis, 80-100 ≍ 7-9, 6-8-sporis; sporidiis fusoideis rectis v. curvulis, 2-5-guttatis, demum pseudo-septatis, 14-18 ≍ 4-5; paraphysibus simplicibus, copiosis, filiformibus. 4491

Hab. in pag. inf. foliorum emortuorum, in America boreali (J. B. Ellis). — Ascomata 2-4 mm. lat.

10. **Helotium scutellatum** Kalch. et Cooke Grev. XIX, p. 72. — Sparsum, sessile vel subsessile, 2 mm. diam., planum carnosulum, umbilicatum, margine obtusum, extus furfuraceum; disco concolore; ascis tereti-clavatis, 101 ≍ 11, octosporis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, brunneolis, 16-19 ≍ 5, pseudoseptatis; paraphysibus filiformibus. 4492

Hab. in foliis coriaceis emortuis in Capite Bonæ Spei (Mac-Owan). — Fungilli color idem ac folii quo innascitur.

11. **Helotium acicularum** (Roll.) Sacc. *Calycella* Roll. in Bull. Soc. Myc. V, p. 170, t. XV, f. 3. — Carnoso-ceraceum, crassum, primitus turbiniforme, dein applanatum, plus minus regulare, margine leviter prominente, 2-3 mm. lat. extus albido-flavum; disco vitellino, carne alba; ascis oblongo-clavatis, marginato-dehiscenti- 4493

bus et sursum jodo cærulescentibus, octosporis, 160 ≈ 10-12; sporidiis amygdaliformibus, 10-12 ≈ 5-8, hyalinis, aliquando granulosis; paraphysibus filiformibus.

Hab. in acubus Laricum, Zermatt Helvetiæ.

12. **Helotium discedens** Karst. Hedw. 1889, p. 191. — Ascomatibus 4494
sparsis, sessilibus, firmis, concavis vel planiusculis, margine prominente, disco flavente-luteo, extus dilutioribus, glabris, latit. 1. mm. lat.; ascis cylindraceo-clavatis, 8-sporis, 50-60 ≈ 5-6; sporidiis distichis, cylindraceis, rectis vel curvulis, 3-5-guttulatis, hyalinis vel flavente-hyalinis, 6-9 ≈ 1; paraphysibus filiformibus 0,5. μ. cr.

Hab. ad corticem arborum frondosarum in Minas Geraes, Sitio Brasiliæ — Ascomata demum membranacea, tenuissima, alba, hymenio destituta sæpissime inveniuntur.

13. **Helotium pezizoideum** Cooke Phil. Grev. XIX, p. 72. — Sparsum, 4495
sessile, cupulatum, demum planum, repandulum, disco aurantio-flavo; extus album v. pallidum; ascis tereti-clavatis, 70 ≈ 7, octosporis, sporidiis fusoideis v. oblongo-fusoideis, rectis v. curvulis, 7-12 ≈ 2; paraphysibus filiformibus.

Hab. in ligno emortuo, inter muscos, Waitaki Novæ Zelandiæ.

14. **Helotium amœnum** Fautrey Rev. Myc. 1891. p. 124. — Ascoma- 4496
tibus subsessilibus, copiosissimis, stipatis, albidis v. viridulis, disco plano-convexo, margine acuto; ascis clavatis, 80 ≈ 10, 4-8-sporis; sporidiis subdistichis in asci apice sitis, fusoideis, continuis, curvulis, hyalinis, 4-guttatis, 13-15 ≈ 3.

Hab. in Aspidio Filice-mare in silvis Côte-d'or Galliæ.

PHIALEA Fr. — Syll. VIII, p. 251.

1. **Phialea flexipes** (C. et Ph.) Sacc. *Hymenoscypha flexipes* Cooke 4497
et Phil. Grev. XIX, p. 106. — Sparsa v. cæspitosa, stipitata, piriformis dein infundibuliformis 1-2 mm. long., 0,5-1,5 mm. lat., margine integro, inflexo, extus granulosa, pallide alutacea, disco saturatiore; stipite longo, flexuoso; ascis anguste clavatis, 35 ≈ 3, octosporis; sporidiis fusoideis, 4-6 ≈ 1; paraphysibus filiformibus.

Hab. in ligno decorticato in Britannia? (in herb. Kew.)

2. **Phialea Delavayi** Pat. Rev. Myc. 1890, p. 136. — Ascomatibus 4498
orbicularibus, concavis, minutis, intus e brunneo subfulvis, extus pallidis, glabris; stipite brevi, rufo-pallido; ascis cylindraceis, 80 ≈ 4-5, octosporis; sporidiis monostichis, ovoideis, utrinque obtusis, hyalinis, 6-7 ≈ 2, 2-guttulatis; paraphysibus filiformibus.

Hab. gregatim in ligno putri, Yunnan Sinarum (Delavay). — Fungillus 2-3 mm. lat., 1-2 mm. altus; affinis *Ph. Scululæ.*

3. **Phialea Carmichaelii** (Berk.) Sacc. *Hymenoscypha Carmichaelii* 4499
Berk., Phil. Grev. XIX, p. 106, *Peziza* Berk. in herb.? — Sparsa v. cæspitosa, stipitata, demum plana, 1 mm. lat., margine emergente, integro; disco fuligineo; stipite longiusculo, 2 mm. longo, brunneolo, basi tomentoso; ascis clavatis, 8-sporis, 90 ≈ 9; sporidiis fusoideis v. clavato-fusoideis, guttatis, 25 ≈ 5; paraphysibus filiformibus, copiosis.

Hab. in ligno dejecto in Scotia (?) (Carmichael). — Affinis *Ph. Scululæ.*

4. **Phialea furfuripes** (Berk. et Curt.) Phil. Grev. XIX, p. 73 (*Peziza*) 4500
Berk. et Curt. in herb. Berk. — Cæspitosa v. solitaria, stipitata, cupulata, 1,5 mm. lat., 2 mm. alt. brunnea, glabra; stipite pilis fasciculatis brevibus consperso; ascis cylindraceis, basin versus attenuatis, 80 ≈ 8, octosporis; sporidiis sphærico-ellipsoideis, 5-6 ≈ 4; paraphysibus filiformibus.

Hab. in ligno putri, Venezuela (herb. Berkeley). — *Phialea appendiculata* Oudem. Microm. nouv. I, p. 2. tab. II, f. 6-8 ad *Ciboriam ciliatosporam* videtur spectare.

5. **Phialea? coccinella** (Fr.) Sacc. *Peziza* Fr. S. M. II, p. 125, *Fungoides* etc. Mich. gen. p. 205. t. 86. f. 12. *P. nutans* Batsch, *P. cernua* Pers. — Tenuis, coccinea, cupulis infundibuliformibus, cernuis, stipite tenui longiusculo. 4501

Hab. ad ramenta in Italia media. — Cupula cernua, in variis observata, a loco pendet et vix nota huic propria. Videtur affinis *Ph. cyathoideæ.*

PEZIZELLA Fuck. — Syll. VIII, p. 275.

1. **Pezizella Clematidis** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 161. — Per- 4502
exigua, rosea; ascis teretiusculis in stipitem attenuatis, 30-40 ≈ 4,5; sporidiis elongatis, hyalinis, 2-guttatis, 6 ≈ 1,5; paraphysibus ramosis.

Hab. in sarmentis Clematidis Vitalbæ pr. Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

2. **Pezizella dilutelloides** Rehm in Hedw. 1891, p. 151. — Ascoma- 4503
tibus gregariis, sessilibus, primo globosis, clausis, demum patellatis, planis extus glabris, albo-flavidulis, siccis sæpe complicatis, plus minusve margine involutis, disco fusco-flavidulo, ceraceis, 0,5-2 mm. lat., parenchymatico-contextis; ascis cylindrico-clavatis,

apice rotundatis, jodo cærulescentibus, 60–70 ≈ 5, octosporis; sporidiis oblongis, rectis v. subcurvatis, continuis, hyalinis, 6-8 ≈ 1,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis.

Hab. ad petiolos putridos Robiniæ Pseudacaciæ Lichterfelde pr. Berlin Germaniæ (Sydow).

CYATHICULA De Not. — Syll. VIII. p. 304.

1. **Cyathicula serrata** (Hoffm.) Sacc. *Peziza serrata* Hoffm. Crypt. II, p. 26, t. VII, f. 4, *Cistella* Quél. Ench. p. 320. — Ascomatibus globoso-cupularibus, substipitatis, minutis, tenuissime pubescentibus, albo-hyalinis, margine denticulato; disco carneo; sporidiis teretifusoideis. 4504

Hab. in lignis putrescentibus in Germania et Gallia. — Ascomata caput aciculæ æquantia.

ALLOPHYLARIA Karst. — Syll. VIII, p. 308.

1. **Allophylaria terrigena** Karst. in Rev. Mycol. 1889. — Ascomatibus sparsis, primitus obconice elongatis, demum stipitatis, lutescenti-pallidis, 0,2 mm. alt.; cupulis convexis, subimmarginatis, 0,1-0,2 mm. lat.; stipite breviusculo, sensim in cupulam dilatato; ascis clavatis, octosporis jodo vinose fulvescentibus, membrana crassa, obtusissimis, 67-75 ≈ 13-14; sporidiis subtristichis, oblongato vel elongato-subfusoideis, continuis, dein 1-septatis, eguttulatis, hyalinis, 12-17 ≈ 3-4; paraphysibus ascos vix superantibus, haud numerosis, laxe cohærentibus, filiformibus, ramosis, 0,5-1 μ. crassis. 4505

Hab. ad terram in Minas Geraes, Sitio Brasiliæ (D.r Edw. Wainio).

PEZICULA Tul. — Syll. VIII, p. 310.

1. **Pezicula acerina** (Fr.?) Karst. et Har. Rev. Myc. 1890 Oct. — Ascomatibus gregariis, in series lineares contiguis, per rimas corticis erumpentibus, sessilibus vel stipite brevissimo, crasso in cortice latente, planiusculis, subcoriaceis, humectatis mollioribus, circ. 1 mm. lat.; ascis 100 ≈ 20; sporidiis oblongatis, rectis, vulgo inæqualibus, endochromate granuloso, subhyalinis, continuis, 36-40 ≈ 10-12. 4506

Hab. ad ramos Aceris Pseudoplatani, Villebon Galliæ (Tulasne). — Specimina ita vetusta et obsoleta, ut definitionem meliorem dare non possimus. Fortasse sit *Cenangium? acerinum* Fr. Summa veg. Sueciæ p. 364, quod descriptum nullibi visum.

2. **Pezicula cinereo-fusca** (Schw.) Sacc. *Peziza* Schw., *Lachnella* Sacc. Syll. VIII, p. 399, *Velutaria* Voss Myc. Carn. III, p. 210. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, globosis dein patellaribus, orbiculato-ellipsoideis, sæpe plicatis, margine incurvatis, ceraceis extus cinereis, farinaceis, 0,5-2,5 mm. diam., disco concavo, fusco; ascis cylindraceis, stipitatis, apice rotundatis, 8-sporis, 110-112 ≃ 9-10; sporidiis recte monostichis, late ellipsoideis, hyalinis, 1-nucleatis, 10-12 ≃ 8-9; paraphysibus ascos superantibus, clavula viridula 4 μ. cr. 450

Hab. in ramis siccis Aceris, Berberidis, Carpini, Coryli, Cratægi, Pruni, Quercus, Rosæ, Cercidis in Carniolia et Tirolia cisalpina. — Ob sporidia continua meo sensu non *Valusariæ* species.

3. **Pezicula guttiformis** Speg. F. Puigg. n. 387. — Ascomatibus gregariis vel sparsis, lenticularibus, 180-250 μ. diam., disco coccineo, extus pallidioribus non vel vix subpruinulosis; ascis clavulatis, paraphysatis, 50 ≃ 8, octosporis; sporidiis ellipsoideis hyalinis, oblique monostichis vel distichis, 10 ≃ 4. 45

Hab. ad folia viva Galii speciei cujusdam prope Apiahy Brasiliæ. — Iodi ops nulla. Inter ascomata subiculum mucedineum tenuissimum heterogeneum (*Aspergilli* cujusdam?) sæpe adest!

CHLOROSPLENIUM Fr. — Syll. VIII, p. 315.

1. **Chlorosplenium tuberosum** Karst. et Har. Rev. Myc. 1890 Oct. — Ascomatibus e tubere communi per corticem erumpente, crasso circ. 2-3 mm., ærugineo-atro, difformi enatis, sessilibus vel breviter stipitatis, concavis, obtuse marginatis, disco e cellulis filiformibus, simplicibus, raro ramosis dilutissime ferrugineis (paraphysibus?) composito; ascis..... 4

Hab. ad Caput Horn ins. L'Hermite (P. Hariot). — Lignum, cui innascitur, colore ærugineo tingit.

MOLLISIA Fr. — Syll. VIII, p. 321.

1. **Mollisia Knautiæ** Briard et Hariot Rev. Myc. 1890 Oct. — Ascomatibus erumpentibus, carnosulis v. ceraceis, brunneis, patellaribus, sessilibus, leniter depressis vel subplanis, 1 mm. diam.; ascis cylindraceis, breviter stipitatis vel sessilibus, octosporis, 56-60 ≃ 8; paraphysibus filiformibus; sporidiis monostichis, oblique piriformibus, basim versus attenuatis, hyalinis, 1-2-guttulatis, 12 ≃ 5-6. 4

Hab. in caulibus emortuis Knautiæ longifoliæ pr. Chermont-Ferrand Galliæ (Frère Héribaud).

2. **Mollisia Adenostylidis** Rehm Disc. p. 526. — Ascomatibus gregariis, late sessilibus, dein applanato-patelliformibus, extus brunneis, siccis incurvis, 0,2-1,5 mm. lat., ceraceo-mollibus; disco sæpe arcuato, e griseo-cœrulescente brunneo-violaceo, tenuiter marginato; contextu e cellulis rotundis constituto, brunneo; ascis clavatis, supra rotundatis, 45-50 ≈ 5; sporidiis octonis, distichis, anguste fusoideis, acutiusculis, rectis v. subincurvis, 9-12 ≈ 1,5; paraphysibus filiformibus, ascos subsuperantibus, hyalinis, usque ad 2,5 μ. lat. 4511

Hab. in caulibus siccis Adenostylidis alpinæ et albifrontis, Bauernalpkopf in Algäu (Britzelmayr).

3. **Mollisia hamulata** Rehm Disc. p. 534. — Ascomatibus plerumque sparsis, dein cyathiformibus, tandem applanato-patelliformibus, extus levibus, flavidis v. pallide carneis, siccis profunde patelliformibus et arcuatis, carneo-rubentibus v. vitellinis, margine pallidiore 0,3-1,2 mm. lat., coriaceo-mollibus; disco demum subconvexo, margine pallidiore e tenui; contextu minute parenchymatico, hyalino; ascis clavatis, supra obtuse acuminatis et incrassatis, 60-80 ≈ 8-9; sporidiis octonis, oblique distichis, fusoideis, rectis v. subincurvis, 2-guttatis, 12-15 ≈ 3; paraphysibus filiformibus, 1,5 μ. lat., septatis, supra piriformibus, hyalinis. 4512

Hab. ad caules Cirsii spinosissimi et Aconiti Napelli pr. Taschach-Gletscher, Tiroliæ (Pitzthal) et Senecionis Jacquini prope St.-Moritz in Engadin (Winter).

4. **Mollisia oxyparaphysata** Rehm Disc. p. 535. — Ascomatibus gregariis, basi angustatis, dein cyathiformibus, demum applanato-patelliformibus, extus brunneolis, subasperis, siccis involutis, saturate rubenti-brunneis, subrugosis, 0,2-0,4 mm. lat., ceraceo-mollibus; disco demum convexo, pallide brunneolo-flavo, margine brunneolo et fibrilloso; contextu minute parenchymatico, brunneo, margine fibrillis brunneis, septatis, obtusis, usque ad 50 μ. long., 4 μ. lat. instructis; ascis clavatis, supra rotundatis, 35-45 ≈ 5-6; sporidiis octonis, distichis, elongato-clavatis vel fusoideis, rectis vel subincurvis, 7-10 ≈ 2; paraphysibus partim lanceolato-acutis, 4-5 μ. lat., partim filiformibus, 2 μ. lat., demum ascos longe superantibus, hyalinis. 4513

Hab. ad caules siccos Compositarum, Schlappolt-Eck in Algäu (Britzelmayr).

5. **Mollisia Cynoglossi** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 23, t. 8, f. 5. — 4514

Sparsa vel plus minus aggregata, diu infra epidermidem occultata, postremo per ejus fissuras erumpens, humectata $^1/_3$-1 mm. diam., breve crasseque stipitata, mollis, orbicularis, extus glaberrima, nigra, siccitate spurie bivalvis v. varie sinuata; hymenio humectato plumbeo, arescendo pallide carneo atque subtilissime papilloso; contextu filamentoso; ascis clavatis, 50-60 ≍ 6,5; paraphysibus numerosissimis, filiformibus; sporidiis octonis, subtus monostichis, supra distichis, oblongis, rectis v. curvulis, 11-14 ≍ 2,5-3, eguttatis.

Hab. in caulibus siccis Cynoglossi officinalis, Loosduinen Nederlandiæ (Domina Destrée).

6. **Mollisia complicatula** Rehm Disc. p. 520. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, sessilibus vel subtus attenuatis, primo globoso-clausis, dein cyathiformibus, extus brunneis, asperis, siccis convolutis et minute rugosis, atro-brunneis, 0,3-1 mm. lat., ceraceo-mollibus; disco albo-griseo, margine minute fibrilloso; contextu margine fibrilloso-parenchymatico et saturatius colorato, basi parenchymatico, brunneo et hyphis cæspitosis, subramosis, brevibus, brunneis, 3-4 μ. lat. prædito; ascis globosis, supra obtuse acuminatis, 8-sporis, 60-65 ≍ 6-7; sporidiis distichis, elongato-fusoideis, obtusiusculis, rectis, utrinque 1-guttatis, 9-12 ≍ 2,5; paraphysibus ramosis, circ. 2 μ. lat. 4515

Hab. in ramis siccis Loniceræ cæruleæ, Oetzthal supra Vent Tiroliæ. — *M. complicatæ* et *M. Myricariæ* affinis.

7. **Mollisia encœlioides** Rehm Disc. p. 522. — Ascomatibus gregariis, basi subangustatis, primo globoso-clausis, dein applanato-patelliformibus, extus pallide brunneolo-flavidis, levibus, siccis plerumque plicatis et contortis, extus brunneolis et subasperis, 0,3-1,2 mm. lat. ceraceo-mollibus; disco dein arcuato, pallide alutaceo, margine tenui, plerumque subsaturatius colorato; contextu parenchymatico, brunneolo, marginem versus cellulis elongatis prædito; ascis clavatis, supra rotundatis, 8-sporis, 30-35 ≍ 5; sporidiis distichis, cylindraceis, rectis v. subcurvis, 5-6 ≍ 1,5; paraphysibus filiformibus, 2,5 μ. lat., supra usque ad 5 μ. incrassatis, dilute brunneolis. 4516

Hab. in ramulis decorticatis Salicis capreæ pr. Königstein (Krieger). — Habitus *M. complicatæ* et *M. Myricariæ*.

8. **Mollisia chlorosticta** E. P. Fries in Grev. XIX, p. 107. — Sparsa v. gregaria, minuta, cupulata, sessilis, glabra, flavo-virens, margine prominente integro v. subflexuoso, concolore; ascis clavatis 30-45 ≍ 6-8, 8-sporis; sporidiis oblongis 2-3 ≍ 1; paraphysibus filiformibus. 4517

Hab. in cortice interiore Ulmi montanæ et Aceris, Upsala Sueciæ (E. P. Fries et L. Romell).

9. **Mollisia cinerescens** Rehm Disc. p. 518. — Ascomatibus gregariis, dein rotundato-patelliformibus, demum applanato-expansis, levibus, sicco convexis et albo-flavidis, 0,1-1,5 mm. lat., tenuissimis, ceraceo-mollibus: disco margine minute et pluries inciso, albido-cinereo; contextu minute parenchymatico, basi subbrunneolo; ascis clavatis, supra obtuse acuminatis, 45-60 ≈ 8-9, octosporis; paraphysibus filiformibus, supra septatis et usque ad 3 μ. lat., hyalinis; sporidiis distichis, elongato-cylindraceis, obtusis, rectis v. subincurvatis, 15-18 ≈ 2,5. 4518

Hab. in ligno pineo, Coerhaide pr. Münster (v. Tavel).

10. **Mollisia crumenuloides** Rehm Disc. p. 521. — Ascomatibus gregariis, primo globoso-clausis, dein applanato-patelliformibus, extus brunneis, levibus, siccis involutis et convexis, subinde tenuiter albido-marginatis, nigro-brunneis, asperis, 0,2-1 mm. lat. ceraceo-mollibus; disco albido-luteolo, margine tenui et inciso; contextu basi parenchymatico, brunneo, margine tenuiter fibrilloso. 4519

Hab. in cortice abietino in silva prope Sugenheim in Franconia et ad Coerhaide pr. Münster (v. Tavel). — *M. complicatæ* affinis.

11. **Mollisia trabincola** Rehm Disc. p. 521. — Ascomatibus minute gregariis, maculis decoloratis insidentibus, primo globoso-clausis, dein rotundato-cyathiformibus, extus nigrescenti-brunneis, levibus, siccis brunneo-nigris, incurvatis subinde hysterioideo-involutis et minute rugosis, 0,3-0,1 mm. long. v. lat., ceraceo-mollibus; disco dein subplano, nigro-griseo, tenuiter subinciso-marginato; contextu parenchymatico, brunneo, margine cellulis elongatis prædito; ascis clavatis, supra rotundatis, 36-45 ≈ 6-8, octosporis; sporidiis distichis, ellipsoideis, obtusis, rectis v. subincurvis, 5-8 ≈ 3; paraphysibus filiformibus, supra usque ad 3 μ. lat., hyalinis. 4520

Hab. in ligno Pini Cembræ inter Gomagoi et Sulden ad Ortler Tiroliæ et ligno decorticato Coniferæ cujusdam, Neuchâtel Helvetiæ.

12. **Mollisia crassa** Boud. in Har. Champ. Cap Horn p. 193. — Minuta, sessilis ½ mm. cr., pallida, extus fuliginea; cupulis axplanatis v. undulatis, spissis, sæpe umbilicatis; ascis clavatis, 120-130 ≈ 10, hyalinis, 8-sporis; paraphysibus linearibus, sæpe divisis; sporidiis fusoideo-elongatis, subclavatis et sæpe curvulis, intus granulosis, 18-20 ≈ 3-4. 4521

Hab. in ligno putri, in sinu Saint-Martin Patagoniæ austr. (Hariot).

13. **Mollisia Passerinii** Sacc. *Mollisia juncina* Pass. in Brun. Mat. 4528
Myc. Saint. p. 16, nec Rehm. — Ascomatibus erumpentibus, sparsis, minutis, demum liberis, discoideis, brunneis, disco plano; margine non vel vix prominulo; ascis clavatis, basi tenuatis, octosporis, 65-70 ≍ 18-20, jodo cœrulescentibus; paraphysibus filiformibus, apice brunneolis; sporidiis di-tristichis vel inordinatis, oblongo-ovoideis, continuis, hyalinis, utrinque guttulatis, 18-20 ≍ 4-5.

Hab. in calamis exsiccatis Junci conglomerati, Rochefort Galliæ. — Affinis *M. juncisedæ.*

14. **Mollisia caricina** Fautrey Rev. Myc. 1891, p. 124. — Ascomati- 4529
bus perexiguis, copiósis, albis, margine involutis, dein expansis, disco griseo; ascis teretibus 20-25 ≍ 4-5; sporidiis cylindraceis, curvulis, 4-6 ≍ 1.

Hab. in Carice hirta, Noidan Côte-d'Or Galliæ.

15. **Mollisia poëoides** Rehm Disc. p. 544. — Ascomatibus gregariis, 4530
primo immersis, dein cyathiformibus, demum applanato-patelliformibus, extus brunneis, levibus, siccis convexis, subrugosis, brunneis v. nigro-brunneis, 0,2-0,4 mm., ceraceo-mollibus, disco pallide griseo, margine tenui et saturatius colorato; contextu parenchymatico, brunneo; ascis clavatis, supra obtuse acuminatis, 8-sporis, 40-50 ≍ 6-8; sporidiis distichis, fusoideis, rectis v. subincurvis, minute guttulatis, 7-10 ≍ 2-2,5; paraphysibus filiformibus, supra 2,5 μ. lat., hyalinis.

Hab. ad culmos et folia Graminacearum Tiroliæ et Psammæ arenariæ in Grunewald prope Berlin (Sydow). — Habitus *Mollisiæ Poæ.*

16. **Mollisia hiematis** Rehm Disc. p. 544. — Ascomatibus plerumque 453
sparsis, dein cyathiformibus, extus olivaceo-brunneis, levibus, siccis involutis et margine tenuiter albido-fibrillosis, extus brunneis vel brunneo-viridibus, 0,1-0,4 mm. lat., molliter ceraceis; disco margine tenui, griseo; contextu parenchymatico, brunneolo, marginem versum cellulis subhyalinis valde elongatis prædito; ascis clavatis, supra rotundatis, 36-40 ≍ 4; sporidiis filiformibus, rectis vel subincurvatis, 6-8 ≍ 1; paraphysibus filiformibus, hyalinis, 1,5 μ. lat.

Hab. ad culmos Graminacearum supra Grampenhöfe, Ortler Tiroliæ. — Habitus *Pyrenopezizæ Karstenii.*

17. **Mollisia leucosphæria** Rehm Disc. p. 545. — Ascomatibus gre- 44

gariis, dein applanato-patelliformibus, extus brunneolis, siccis subglobosis et brunneis, levibus, 0,1-0,25 mm. lat., molliter ceraceis; disco pallide griseo, margine tenui et subinde albido; contextu parenchymatico, brunneo; ascis clavatis, supra rotundatis, 8-sporis, 36-40 ≈ 4-5; sporidiis oblique distichis, linearibus, rectis v. subincurvis, 6-8 ≈ 1,5; paraphysibus filiformibus, paucis, 1 μ. lat., hyalinis.

Hab. ad culmos Graminacearum ad Sulden-Gletscher, Ortler Tiroliæ.

18. **Mollisia dactyligluma** Cooke Grev. XIX, p. 86. — Ascomatibus 4527
molliusculis, carnosulis, concavis dein applanatis, 0,2-0,5 mm. diam., albis, cinereis vel lividis, margine pallidioribus, sessilibus, levibus; ascis cylindraceis; sporidiis teretibus, utrinque rotundatis, subrectis, hyalinis, 10 ≈ 1,5.

Hab. in glumis Dactylidis glomeratæ, Lynn Britanniæ.

PYRENOPEZIZA Fuck. — Syll. VIII, p. 354.

1. **Pyrenopeziza atrata** (Pers.) Fuck. — Syll. VIII, p. 354 — f. **macrospora** Fautrey Rev. Myc. Oct. 1891. — Ascomatibus in pilis 4528
matricis sæpius latentibus, typo similibus; sporidiis majoribus, 13 ≈ 3.

Hab. in caulibus siccis Verbasci Thapsi in silva Charny, Côte-d'Or Galliæ.

2. **Pyrenopeziza obtrita** (Pers.) Sacc. *Peziza* Pers. M. E. I, p. 308, 4529
Mollisia Quél. XI Suppl. pag. 22, t. XII, f. 11, vix *Phacidium fimbriferum* Fr. (Syll. VIII, p. 719). — Ascomatibus urceolatis, 0,2-0,3 mm. lat., ceraceis, diaphanis, puberulis, crenulatis, atroviridibus; hymenio concavo, fuligineo v. olivaceo; sporidiis cuneiformibus, 6 μ. long., hyalinis.

Hab. gregaria in caulibus plantarum majorum, e. g. Angelicæ in Gallia. — Sec. Pers. loc. cit.: sparsa, tenuis, orbicularis, depressa, nigra, exsiccata crispa, irrigata distincte pezizoidea.

3. **Pyrenopeziza yogoensis** (E. et G.) Sacc. *Peziza yogoensis* Ell. et 4530
Gall. Journ. Myc. 1889, p. 65. — Erumpens, fibroso-contexta. 200 μ. diam., margine fimbriato et incurvo, olivaceo, disco pallido; ascis oblongis, 50-60 ≈ 15-18, sessilibus, paraphysibus obtusis ascos subæquantibus, parcis; sporidiis obliquis vel distichis, oblongis, rectis, hic rotundatis, hinc leniter acutatis, 2-nucleatis, hyalinis, 13-15 ≈ 4-5.

Hab. in foliis emortuis Caricis, Yogo Montana Amer. bor. (Williamson).

TAPESIA Pers. — Syll. VIII, p. 371.

1. **Tapesia undulata** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 17. 4531
— Ascomatibus aggregatis, albo-cinereis v. flavido-tinctis, dein fulvis, demum nigricantibus, subiculo pannoso, brunneo-flamentoso, sæpius parco insidentibus; disco pruinoso, concavo dein convexo-plano, margine distincto, pallidiore, undulato-inflexo, ob hyphas mycelicas albidas ambientes simulate villoso; ascis cylindraceo-clavatis, subsessilibus, 36-48 ≈ 5-6; sporidiis distichis, lanceolatis, rectis, hyalinis, 6-7 ≈ 1,5; paraphysibus linearibus, continuis, granulosis ascos æquantibus.

Hab. in ramulis emortuis Myricæ Gales, Westmalle Belgii. — *Moll. Riccíæ* subaffinis.

2. **Tapesia melaleucoides** Rehm Disc. p. 578. — Ascomatibus gregariis, subiculo effuso, pannoso, ex hyphis ramulosis, brunneis, 4-5 μ. lat., prope ascomatum basin subinde hyalinis efformato, insidentibus, primo globosis, clausis, dein apertis, cyathiformibus, subtus subangustatis, extus brunneis, levibus, siccis margine involuto, atrobrunneis, subasperis, 0,3-0,4 mm. lat., molliter ceraceis; disco margine crasso et brunneo, demum subdilatato, stellatim v. irregulariter contorto, flavo-albido, sicco sordide albo; contextu parenchymatico, brunneo, margine cellulis elongato-fibrosis prædito; ascis clavatis, obtusis, supra rotundatis, 8-sporis, 45-50 ≈ 5-6; sporidiis submonostichis elongatis, obtusis, rectis vel subincurvis 7-9 ≈ 2,5-3; paraphysibus paucis, filiformibus, 2,5 μ. lat., hyalinis. 4532

Hab. ad ramos Coryli Avellanæ, Pini Cembræ, Rosæ, Rhododendri ferruginei, Rubi fruticosi et Callunæ ad radices arborum pr. Augsburg, Franken, Ortler et Waldrast Tiroliæ, Borussia rhenana, Arlberg, Lohr et Königstein.

3. **Tapesia toruloides** Rehm Disc. p. 583. — Ascomatibus gregariis, subiculo nigro vel nigro-brunneo, expanso, ex hyphis longis, septatis, plerumque simplicibus brunneis, circ. 5 μ. cr. efformato, insidentibus, primo globosis, clausis, dein apertis, subpatelliformibus, extus levibus, basin versus brunneis, siccis subinvolutis et arcuatis, 0,2-1 mm. lat., ceraceis; contextu parenchymatico, brunneo; disco applanato, tenuiter marginato, subniveo; ascis clavatis supra obtuse acuminatis, 75-90 ≈ 9-10; paraphysibus ramosis, 2 μ. lat., hyalinis; sporidiis octonis, distichis, fusoideis, rectis v. subcurvatis, crasse 2-6-guttatis, 15-24 ≈ 4-5. 4533

Hab. in ramulis siccis Syringæ vulgaris pr. Herculesbad, Siebenbürgen.

4. **Tapesia pseudosanguinea** (Rehm) Sacc., *Patellea* Rehm Disc. p. 281. — Ascomatibus plerumque dense gregariis, subiculo purpureo, ex hyphis circ. 4 μ. lat. formato, impositis, primo globosis, clausis, subtus turbinatis, usque ad 0,1 mm. long., dein cyathiformibus, tandem applanato-patelliformibus, tenuiter et pallidius marginatis, discum initio atro-griseum, demum nigrum, opacum aperientibus, 0,2-0,8 mm. lat., siccis corrugatis, membranaceis; contextu tenuiter prosenchymatico, brunneolo; ascis clavatis, supra rotundatis, 30-35 ≈ 6, octosporis; sporidiis ovoideis, 3 ≈ 2,5, distichis; paraphysibus filiformibus, hyalinis, circ. 1,5 μ. lat., supra parum dilatatis. 4534

Hab. in trunco decorticato Betulæ, Coerhaide prope Münster Germaniæ (von Tavel). — Habitus *T. sanguineæ.*

5. **Tapesia Rehmiana** Sacc. Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. II, p. 3. — Sessilis, sparsa vel plus minus gregaria, subiculo crasso, e filamentis dematiaceis, erectis formato, imposita; cupulis minutissimis, 175-226 μ. lat., olivaceis, pilosis, pilis brevibus, concoloribus, discum olivaceo-lividum, vix concavum, pallidius leniter superantibus; ascis subsessilibus, 29-36 ≈ 5-6, anguste clavatis, 8-sporis; paraphysibus simplicibus, filiformibus, ascos æquantibus v. paullo excedentibus; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, sæpe subcurvulis, utrinque 1-guttatis. 4535

Hab. ad Quercum putrem decorticatam, Boitsfort Belgii.

PIROTTÆA Sacc. — Syll. VIII, p. 386.

1. **Pirottæa microspora** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 18. — Ascomatibus dense gregatis, sessilibus, subhemisphæricis, concavis, ob pressionem sæpe undulatis, atro viridi-fuligineis, 0,3-0,5 mm. diam., extus sericeo-flocculosis, margine subcinereo, dein vironte, cellulis excipuli marginalibus in pilos 4-cellulares, 60-90 ≈ 5 abeuntibus; disco fuligineo; ascis clavatis vel oblongis, sessilibus, 24-27 ≈ 6, octosporis; sporidiis cylindraceo-ellipsoideis, oblique 1-stichis, 2-guttatis, 4-6 ≈ 2,5-3. 4536

Hab. in fragmentis ligneis Fagi silvaticæ, Groenendael Belgii. — Ob ascomata confertissima habitus speciei fere dematieus.

LACHNELLA Fr. — Syll. VIII, p. 391.

1. **Lachnella? pruinosa** (Ces.) Sacc., *Cenangium* Ces. Hedw. I, p. 43, t. VIII, f. 1. — Cupulis e corticis rimis erumpentibus seu sub epi- 4537

dermide nidulantibus, interdum petiolorum cicatricibus, hinc sub ramulorum basi, impositis, diu clausis, velo flocculoso, albido obtectis, serius turbinatis, discum virentem, mox brunneum, dein nigrescentem, postremo ex ascis erumpentibus albo-pruinosum revelantibus et tunc sat explanatis; hymenio sat tenui; ascis tenuibus, linearibus, cito evanescentibus; paraphysibus numerosis, filiformibus, apice paullisper incrassatis; sporidiis monostichis, ovalibus, coloratis, centro guttiferis, fere nudis, concatenatis.

Hab. ad caules annotinos exsiccatos Hyperici perforati, Vercelli Ital. bor. (Cesati).

2. **Lachnella Juniperi** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 988 (nomen). 4538

Hab. in ramis Juniperi communis in silva Aulnay-l'Aître, Marne Galliæ.

3. **Lachnella nilgherrensis** Cooke Grev. XIX, p. 73. — Sparsa, minuta, sessilis vel subsessilis, patelliformis, 0,5 mm. lata, extus alba, pilis tenuibus, brevibus, septatis, hyalinis conspersa; disco albido-flavo; ascis lineari-fusoideis, 70-80 ≃ 6, octosporis; sporidiis linearibus, acutis, rectis vel curvulis, 26-35 ≃ 3, 3-5-pseudo-septatis; paraphysibus filiformibus. 4539

Hab. in caulibus herbaceis in India orient. (herb. Berkeley).

TRICHOPEZIZA Fuck. — Syll. VIII, p. 401.

1. **Trichopeziza Sphærula** Sacc. in Hedw. 1890, p. 155. — Ascomatibus sparsis, minutis, vix ½ mm. diam., sessilibus, globulosis, vertice ægre minuteque dehiscentibus, amœne citrino-sulphureis, pilis divergentibus, asperulis, clavulatis, simplicibus conspersis; ascis cylindraceis breve stipitatis apice obtusulis, 80-98 ≃ 6-7,5, octosporis; sporidiis oblique monostichis ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis, 10 ≃ 3,5, biguttatis, hyalinis; paraphysibus filiformibus. 4540

Hab. in cortice emortuo Casuarinæ, Williamstown S. Australiæ. — *T. chrysotrichæ*, ut videtur, affinis.

2. **Trichopeziza perpusilla** Sacc. Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. III, p. 4 (*Peziza*). — Ascomatibus gregariis, minusculis, $^1/_{10}$-$^1/_8$ mm. diam., sessilibus, primo clausis, dein apertis, griseolo-albis, margine pallidioribus, extus velutinis, filamentis dematioideis insidentibus; ascis clavatis, 24-30 ≃ 5-7; sporidiis distichis, rectis, hyalinis, 5-6 ≃ 1-2; paraphysibus asco longioribus, gracilibus, hyalinis. 4541

Hab. ad caules emortuos Epilobii hirsuti, Groenendael Belgii.

3. **Trichopeziza asema** (Phill.) Sacc. *Lachnella asema* Phil. Grev. 454

XIX, p. 73. — Sparsa, minuta, sessilis, globosa, dein expansa patelliformis, alba v. sordide alba, pilis brevibus, hyalinis, obtusis, septatis (per lentem vix visibilibus) conspersa; ascis late clavatis, acutis v. obtusis, 40 ≈ 7, octosporis; sporidiis fusoideis v. clavatis, 10 ≈ 3; paraphysibus filiformibus.

Hab. in foliis emortuis Caricis, Berrington Salop Britanniæ. — Cupulæ 300 μ. diam.

DASYSCYPHA (Fr.) Fuck. — Syll. VIII, p. 432.

1. **Dasyscypha hispanica** (C. et Ph.) Sacc. *Lachnella hispanica* Cooke et Phil. Grev. XIX, p. 73. — Sparsa, stipitata, cupulata, alba, pilis longis, flexuosis, hyalinis, subinde nodulos oxalati calcici gerentibus conspersa; disco pallide flavo; ascis tereti-clavatis, octosporis; sporidiis anguste fusoideis 10-13 ≈ 2-2,5; paraphysibus acicularibus, asci latitudinem æquantibus sed longioribus. 4543

Hab. in caulo emortuo Rumicis suffruticosi, Pico de Cancellas Hispaniæ. — Ab affini *L. patula* differt sporidiis et paraphysibus crassioribus.

2. **Dasyscypha Morthieri** (Cooke) Sacc. *Lachnella Morthieri* Cooke Grev. XIX, p. 73. — Sparsa, stipitata, urceolata dein cupulata, pallide flava, pilis brevibus, septatis, hyalinis capitulatis conspersa; ascis clavatis, 25-30 ≈ 3, octosporis; sporidiis fusoideis 5 ≈ 1; paraphysibus non visis. 4544

Hab. in caule emortuo Senecionis Fuchsii in Helvetia (Morthier). — Cupula 300 μ. lata, stipes 150 μ. long.

3. **Dasyscypha conformis** (Cooke) Sacc. *Lachnella conformis* Cooke Grev. XIX, p. 107. — Sparsa, minuta, breviter stipitata v. sessilis, subcupulata, dein plana, pilis brevibus, hyalinis, obtusis conspersa; disco pallide cervino; ascis cylindraceo-clavatis, octosporis; sporidiis anguste lanceolatis, 10 ≈ 1; paraphysibus acicularibus ascos excedentibus. 4545

Hab. in Juncis, Darenth Britanniæ. — Ab affini *L. hapala* differt sporidiis multo brevioribus. — *Das. luzulina* (Phill.) Sacc. ex sphalmate typi in Syll. VIII, sub nomine *D. hyalinæ* occurrit, quod corrigendum.

4. **Dasyscypha stigmella** (Cooke) Sacc. *Lachnella stigmella* Cooke Grev. XIX, p. 86. — Ascomate breve stipitato, albo v. pallide carneo, pilis tenuibus flexuosis consperso, 0,1 mm. diam., disco concolore; ascis cylindraceis; sporidiis teretiusculis, 8-10 ≈ 1; paraphysibus fusoideis. 4546

Hab. in Juncis, Norfolk Britanniæ.

5. **Dasyscypha Emerici** (Berk. et Phill.) Sacc. *Lachnella Emerici* Berk. et Phil. Grev. XIX, p. 74. — Sparsa, stipitata v. turbinato-stipitata, brunnea v. rufa, cupulata, 1 mm. diam., pilis longis, flexuosis, brunneis, sæpe capitellatis, asperulis conspersa; ascis tereti-clavatis, 60 ≈ 4, octosporis; sporidiis lineari-fusoideis, rectis, 18-25 ≈ 2, pseudo-1-septatis, hyalinis; paraphysibus acicularibus ascos excedentibus. 4547

Hab. in ramis Neilgherries Indiæ or. (Herb. Berkeley).

6. **Dasyscypha gallica** (Karst. et Har.) Sacc., *Lachnella gallica* Karst. et Har. Rev. Myc. 1890, Oct. — Ascomatibus sparsis stipitatis, albo-villosis; cupula expansa, sicca, concava, disco aurantiaco-luteo, 2-3 mm. lat.; stipite brevi in cupulam dilatato; ascis cylindraceo-clavatis, iodo non cœrulescentibus, 95-110 ≈ 9-10, octosporis; sporidiis monostichis, late ellipsoideis, eguttulatis, 10-12 ≈ 6-7; paraphysibus filiformibus, sursum vix vel leniter incrassatulis, 1-1,5 μ. cr. 4548

Hab. in ramis siccis arborum acerosarum, in Arvernia Galliæ (Héribaud). — Ab affini *D. Abietis* sporidiis latioribus, eguttulatis statim dignoscenda.

7. **Dasyscypha brachytricha** (C. et Ph.) Sacc. *Lachnella brachytricha* Cooke et Phil. Grev. XIX, p. 73. — Sparsa, stipitata, 0,5-1 mm. lat., primitus fere clausa, dein expansa cupulata, pallide brunnea, pilis brevissimis subinde inæqualiter inflatis conspersa; stipite in cupulam dilatato, sæpe curvo 0,5-1 mm. long.; ascis cylindraceis vel clavatis subinde inæqualiter ventricosis octosporis; sporidiis tereti-fusoideis, 10-13 ≈ 2; paraphysibus filiformibus. 4549

Hab. in ramis decorticatis (in Britannia?).

8. **Dasyscypha albo-pileata** (Cooke) Sacc. Syll. VIII, pag. 445. — Var. **subaurata** Ellis in Grev. XIX, p. 107. — A typo differt pilis apice succum flavum in globulum abeuntem scatentibus, sporidiis 5-6 ≈ 1 (nec 6-8 ≈ 1,5). 4550

Hab. in utraque pag. foliorum Clethræ alnifoliæ, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis).

9. **Dasyscypha Patena** (Lév.) Sacc. *Peziza* Lév. Fungi Novo-Gran. p. 9. — Ascomatibus gregariis, pateniformibus, albo-tomentosis, stipite crasso, albo-tomentoso, vix 1 mm. cr. præditis, margine obtusis; disco levi, fulvo-aurantiaco; ascis fusiformi-clavatis, 8-sporis; paraphysibus filiformibus, simplicibus, continuis; sporidiis lineari-acicularibus, longissimis, continuis, hyalinis. 4551

Hab. ad cortices, in Tequendama et Canoas Novæ Granatæ.

10. **Dasyscypha Hippocastani** Rich. Cat. Champ. Marn n. 985 (nomen). 4552

Hab. in facie interiore pericarpii Æsculi Hippocastani dejecti in silva St.-Lumier-en-Champagne, Marne Galliæ.

BIATORELLA De Not. in Giorn. bot. it. 1846, pag. 192, Rehm Disc. p. 303. Ita nominandum posterius genus *Tromera* Mass. (1858). — Syll. VIII, p. 469. — Cl. Rehm. l. c. sequentes species enumerat, Syllogi deficientes, a plerisque auctoribus Lichenibus adscriptas.

a) Ligni-truncicolæ.

1. **Biatorella pinicola** (Mass.) Th. Fr. Lich. Arct. p. 200, Rehm Disc. 4553
p. 303, *Sarcogyne* Mass. — Ascomatibus pallide brunneis, 0,2-0,5 mm. diam.; ascis (ut omnium specierum) polysporis, 50-60 ≈ 21-24; sporidiis sphæricis 3 μ. diam.; paraphysibus supra dilute brunneis.

Hab. in cortice Pinorum in Italia, Germania, Helvetia.

2. **Biatorella delitescens** Arnold Flora 1876, pag. 566, Rehm Disc. 4554
p. 301. — Ascomatibus flavido-viridulis v. brunneolis, 0,2-0,7 mm. diam.; ascis 45-50 ≈ 21-24; sporidiis globosis 3-4. μ. diam.

Hab. in truncis Ulmi in Bavaria. — Ascomata in areis dealbatis sessilia.

3. **Biatorella moriformis** (Ach.) Th. Fr. Lich. Scand. p. 401, Rehm. 4555
Disc. p. 305, *Arthonia* Ach. — Ascomatibus nitide brunneo-nigricantibus, 0,4-0,6 mm. diam.; ascis 45 ≈ 15-18; sporidiis sphæricis, 3 μ. diam.; paraphysibus supra smaragdinis.

Hab. in truncis decorticatis Pinorum in Silesia et Guestphalia. — Var. **improvisa** (Nyl.) Rehm. l. c. paraphysibus viridi-brunneolis. — Cum typo.

b) Terri-rupicolæ, raro lignicolæ.

4. **Biatorella geophana** (Nyl.) Rehm Disc. p. 307, *Agyrium sexdecimsporum* Fuck., Sacc. Syll. VIII, p. 636.

5. **Biatorella campestris** (Fr.) Th. Fr. Lich. Scand. p. 398, Rehm 4556
Disc. p. 308, *Biatora* Fr. — Ascomatibus carneo-rubentibus, 0,2-0,4 mm. diam.; ascis 90-120 ≈ 15-18; sporidiis ellipsoideo-oblongis, 7-8 ≈ 3; paraphysibus subhyalinis (etiam apice).

Hab. ad Muscos et Nostoc ad terram et in ligno Pini Cembræ in Germania, Helvetia.

6. **Biatorella germanica** Mass. Flora 1858, pag. 507, Rehm Disc. 4557
p. 309. — Ascomatibus brunneo-rubellis, 0,2-1 mm. diam.; ascis

70-75-15 ≍ 18; sporidiis globosis, 3 μ. diam.; paraphysibus subhyalinis (etiam apice).

Hab. in rupibus calcareis Jura Franconiæ (Arnold).

7. **Biatorella fossarum** (Duf.) Rehm Disc. p. 310. *Lecidea* Duf. in Fr. Lich. europ. p. 264. — Ascomatibus croceis v. cinnabarino-brunneis, 0,3-1 mm. diam.; ascis 70-90 ≍ 20-25; sporidiis oblongo-cylindraceis, 6-8 ≍ 3-4; paraphysibus supra sæpe luteolis. 4558

Hab. in rupibus et muscis in Franconia, Guestphalia, Algeria. — Var. **hemisphærica** Anzi Cat. Lich. Sondr. p. 78, Rehm l. c.: ascomatibus hemisphæricis, atro-rubris. Ad terram et muscos in Germania, Helvetia, Italia.

Sect. 2. Phæosporæ.

PHÆOPEZIA Sacc. — Syll. VIII, p. 471.

1. **Phæopezia orientalis** Pat. Journ. Bot. 1890, p. 59. — Cupuliformis, glabra, tenuis, 2 cm. diam., demum expansa, fulvo-brunnea; margine integro; ascis clavatis, 160 ≍ 20, octosporis; sporidiis monostichis exacte ovoideis 20 ≍ 10, levibus, crasse tunicatis, eguttatis, hyalinis dein rufis. 4559

Hab. in fimo vaccino Pu-Phap Tonkin (Delavay). — Subaffinis *Ascobolis* sed major, sporidiis numquam violaceis etc.

Sect. 3. Didymosporæ.

LANZIA Sacc. — Syll. VIII, p. 479.

1. **Lanzia longiasca** (Cav.) Sacc. *Pyrenopeziza* Cav. Mat. Lomb. p. 8, t. 1, f. 1. — Ascomatibus gregariis, breve stipitatis, nigris, verticaliter eximie rugoso-plicatis, $^3/_4$ mm. latis, poro exiguo dein amplo dehiscentibus, disco concavo albido; ascis elongatis, gracilibus, cylindraceis 100 ≍ 3-4, basi leviter constrictis, apice obtusis, octosporis; sporidiis tereti-ellipsoideis, obtusiusculis, 1-septatis, 2-guttulatis, 10-12 ≍ 2-3; paraphysibus filiformibus, continuis. 4560

Hab. in ramis emortuis Rosæ spinosissimæ, M. Lesima in Apennino editiore (R. Farneti). — Excipulum nigricans, introrsum virescens. Ob colorem atrum a typo generis aliquid desciscit.

NIPTERA Fr. em. — Syll. VIII, p. 480.

1. **Niptera perpusilla** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 20. 4561

— Ascomatibus sessilibus, hemisphæricis, glabris, pallide lignicoloribus, margine crassiusculo; disco concolore, concavo; ascis cylindraceis, octosporis, 60-63 ≈ 6-7; sporidiis oblique monostichis, rarius distichis, fusoideis, utrinque rotundatis, hyalinis, 1-septatis, subinde 2-guttatis, 12-15 ≈ 3,5; paraphysibus ascos paullo excedentibus, gracilibus, flexuosis clavula brevi terminatis.

Hab. in ramis Buxi sempervirentis, Tervueren Belgii. — Species minutissima, vitro tantum detegenda.

2. **Niptera? melioloides** Speg. F. Puigg. n. 390. — Ascomatibus orbicularibus minutis, 200-250 μ. diam., tenuiter carnosulis, atris, glabris, disco pallidiore cerino-olivaceo; ascis cylindraceis paraphysatis, 40 ≈ 8-10; sporidiis clavulatis, didymis, dein constrictulis, hyalinis, 10-11 ≈ 3-4. 4562

Hab. ad folia Ipomeæ in subiculo Asterinæ pseudopelliculosæ parasitans, in dumetis prope Apiahy Brasiliæ. — Jodi ops nulla.

3. **Niptera submelæna** Rehm Disc. p. 559. — Ascomatibus gregariis, primo punctiformibus, globoso-clausis, patelliformibus, extus nigro-brunneis, levibus, siccis angulosis v. longitudinaliter plicatis, nigrescentibus, 0,2-0,4. mm. lat., molliter ceraceis; disco griseo-albo, tenuiter marginato; contextu minute parenchymatico, brunneo; ascis clavatis, 8-sporis, 40-50 ≈ 6-7; sporidiis distichis, fusoideis, 1-septatis, rectis, 9-10 ≈ 2-2,5; paraphysibus filiformibus, supra sensim usque 3 μ. lat., hyalinis. 4563

Hab. ad calamos siccos Junci effusi pr. Königstein (Krieger). — Habitus *Mollisiæ melatephræ*.

4. **Niptera melanophæa** Rehm Disc. p. 558. — Ascomatibus gregariis, dein cyathiformibus, raro patelliformibus, extus brunneis, levibus, siccis involutis, nigro-brunneis, 0,2-0,3 mm. lat., molliter ceraceis; disco albo-flavido, margine tenui et albido; contextu parenchymatico, brunneo, marginem versus cellulis valde elongatis, pallidis prædito; ascis clavatis, late sessilibus, supra subapplanatis, 8-sporis, 60-70 ≈ 12-15; sporidiis distichis, elongatis, rotundatis, loculis 1-guttatis, membrana crassa, 15-17 ≈ 6; paraphysibus furcato-ramosis, septatis, 1 μ. lat., supra non incrassatis sed leniter brunneolis. 4564

Hab. ad folia sicca Caricis ligericæ, Grunewald pr. Berlin (Sydow).

SCUTULA Tul. — Syll. VIII, p. 486.

1. **Scutula Aspiciliæ** (Muell. Arg.) Rehm Disc. pag. 326, *Patellaria* 4565

(Calillaria) *Aspiciliæ* Muell. Arg. Flora 1872, p. 488. — Ascomatibus sparsis, nigris, 0,3–0,5 mm. lat., disco patelliformi, brunneo v. brunneo-violaceo, rotundato, primo crasse obtuseque marginato, dein applanato v. subconvexo, omnino immarginato; contextu primo brunneolo, dein subhyalino; ascis elongato-ovoideis, apice valide incrassato præditis, 8-sporis; sporidiis bilocularibus, medio constrictis, hyalinis, 10–14 ≍ 4–4,5; paraphysibus coalitis, 2–3-septatis, 2 μ. lat., supra usque ad 6 μ. crass. dilatatis et brunneolis.

Hab. in thallo Aspiciliæ calcareæ var. depressæ prope Bovernier in Wallis.

2. **Scutula fusco-purpurea** (Tul.) Rehm Disc. p. 325, *Celidium fusco-purpureum* Tul. Mem. lich. p. 121, t. 14, f. 9–13. — Ascomatibus in greges densos, rotundos, demum confluentes gregariis, primo globosis, dein applanato-apertis, nigris v. nigro-brunneolis, 0,2–0,4 mm. lat.; disco demum subconvexo, plerumque omnino immarginato; ascis ovoideo-clavatis, apice incrassatis, 6–8-sporis, 45–50 ≍ 10–12; sporidiis distichis, elongato-ovoideis, rarius ellipsoideis, utrinque obtusis, primo continuis, dein 1-septatis, guttatis, 10–15 ≍ 3–3,5; paraphysibus filiformibus, septatis, 2–3 μ. lat., coadunatis, supra dilatatis e cyaneo viridulis. 4566

Hab. ad superficiem superiorem thalli Peltigeræ horizontalis et P. caninæ. — Ascomata areolis decoloratis rotundis 0,5–2 mm. lat. insidentia.

3. **Scutula aggregata** Bagl. et Car. Cat. Lich. Valses. p. 404, Rehm Disc. p. 327. — Ascomatibus maculiformiter gregariis, primo terreis, dein atro-brunneis vel nigris, minutis; disco applanato, margine erecto; sporidiis lineari-ellipsoideis, 9–11 ≍ 3. 4567

Hab. in thallo Peltigeræ caninæ et P. horizontalis in Valesia It. bor., Wallis Helvetiæ et Riva Tiroliæ australis.

Sect. 4. Phragmosporæ.

BELONIUM Sacc. — Syll. VIII, p. 492.

1. **Belonium guestphalicum** Rehm Disc. p. 591 (*Trichobelonium*). — Ascomatibus solitariis, subiculo ex hyphis tenuibus, longis, simplicibus, septatis, brunneis, 5–6 μ. lat. constituto insidentibus, basi subangustatis, cyathiformibus, mox applanatis, extus brunneo-nigris, levibus, siccis plerumque involutis, rugosis, nigris, 0,5–1,2 mm. lat., gelatinoso-mollibus; disco demum subconvexo, tenuiter et inæqualiter marginato, griseo-brunneolo; contextu minute parenchymatico, 456

brunneo, marginem versus cellulis elongatis prædito: ascis elongato-clavatis, supra rotundatis et incrassatis, 8-sporis, 130–150 ≈ 8-10; sporidiis distichis, acicularibus, supra obtusis subtus acutis, rectis v. subincurvis, 3-septatis, hyalinis, 26–40 ≈ 3–5; paraphysibus subtus repetite divisis, septatis, supra usque ad 2 μ. lat. tenuiterque brunneolis.

Hab. ad calamos siccos Junci effusi in Coerhaide pr. Münster (v. Tavel).

BELONIDIUM Mont. — Syll. VIII, p. 496.

1. **Belonidium imperspicuum** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Mycol. Belg. IV, p. 22. — Ascomatibus perexiguis, sparsis, sessilibus, glabris, hemisphæricis, griseo-fuscis, disco sordide griseo-plumbeo, initio concavo; ascis clavatis, substipitatis, 8-sporis, 75–80 ≈ 11; paraphysibus filiformibus copiosis, simplicibus v. breve ramosis, ascos paullo superantibus; sporidiis 2–3-seriatis, subfusoideis, hyalinis, 5–7-septatis, 21 ≈ 3–4. 4569

Hab. in ligno Carpini Betuli putrescente, Boitsfort Belgii.

2. **Belonidium Marchalianum** Sacc. Bomm. et Rouss. Contr. Myc. Belg. III, p. 5. — Ascomatibus sessilibus, glabris, primitus clausis dein apertis, 0,5–0,7 mm. diam., planis, vivis cæsiis demum melleis; ascis tereti-clavatis, 120–165 ≈ 10–14; sporidiis distichis, vermicularibus, 3–7-septatis, granulosis, 33–42 ≈ 6. 4570

Hab. in ligno fagineo putrido, inter hyphas *Helminthosporii apiculati*, Groenendael Belgii.

3. **Belonidium citrinellum** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 21. — Ascomatibus sessilibus, patelliformibus, ceraceo-mollibus, 90–120 μ. diam., disco pruinoso, udo albo-flavido, sicco amœne citrino; ascis clavatis, brevissime stipitatis, 8-sporis, 60–72 ≈ 8,5–9; paraphysibus filiformibus, simplicibus, ascos æquantibus; sporidiis distichis anguste fusoideis, 3–4-septatis (sæpius 3-septatis) 15–21 ≈ 3–4, curvulis, 4-guttatis, hyalinis. 4571

Hab. in cortice interiori Platani orientalis, Groenendael Belgii.

4. **Belonidium macrosporum** (Boud.) Sacc. ? *Niptera* Boud. in Har. Champ. Cap Horn p. 193. — Album, sessile, regulare aut undulatum, hymenio spisso, pallido, cupula 0,5–1 mm. lat., extus tomentosum, albidum, hymenio depresso aut tumidulo, colore sordido; ascis maximis, clavatis, basi attenuatis, 8-sporis, 260–300 ≈ 20–25; paraphysibus linearibus, tenuibus, sæpius divisis, non ad apicem 4572

incrassatis, numerosis; sporidiis majoribus, 5-7- v. pluri-septatis, hyalinis, oblongo-fusiformibus, intus non granulosis, 40-45 ≃ 10.

Hab. in ligno putrescente in sinubus Saint-Martin (Hariot) et Orange (Doct. Hyades) Patagoniæ austr.

5. **Belonidium caulicolum** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 21, t. 8. f. 3. — 4573
Ascomatibus $^1/_3$-$^1/_2$ mm. lat., primo subepidermicis, dein per sulcos caulis arescentis gregatim erumpentibus, ceraceis, nigris, applanato-orbicularibus, centro depressis, versus ambitum autem tumescentibus; ascis clavatis, sessilibus, 50 ≃ 14; paraphysibus numerosissimis, filiformibus, ramosis; sporidiis octonis, distichis, fusoideo-clavatis, utrinque obtusissimis, 3-septatis, ad septa manifeste constrictis, 18-21 ≃ 6-7.

Hab. in caulibus siccis denudatis Senecionis Jacobææ, Loosduinen Nederlandiæ (Domina Destrée).

6. **Belonidium rhenopalaticum** Rehm Disc. pag. 565. — Ascomatibus 4574
gregariis, cyathiformibus, demum applanato-patelliformibus, extus brunneis, levibus, siccis brunneo-flavis, 0,2-3 mm., molliter ceraceis; disco pallide v. griseo-flavido, primo margine tenui, brunneolo prædito, demum immarginato; contextu exili, basi late parenchymatico, dilute flavido v. brunneolo; ascis clavatis, supra acuminatis, 8-sporis, 75-80 ≃ 9-10; sporidiis distichis, elongatis, clavatis vel fusoideis, supra sæpe obtusis, rectis v. subincurvis, dein 1-5-septatis, hyalinis, 18-24 ≃ 3; paraphysibus filiformibus tenuibus, circ. 1,5 μ. lat., hyalinis.

Hab. ad culmos siccos Arundinis pr. Zweibrücken et Strassburg (Moug. et Nestl. Stirp. n. 983, sub *Eustegia arundinacea*).

7. **Belonidium subnivale** Rehm Disc. pag. 567. — Ascomatibus spar- 457
sis, subiculo minutissimo, nigrescente insidentibus, dein plano-patelliformibus, albido-griseis, extus basi brunneolis, levibus, siccis junioribusque involutis, extus brunneolis, 0,2-0,5 mm. lat., molliter ceraceis; disco tenuiter marginato; contextu basi parenchymatico, brunneo, marginem versus cellulis elongatis, hyalinis prædito; ascis clavatis, supra obtuse acuminatis, 8-sporis, 60-70 ≃ 9-10; sporidiis polystichis, anguste fusoideis, acutis, plerumque rectis, 1-3-septatis, hyalinis, 25-27 ≃ 3; paraphysibus filiformibus, septatis, usque 3. μ. lat., hyalinis.

Hab. in culmis siccis Sulden-Gletscher ad Ortler Tiroliæ.

8. **Belonidium caricincolum** Rehm Disc. p. 564. — Ascomatibus gre- 4
gariis, late sessilibus, dein applanato-patelliformibus, extus nigro-brunneis, levibus, siccis subinvolutis, nigris, 0,2-1 mm. lat., molli-

ter ceraceis; disco griseo v. griseo-flavido v. atro-olivaceo, tenuiter marginato; contextu parenchymatico, brunneo; ascis clavatis, supra obtuse acuminatis, 8-sporis, 60-70 ≍ 7-8; sporidiis distichis, elongatis, subfusoideis, obtusiusculis, rectis v. subincurvis, primo continuis, minute 2-4-guttatis, demum 3-septatis?, hyalinis, 18-24 ≍ 3; paraphysibus filiformibus, supra 3 μ. lat., hyalinis.

Hab. ad folia putrescentia Caricis, rarius Graminacearum in paludosis Grunewald pr. Berlin (Sydow).

9. **Belonidium aurantiacum** Rehm Disc. p. 561. — Ascomatibus sparsis v. gregariis, late sessilibus, dein applanato-patelliformibus, extus aurantiacis, levibus, siccis involutis et fusco-aurantiacis, 0,1-0,4 mm. lat., molliter ceraceis; disco dilute aurantiaco, margine pallidiore et tenui; contextu parenchymatico, flavido, marginem versus cellulis elongatis prædito; ascis clavatis, supra rotundatis, 8-sporis, 60-70 ≍ 8; sporidiis distichis, anguste fusoideis, acutiusculis, rectis v. subincurvis, primo continuis, dein 1-3-septatis, hyalinis, 10-15 ≍ 1,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis, supra usque ad 3 μ. lat. 4577

Hab. in foliis siccis Caricis acutiformis, Paulsborn pr. Berlin (Sydow). — Habitus *Mollisiæ Poæ*, sed *Bel. juncisedo* vere affine.

11. **Belonidium Laschii** Rehm Disc. p. 570. — Ascomatibus gregariis, late insidentibus, dein applanato-patelliformibus, extus nigro-brunneis, levibus, siccis subinvolutis, extus nigris 0,2-0,4 mm. lat., molliter ceraceis; disco griseo-flavido v. flavo, margine tenui, nigrescente; contextu parenchymatico, brunneo, marginem versus in series cellularum fibroideas, 6 μ. lat. abeunte; ascis ellipsoideo-clavatis, breve stipitatis, apice obtuse acuminatis et incrassatis, 8-sporis, 70-80 ≍ 12-15; sporidiis subparallelis, elongatis, subacuminatis, rectis v. subincurvis, 7-15-septatis, hyalinis v. dilute flaveolis, 36-45 ≍ 4,5; paraphysibus supra furcato-ramosis, hyalinis, 1,5 μ. cr. 4578

Hab. ad calamos siccos Junci conglomerati prope Driesen in Neumarck (Lasch).

12. **Belonidium subcarneum** Rehm Disc. p. 563. — Ascomatibus gregariis, basi angustatis, dein applanato-cyathiformibus, expansis, levibus, siccis involutis et convexis, 0,3-1 mm. lat., molliter ceraceis; disco roseo v. flavo-rubente v. flavo-brunneolo, margine tenui, albido et minute lanuginoso; contextu basi tenuiter parenchymatico, pallide brunneolo; ascis clavatis, supra obtuse acuminatis, 85-90 ≍ 9, octosporis; sporidiis distichis, elongato-fusoideis, acutis, rectis 4579

v. subincurvis, primo continuis 2-guttatis, demum 3-septatis, loculis mediis 1-guttatis, hyalinis, 12-17 ≃ 4-4,5; paraphysibus filiformibus minute guttuligeris, hyalinis, circ. 2. μ. lat.

Hab. in charta putri, Grunewald pr. Berlin (Sydow).

Sect. 5. Scolecosporæ.

GORGONICEPS Karst. — Syll. VIII, p. 504.

1. **Gorgoniceps leucophæa** Speg. Fung. Puigg. n. 391. — Ascomatibus sessilibus, discoideo-cupulatis, aggregatis v. subsparsis, extus aterrimis, 1-3 mm. d., disco albo; ascis cylindraceo-subclavulatis parce paraphysatis, 200 ≃ 8, jodo immutatis; sporidiis lineari-fusoideis, continuis, hyalinis, 150-160 ≃ 1,5-2. 4580

Hab. ad corticem putrescentem truncorum in silvis pr. Apiahy Brasiliæ.

ERINELLA Sacc. — Syll. VIII, p. 507.

1. **Erinella hyalopoda** Cooke et Mass. Grev. XIX, p. 48. — Stipitata, gregaria v. sparsa, alba; cupula cyathiformi, 1-1½ mm. alt., ½ mm. lat. tenui, pilis decidnis brevibus, flaccidis ornata, stipite gracili, elongato, hyalino, ad basim incrassato, sæpe sursum furcato; ascis cylindraceo-clavatis, 150 ≃ 10; sporidiis inordinatis, bacillaribus multinucleatis 35 ≃ 2-3, paraphysibus sursum acutis. 4581

Hab. in Phormio putri in Nova Zelandia (T. Kirk).

2. **Erinella guaranitica** Speg. Guar. I, p. 137 (*Helot.*). — Ascomatibus sparsis, sordide lutescenti-ceraceis, minutis, pedicello longiusculo, gracili, 300-500 ≃ 80-90; cupulis turbinato-concavis, 200-500 ≃ 150-200, crassiusculis, carnosulo-tenacellis, intus glabris, extus et præcipue ad marginem albo-puberulis vel minutissime puberulo-papillosis; ascis cylindraceo-clavulatis, sursum plus minus abrupte acutatis vel obtusatis, deorsum breviter attenuato-pedicellatis, 48-52 ≃ 5-7, 8-sporis; paraphysibus crassiusculis, ad apicem præcipue granulosis, 60 ≃ 1-2, parcis; sporidiis acicularibus, utrinque acutiusculis, 32-38 ≃ 1, guttulatis, hyalinis. 4582

Hab. ad folia dejecta putrescentia Laurineæ cujusdam in silvis pr. Guarapí Brasiliæ. — Species habitu media inter *Helotium* et *Trichopezizam* sed sporidiis acicularibus ab utroque diversa.

Fam. 3. **Ascobolaceæ** Boud.

Sect. 1. Phæosporæ.

ASCOBOLUS Pers. — Syll. VIII, p. 514.

1. **Ascobolus aglaosporus** Heim. Œsterr. Ascob. pag. 14, f. IV. — 4583
Ascomatibus parvis, 0,5 mm. lat., planiusculis, disciformibus, margine, furfure pilisque omnino deficientibus, pulchre albido-lilacinis, tenuiter punctulatis; ascis numerosis, 146-166 ≈ 26-27, oblongo-clavatis, superne attenuatis apice rotundatis, basi stipitiformi-angustatis; sporidiis distichis, ellipsoideis, pulcherrime lilaceo-violaceis, mox brunneolis, 15-18,5 ≈ 8,5-10, densissime minutissimeque granulosis; paraphysibus gracilibus, 2-3 μ. lat., apice obtusis, indistincte septatis, hyalinis, gelatina omnino deficientibus.

Hab. in stercore putrido c e r v i n o in ditione Presslau Austriæ infer. — *A. brunneo* et *A. amœno* affinis.

SACCOBOLUS Boud. — Syll. VIII, p. 524.

1. **Saccobolus pseudoviolaceus** Heim. Œsterr. Ascob. p. 19, f. VII. 4584
— Minutus, 0,5 mm. lat., sparsus v. confertus, aquoso-violaceus; disco convexo, apicibus ascorum distincte et sparse sub lente nigro-punctato; ascis oblongo-clavatis, late breviterque stipitatis, 131-150 ≈ 28-37; sporidiorum glomerulo ellipsoideo, 35-41 ≈ 14,5-17,5; sporidiis octonis, quorum 6 distichis, late ellipsoideis, uno latere incurvatis, utrinque subobtusatis, episporio parcissime aspero-punctato, 13,5-14,5 ≈ 7-8; paraphysibus filiformibus, 3 μ. lat., hyalinis, non clavatis, septatis, plus minus ramosis.

Hab. raro in stercore c u n i c u l i n o in montibus Geissberge Austriæ infer. — *S. Boudieri* affinis.

2. **Saccobolus Beckii** Heim. Œsterr. Ascob. p. 18, f. VIII. — Sparsus, 0,5-1 mm. lat.; disco primo hyalino, demum ob ascos sub lente distincte punctato; ascis breviter et latiuscule clavatis, stipitatis, 85-113 ≈ 23-25; sporidiorum glomerulo oblongo-elliptico, 49,5 ≈ 18-23; sporidiis octonis, quorum 6 distichis, atris, episporio grosse verrucoso v. subgibboso, 17-21 ≈ 9-10, gelatina unilaterali 8-9 μ. cr. instructis; paraphysibus paullum ramosis, hyalinis, 3 μ. cr., apice vix aut distinctius clavulatis, septatis. 4585

Hab. in stercore c e r v i n o, Pressbaum Austriæ infer., socio S a c c o b o l o n e g l e c t o. — *S. neglecto* valde affinis, sed ascomatibus sporidiisque majoribus diversus.

Sect. 2. Hyalosporæ.

ASCOPHANUS Boud. — Syll. VIII, p. 528.

1. **Ascophanus flavus** Karst. Symb. Fenn. XXIX, p. 105. — Ascomatibus gregariis vel confertis, superficialibus, ovoideis, dein vertice applanatis, tenuiterque marginatis, glabris, flavis, 0,5-1,5 mm. lat.; ascis cylindraceis, octosporis, circiter 210 ≈ 12-14, jodo non cœrulescentibus; sporidiis monostichis, ellipsoideis, levibus, eguttulatis, 18-20 ≈ 9-10, paraphysibus filiformibus, apicem versus aliquanto incrassatis, deorsum fulvis, remote articulatis, 2-4 μ. cr. 4586

   Hab. in stercore vacciao ad Mustiala Fenniæ.

2. **Ascophanus subiculosus** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 171. — Gregarius 300 μ. diam., sessilis, subglobosus vel cylindraceus, apice truncatus leniterque depressus, initio pallide brunneus, dein nigrescens, glaber, mycelio arachnoideo albido-flavescente filamentoso insitus; ascis clavatis 210 ≈ 15, octosporis, jodo cœrulescentibus; paraphysibus gracilibus, filiformibus, apice subincrassatis, jodo intense cœrulescentibus; sporidiis monostichis ovoideis, levibus 22 ≈ 9-10. 4587

   Hab. ad fimum asininum, Egido prope Quito Æquatoriæ. — Paraphysibus copiosissimis et mycelio matricem totam obtegente facile dignoscitur.

3. **Ascophanus elegans** J. Klein Mykol. Mittheil. p. 566, t. X, f. 18-20 (*Ascobolus*). — Ascomatibus obturbinatis, subsessilibus, margine crenatis, extus brunneis, disco flavo-viridulo; ascis erumpentibus, tereti-clavatis, amplis, octosporis, paraphysibus filiformibus brevioribus obvallatis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, 55-60 ≈ 30, initio strato hyalino cinctis, levibus, sordide albis. 4588

   Hab. in fimo equino, in laboratorio cultus, in Hungaria. — Asci et sporidia subinde multo minora manent.

4. **Ascophanus patagonicus** Speg. F. Pat. n. 161. — Ascomatibus sparsis vel hinc inde laxe gregariis, rubescenti vel flavescenti-cerinis, hemisphæricis, 0,5-1 mm. diam., superne applanato-concavis, margine integris, extus glaberrimis; ascis clavulato-saccatis 20 ≈ 8, sessilibus, jodi ope immutatis, aparaphysatis, octosporis; sporidiis inordinate di-tristichis, ellipticis, nonnihil inæquilateralibus, utrinque obtusiusculis, 7-9 ≈ 3, hyalinis. 458

   Hab. in fimo Aucheniæ Guanaco in meseta secus Rio S. Cruz Patagoniæ.

5. **Ascophanus brunnescens** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIX, p. 104. 4590
— Ascomatibus sparsis, superficialibus, rotundatis, glabris, pallide brunneis vel sordide fulvescentibus, 0,2–0,3 mm. latis; ascis cylindracoo-clavatis, octosporis, 48–53 ≈ 10; sporidiis distichis ellipsoideis, eguttulatis, levibus, hyalinis, 7–8 ≈ 3–3,5 μ. cr.; paraphysibus 1 apice clavulatis et flavo-chlorinis.

Hab. in stercore vaccino ad Mustiala Fenniæ.

6. **Ascophanus spadiceo-niger** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 925. — 4591
Granuliformis, sphæricus, atro-brunneus, fructificatione *A. ochraceo* sed paraphysibus apice non inflatis et sporidiis tandem brunneolo-tinctis.

Hab. in fimo Cuniculorum in hortis St. Amand Galliæ.

RHYPAROBIUS Boud. — Syll. VIII, p. 539.

1. **Rhyparobius tenacellus** Phil. Grev. XIX, p. 74. — Sparsus, minutus, initio cylindraceus, dein hemisphæricus, immarginatus, albus, glaber, excipulo molliusculo, submembranaceo, disco plano v. subconvexo; ascis late clavatis, 70–80 ≈ 27–30; sporidiis 36 in quoque asco, ellipsoideis, hyalinis, 12 ≈ 8; paraphysibus sursum obtusis incrassatis, 6 μ. cr. guttulatis, dein pseudoseptatis. 4592

Hab. in stercore Cunicilorum, Shropshire Britanniæ. — Cellulæ excipuli 10 μ. diam., arcte cohærentes. Affinis *R. albido* sed asci et sporidia majora et totus albus.

2. **Rhyparobius ascophanoides** Sacc. *Ascophanus rhyparobioides* Heim. 4593
Œsterr. Ascob. p. 22, f. XI. — Minutissimus, vix 300 μ. lat., albido-hyalinus, convexus, subgranuliformis; disco valde conspicue papillato; ascis paucis (6–8), late v. latissime obovato-clavatis, stipitatis, 120–174 ≈ 50–73, polysporis (non raro circ. 32-sporis); sporidiis inordinate dispositis, ellipsoideis, hyalinis, 14,5–17,5 ≈ 7–8,5; paraphysibus numerosissimis 2 μ. cr., tenuiter filiformibus, simplicibus, apice non incrassatis, septatis, hyalinis.

Hab. raro in stercore putrido cervino in ditione Pressbaum Austriæ infer. — *A. sexdecimsporo* affinis.

3. **Rhyparobius oligoascus** (Heim.) Sacc. *Ascophanus oligoascos* Heim. 4594
Œsterr. Ascob. p. 27, f. I. — Ascomatibus 200 μ. lat., ovoideis v. ovoideo-conicis, infra glabris, junioribus superne cellulis elongato-clavatis, luteis quasi coronatis, dein irregulariter ruptis; ascis plerumque 2, uno ad sporidiorum evolutionem parato, altero laterali nondum evoluto, oblongo-ovatis, tenuiter annulatis, 150 ≈ 60, polysporis; sporidiis in asco conglobatis, ellipsoideis vel subfusoideis,

4,5-5,5 ≈ 3; paraphysibus exterioribus apice clavulatis, interioribus linearibus, septatis, hyalinis.

Hab. in fimo cervino putrido ad Pressbaum Austriæ infer.

STREPTOTHECA Vuill. in Journ. de Bot. Mars 1887, p. 33 c. icon. (Etym. *streptos* torquis, collare et *thece* ascus). — Ascomata perexigua, subsessilia, e cylindraceo expansa, excipulo peripherico brevissimo tenui, pilis delicatis fimbriato. Asci tereti-clavati, breve stipitati, 32-spori, zona annulari sub vertice intus prædíti, operculo minuto dehiscentes. Sporidia fusoidea, continua, hyalina. Paraphyses parcæ, asco breviores.

1. **Streptotheca Boudieri** Vuill. loc. cit. — Exigua, albo-diaphana, 4595
$^1/_5$-$^1/_4$ mm. diam.; ascis 120 ≈ 22; sporidiis 12,6 ≈ 3; cetera generis.

Hab. in stercore vulpino in silva de Haye prope Nancy Galliæ. — Cfr. cum *Rhyparobio Crouani* (Renny) Phill. — Syll. VIII, pag. 543.

THELEBOLUS Tode Meckl. I, pag. 41, Zukal. Denksch. Akad. Wien 1885, p. 1-6, t. I, Heim. Ascob. p. 28. — Ascomata exigua, primo subsphærica, dein ovata, omnino clausa, demum vertice irregulariter vel circumscisse dehiscentia, ascum unicum proportione maximum gerentia. Ascus subovatus, myriosporus, demum emergens, sæpius sub vertice bilabiato vel lacerato dehiscente annulato-zonatus. Sporidia ovato-oblonga, continua, hyalina. Paraphyses tenues, copiosæ, hyalinæ. — Genus hoc in vol. VII, Syll. p. 44, ut auctores omnes ante Zukalium, inter Nidulariaceas locaveramus. Cl. Brefeld (Untersuch. fasc. IX) locat inter suos Hemiascos.

1. *Eu-Thelebolus*. Ascomata glabra.

1. **Thelebolus stercoreus** Tode, Zuk. Denksch. Akad. Wien 1885, 4596
p. 1-6, t. I, Heim. Ascob. p. 28. — Ascomatibus primo subsphæricis, demum late ovatis, circ. 300-400 μ. alt., extus glabris ochraceis; asco late ovoideo, 200-260 ≈ 150-175, distincte annulato; sporidiis oblongis, homogenis, indistincte nucleatis, 5,8-7 ≈ 3,5; paraphysibus ramosis, septatis.

Hab. in stercore humano, cuniculino, leporino, cervino, capreolino et vaccino, in Europa et América.

2. **Thelebolus nanus** Heim. Œsterr. Ascob. p. 30, f. II. — Ascoma- 4597
tibus minutissimis, circ. 130 μ. lat., ellipsoideis, hyalinis; ascis ellipsoideis, annulatis, sub apice basique lenissime constrictis, 140 ≈

80; sporiidis ellipsoideis, hyalinis, inconspicue 1-guttatis, 5-6 ≈ 3; paraphysibus non remotis, tenuissime septatis, 3 μ. cr., hyalinis.

Hab. in stercore leporino, rarissime, socio Thelebolo stercoreo, cui affinis, Pressbaum Austriæ infer.

2. *Trichobolus* Sacc. Ascomata setigera.

3. **Thelebolus Zukalii** Heim. Œsterr. Ascob. p. 30, f. III. — Ascomatibus primum subsphæricis, dein late ovatis, circ. 0,5 mm. lat., pallide ochraceis, imprimis in superiore parte setis rigido patentibus septatis, atque ad 300 μ. long., acutissimis, obsitis; ascis latissime ovatis, exannulatis, circ. 375 ≈ 245; sporidiis subsphæricis, hyalinis, distincte 1-guttatis, 8,5-11,5 ≈ 7,5-9; paraphysibus gracillimis, ramosis, 2 μ. hyalinis, septatis. 4598

Hab. in stercore putrido cervino, Pressbaum Austriæ infer. — *Th. stercoreo* affinis, sed setulis prædistinctus.

GYMNODISCUS Zuk. — Syll. VIII, p. 545.

1. **Gymnodiscus durus** Zuk. Berichte d. deutsch. bot. Gesell. 1890, p. 295. t. XVII, f. 1-4 et 9. — Ascomatibus globosis, 1-1,5 mm. albidis vel brunneolis, solitariis vel in pseudostroma arcte connexis; excipulo ex hyphis densis contexto, fere trigono, circ. 140 μ. cr.; ascis globulosis, racemosis 5-7 ≈ 5-6, octosporis, subsessilibus, hyphis ramosis septatis fultis; sporidiis conglobatis ellipsoideo-cylindraceis, subangulosis, 3-4,5 ≈ 2,5, flavidis, tunica crassiuscula levi. 4599

Hab. in subere in extracto gallarum natante, cultus Wien Austriæ.

APHANOASCUS Zuk. Berichte d. deutsch. bot. Gesell. 1890, p. 295. — Ascomata globulosa, excipulo initio gymnoascaceo (albo), dein pseudoparenchymatico (rubro) pilis septatis parce cincto. Asci piriformi-ellipsoidei, 8-spori, hyphis longis ramosis glomeratim inserti. Sporidia ellipsoideo-globulosa, muricata. — Status conidicus sistit formam, *Sporotricho vellereo* Sacc. et Sp. F. it. n. 741 valde similem.

1. **Aphanoascus cinnabarinus** Zuk. loc. cit. t. XVII, f. 5-7. — Ascomatibus maturis cinnabarinis, 1-2 mm. diam.; hyphis ascogenis 1,5-2 μ. cr.; ascis subsessilibus, demum rubentibus, 13-14 ≈ 12-15; sporidiis 5,5 ≈ 5, conglobatis, rubentibus, episporio spinuloso. 4600

Hab. in fimo crocodylino, cultus, Wien Austriæ. — Sec.

auctoris sententiam fungillus medium tenet inter *Gymnoascum* et *Eurotium*.

Fam. 4. **Dermateaceæ** Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

CENANGIUM Fr. — Syll. VIII, p. 556.

1. **Cenangium hypochlorum** Berk. et Curt. in Grev. XIX, p. 107 (*Encœlia*). — Sparsum, sessile, cupulatum, firmum, subcoriaceum, 1-2 mm. diam., flavo-viridulum, furfuraceum; disco sordide ochraceo; ascis anguste clavatis, octosporis, 60-65 ≍ 5-6; sporidiis fusoideis, vel oblongo-fusoideis, rectis vel curvulis, 10-12 ≍ 2-2,5; paraphysibus filiformibus. 4601

   Hab. in cortice emortuo in insula Cuba.

2. **Cenangium Labiatarum** Ces. Flora 1853, p. 201, Klotzsch H. M. n. 1731. — Erumpens, sparsum, extus nigrum, glabrum, disco primitus pruinoso, demum pallide helvolo, margine in adultis (semper?) laciniato. 4602

   Hab. ad caules exsiccatos Labiaterum, imprimis Menthæ rotundifoliæ et Lycopi, Vercelli Ital. bor. — *Cenangium chlorellum* Fr. — Syll. VIII, p. 576, III, p. 172 — est, teste Tul. Carp. *Nectria chlorella* (Fr.) Tul. appellandum.

TYMPANIS Tode. — Syll. VIII, p. 578.

1. **Tympanis? tcomensis** B. et Br. Brisb. III, p. 222, t. 29, f. 18-21. — Gregaria, primo farinosa, sphariæformis, dein stipite circ. 4 mm. alt. suffulta, margine incurvo, disco aperto cretaceo, extus tomento sordide albo vestita; ascis sporidiisque..... nondum maturis. 4603

   Hab. ad fructum Banksiæ ad ripas fluvii Tooma Australiæ (F. Campbell). — Species quoad habitum ad *Tympanidem* accedens sed dubia quia ascis sporidiisque adhuc immaturis.

2. **Tympanis Cratægi** Lasch in Bot. Zeit. 1861, p. 295. — Erumpens, simplex vel subcæspitosa, turbinata, pallide fusca, intus obscure flava, disco, subviridi-nigrescente; ascis clavatis; sporidiis oblongo-ovoideis. 4604

   Hab. in ramis Cratægi in Borussia. — An diversa a *Pezicula Cratægi*?

Sect. 2. Didymosporæ.

CENANGELLA Sacc. — Syll. VIII, p. 587.

1. **Cenangella Carpini** (Hazsl.) Sacc. Syll. VIII, p. 589, Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. IV. p. 24. — Asci clavati, 90-120 ≃ 13-15, basi nodulosi; paraphyses filiformes guttulatæ; sporidia fusoidea, curvula, 1-septata, 39-57 ≃ 6, hyalino-nubilosa, demum olivacea, 2-3-sticha. Nascitur quoque in ramis Carpini Betuli, Groenendael Belgii. — **Cenangella Pinastri** (Tul.) Sacc. Syll. VIII, p. 588, teste Hazsl., Magyar. Szab, Disc. t. XI, f. 12, demum præbet sporidia fusca. An diversa a specie Tulasneana? 4605

Sect. 3. Phragmosporæ.

SCLERODERRIS Fr. — Syll. VIII, p. 594.

1. **Scleroderris congesta** (Mass.) Sacc., *Cenangium* Massee Journ. of Bot. 1891, p. 1, t. 300, f. 1-6. — Ascomatibus stromate tenui insidentibus, cæspitulos albidos, irregulares, 0,5-1 cm. diam. efformantibus, sessilibus, corneis, circularibus v. e mutua pressione irregularibus, sphærico-depressis, primo clausis irregulariter ruptis, extus brunneis, dense pruinosis, disco concavo, pallido; ascis cylindraceis, basi attenuatis, 8-sporis; sporidiis monostichis, ellipsoideo-fusiformibus, 3-septatis, levibus, hyalinis, 16-18 ≃ 8; paraphysibus numerosis, filiformibus, septatis, ascis æquilongis, 1,5-2 μ. diam. 4606

Hab. ad corticem in insula Madagascarensi (Baron).

Sect. 4. Scolecosporæ.

GODRONIA Mong. — Syll. VIII, p. 601.

1. **Godronia splendida** Speg. Fung. Puigg. pag. 208. — Ascomatibus sparsis, erumpenti-superficialibus, scutellato-discoideis, 2-3 mm. diam., marginatis, carnoso-coriacellis, extus atris, glabris, rugulosis, disco levissimo pulchre aurantiaco; ascis cylindraceis, 200-300 ≃ 10, apice subtruncatis, deorsum longe attenuato-stipitatis, octosporis; sporidiis filiformibus, 150-180 ≃ 1, hyalinis, continuis; paraphysibus dense filiformibus, hyalinis, apice ramulosis, aurantiaco-granulosis, dense mucoso-coalescentibus. 4607

Hab. ad ramos corticatos emortuos in silvis pr. Apiahy Brasiliæ (Puiggari).

CRINULA Fr. — Syll. VIII, p. 606.

1. **Crinula caliciiformis** Fr. — Syll. VIII, p. 607. — Var. **sorbicola** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVI, p. 31 (forma conidica). — Stipitibus scabrosis, glabris, deorsum tomentosis, atro-olivaceis, ex hyphis fuligineis subhyalinisque fasciculatis compositis; conidiis ex hypharum apice angustissimo, hyalino catenulatim oriundis, mox secedentibus, oblongatis vel ellipsoideo-oblongatis, rectis, eguttulatis, hyalinis, 2-3 ≃ 1-1,5. 4608

Hab. in cortice emortuo Sorbi Aucuparæ in Mustiala Fenniæ.

Fam. 5. **Bulgariaceæ** Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

PULPARIA Karst. — Syll. VIII, p. 612.

1. **Pulparia australis** Speg. Guar. I, p. 136. — Ascomatibus hinc inde pauci-aggregatis, sæpe subfasciculatis, breviter pedicellatis, turbinato-expansis, 1-1,5 mm. diam., membranaceo-carnosulis, tenacellis, cinerellis, extus vix obscurioribus, glabris, sub lente valide pruinosulis, in disco pallidioribus, margine acutis, integris, udis planis, siccis, undulato-involutis, contextu indistincto, coriacellis; ascis clavatis, sursum acutato-obtusatis, deorsum attenuato-stipitatis, 8-sporis, 38-40 ≃ 5; sporidiis globosis, 3-3,5 μ. diam., levibus, grosse guttulatis v. granulosis, hyalinis; paraphysibus ascis vix longioribus, antice incrassatis, hyalinis, simplicibus. 4609

Hab. ad truncos cariosos putrescentes in silvis subvirgineis pr. Carapeguá Brasiliæ. — Species habitu inter *Helotium* et *Chlorosplenium* media.

OMBROPHILA Fr. — Syll. VIII, p. 613.

1. **Ombrophila albiceps** Peck 42 Rep. p. 34, t. II, f. 1-5. — Ascomatibus hemisphæricis v. convexis, tenacibus, albidis vel interdum dilute incarnatis, 4-8 mm. lat.; stipite æquali v. basi crassiusculo, tenaci, farcto, udo subglutinoso, pallido vel rubenti-brunneo, 8-16 mm. long., 2-9 mm. cr.; ascis anguste cylindraceis, 8-sporis, 40-50 ≃ 5-6,5, paraphysatis; sporidiis minutis, ellipsoideis, 5 ≃ 3. 4610

Hab. in ligno dejecto arborum deciduarum, North Elba Amer. bor. — Habitus *Leotiæ*.

2. **Ombrophila aurata** (Berk. et Rav.) Phil. Grev. XIX, p. 74, *Peziza aurata* Berk. et Rav. in Ravenel's Exs. Fasc. III, n. 37. — Solitaria v. conferta, initio clausa dein concava, 2-6 mm. lat., demum expansa, convexa, margine undulata, 12 mm. lat. extus primo viridulo-flava, disco atro-virenti, demum fusca, deorsum venosa; ascis clavatis, 30 = 4, 6-8-sporis; sporidiis fusoideis, hyalinis, 5 = 2; paraphysibus parcis. 4611

Hab. in ligno emortuo Aceris in Carolina inf. Amer. bor.

3. **Ombrophila bulgarioides** Sacc. Myc. Austral. n. 78, f. 4. — Ascomatibus gelatinoso-induratis in cæspitulos congestis, initio suburceolatis sessilibus, dein breve stipitatis, scutellatis, extus nitide ochraceo-lutescentibus, leviusculis; disco planiusculo, mox undulato-contorto, 5-6 mm. diam., rufo-fusco; ascis teretibus, brevissime stipitatis, octosporis, apice rotundatis, 35-40 = 3,5-4 paraphysibusque bacillaribus gelatina fulva simul conglutinatis, sporidiis oblongis, rectis vel leniter curvis, 6-7 = 2, hyalinis, continuis. 4612

Hab. in ligno emortuo, Gracemore Australiæ, rarius. — Peraffinis *O. collemoidi* (Rehm) Sacc. Syll. VIII. pag. 618, a qua colore ascomatis, ascis sporidiisque longioribus differre videtur.

4. **Ombrophila subvillosula** Rehm Disc. p. 479. — Ascomatibus solitariis, dein cyathiformibus, 0,3-1,2 mm. lat., basi stipite cylindraceo, subrecto v. arcuato, 1-3 cm. long., 0,2-0,4 mm. cr. præditis, brunneolis, extus et præcipue ad marginem ob pilos simplices, vix septatos, obtusos, rectos, primo hyalinos, dein dilute brunneolos, 30-120 = 3, albo-pannosis, gelatinoso-ceraceis; disco tenuiter marginato; contextu prosenchymatico, brunneo; ascis clavatis, supra rotundatis, 8-sporis, 90-100 = 9-12; sporidiis oblique distichis, fusoideis, supra sublatioribus, non vere acutis, rectis, utrinque minute 1-guttatis, 12-20 = 4-5; paraphysibus subramosis, hyalinis, circ. 1,5 μ. lat. 4613

Hab. ad folia pinea in silva pr. Königstein (Krieger). — *O. Morthierianæ* valde affinis; ab ea differt ascomatibus margine tenuiter ciliatis.

5. **Ombrophila firmula** (Roll.) Sacc. *Coryne* Roll. in Bull. Soc. Myc. V, pag. 169, t. XV, f. 2. — Gelatinosa, firma, elastica, primitus clausa, turbinata, dein patens, margine orbiculata v. flexuosa, 2-3 mm. diam.; disco supra glauco-viridi, tum convexo, tum concavo-depresso, margine tumente opalino-hyalino cincto, in roseum vergente tandemque pallescente; contextu hyalino; ascis clavatis, stipitatis, 8-sporis, 80-90 = 7-8; sporidiis fusoideis, sæpe 2-3-gutta- 4614

tis, 6-7 ≈ 2-3; paraphysibus filiformibus, continuis, prominentibus, sursum virescentibus.

Hab. in Polyporo Schweinizii vetusto, Zermatt Tiroliæ.

ORBILIA Fr. — Syll. VIII, p. 621.

1. **Orbilia fugax** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 26. — 4615
Ascomatibus sparsis, sessilibus, concavis, subdiaphanis, glabris, inter nervos foliorum sitis, 36-45 μ. lat., margine albo; ascis oblongis vel clavatis, basi curvis, sessilibus, 18-21 ≈ 5-6, octosporis; paraphysibus filiformibus, parcis, simplicibus ascos subæquantibus; sporidiis oblique 1-stichis vel 2-stichis, oblongis, 4-5 ≈ 0,7-1, hyalinis.

Hab. in culmis Calamagrostidis silvaticæ vel arundinaceæ, Poix Galliæ.

2. **Orbilia brasiliensis** (Speg.) Sacc. *Calloria brasiliensis* Speg. F. 4616
Puigg. n. 393. — Ascomatibus orbiculari-effusis mediocribus rubro-aurantiis, 2-5 mm. diam. glaberrimis. tenuibus; ascis cylindraceo-clavulatis parce paraphysatis, 45-50 ≈ 4, octosporis; paraphysibus parcis, filiformibus; sporidiis elliptico-fusoideis, utrinque acutis, hyalinis, 5 ≈ 1-1,5.

Hab. in tela dejecta putrescente in hortis prope Apiahy Brasiliæ. — Iodi ops nulla.

HÆMATOMYCES B. et Br. — Syll. VIII, p. 633.

1. **Hæmatomyces fagineus** Peck 43 Rep. pag. 33, t. IV, f. 5-7. — 4617
Tremelloides, cerebriformis, 2,5-5 cm. diam., gyroso-lobata, glabra, nitens, extus intusque rubra (*raisin color*); ascis subcylindraceis, 8-sporis, 60 ≈ 7,5; paraphysibus gracilibus, supra lenissime incrassatis; sporidiis plerumque monostichis, anguste ellipsoideis, 7,5 ≈ 3,5-5.

Hab. ad truncos Fagi ferrugineæ, Rainbow Amer. bor. — Habitus *Tremellæ*.

AGYRIUM Fr. — Syll. VIII, p. 634.

1. **Agyrium flavidulum** Rehm Disc. p. 452. — Ascomatibus sparsis, 4618
sessilibus, rotundis vel elongatis, plerumque confluentibus, plus minus valde convexis, griseo-flavidis vel pallide succineis, levibus, siccis flavo-brunneolis, 0,3-1,2 mm. lat., gelatinoso-ceraceis; excipulo nullo; ascis clavatis, supra rotundatis, 8-sporis, 75-90 ≈ 6-7; sporidiis distichis ellipsoideis, obtusis, rectis, plerumque 2-guttatis,

9-10 ≈ 3; paraphysibus filiformibus, supra usque ad 2 μ. lat., hyalinis.

Hab. in pericarpio Fagi in silva pr. Sugenheim in Franken.

GLŒOPEZIZA Zukal in Flora 1891, p. 100 (Etym. *glœos* gluten et *Peziza*). — Ascomata submicroscopica, peripherice involucro e paraphysibus mutatis constituto, supra massa gelatinosa cupuliformi limitata. Excipulum parenchymaticum deficiens. Asci clavati, 8-spori, paraphysati. Sporidia continua, ovato-ellipsoidea, hyalina, levia.

1. **Glœopeziza Rehmii** Zukal loc. cit. t. III, fig. 14-25. — Ascomatibus circ. 100-150 μ. alt., 200 μ. lat., mollibus, dilute et translucide rubentibus, involucro e paraphysibus mutatis constituto, cinctis, ecorticatis, initio massa gelatinosa, clara inclusis; ascis clavatis, supra sensim rotundatis, apice subincrassatis, rectis curvulisve, egregie stipitatis, circ. 84-90 ≈ 8-10 (p. sp.), 8-sporis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, subovoideis, levibus, hyalinis, circ. 10-12 ≈ 6-8; paraphysibus simplicibus, supra leniter clavato-incrassatis, strato gelatinoso, tenuissimo cinctis. 4619

Hab. in Jungermannia trichophylla, Wechselgebiet Austriæ infer. (M. Heer).

Sect. 2. Phæosporæ.

BULGARIA Fr. — Syll. VIII, p. 636.

1. **Bulgaria trichophora** Massee Journ. of Bot. 1891, pag. 2, t. 300, f. 7-10. — Solitaria, sessilis, subgelatinosa, suborbicularis, 3,5-5 cm. diam., margine dein involuto et tenui, atro-brunneis, extus pilis longissimis, cylindraceis, septatis, sinuatis, atro-brunneis, 7-8 μ. diam. obtectis, disco convexo, regularibus; ascis cylindraceis, basi abrupte attenuatis, 8-sporis; sporidiis atro-brunneis, anguste ellipsoideis, levibus, 42-45 ≈ 12-14; paraphysibus numerosis, cylindraceis, apice subincrassatis, guttulis brunneis farctis, septatis, 4-5 μ. cr. 4620

Hab. in ligno in insula Madagascar (Baron).

2. **Bulgaria chalybea** (Berk. in Herb.) Cooke et Mass. Grev. XIX, p. 74, *Bulgaria inquinans* var. *chalybea* Berk. Indian Fungi. — Cæspitosa, substipitata, demum aperta, turbinata, dein obconica extus rugulosa, umbrina, 2½-5 cm. diam., subfurfuracea, disco concavo, chalybeo, margine acuto; ascis clavatis, tetrasporis; sporidiis 4621

monostichis ellipsoideis, fuscis inæquilateralibus, 25-27 ≃ 10; paraphysibus linearibus, hyalinis.

Hab. ad ligna Darjeeling Indiæ orientalis.

3. **Bulgaria globosa** (Schm.) Fr. — Syll. VIII, pag. 636. — Sec. cl. Karst. in Hedw. 1891, p. 247, species rarissima lecta fuit in palude prope Viburgum a cl. Arth. Thesleff et præbet ascos cylindraceos longissime stipitatos; sporidia sphæroideo-ellipsoidea, 8-10 ≃ 5-6, monosticha, hyalino-flavescentia; paraphyses articulatas, apice subincrassatas, 2-3 μ. cr. Vix ergo comparanda species cum gen. *Sarcosomate*, de quo infra. Cfr. Rehm Disc. p. 497.

4. **Bulgaria Agaves** Rabenh. in Kl. H. M. n. 1223, Bot. Zeit. 1849, 4622
p. 293 (nomen).

Hab. in Agave in Germania. — E loco vix hujus generis.

SARCOSOMA Casp. in Rehm Disc. p. 497 (Etym. *sarx* caro et *soma* corpus). — Ascomata maxima, sessilia, carnoso-gelatinosa, globoso-truncata, extus brunnea. Asci cylindracei longissimi, octospori. Sporidia ellipsoidea, monosticha, intus granulosa, subhyalina. Paraphyses filiformes, ramosæ, septatæ, hyalinæ.

1. **Sarcosoma Platydiscus** Casp. in Rehm loc. cit. fig. pag. 474 (ut 4623
var. *S. globosi*). — Ascomatibus globoso-truncatis, extus atro-brunneis, 4-7 cm. alt., 4-9 cm. lat., disco scutellato-truncato, marginato; ascis 300-400 ≃ 19, octosporis; sporidiis continuis, granulosis, 30-39 ≃ 12-14.

Hab. pr. Königsberg Germaniæ (Caspary). — Cum *Bulg. globosa*, teste Karst., non comparanda species.

Sect. 3. Didymosporæ.

SOROKINA Sacc. nov. gen. (Etym. a cl. N. W. Sorokin in Univers. Kazan Bot. prof.). — Ascomata subturbinata, sessilia, gelatinosa. Asci tereti-clavati, paraphysati. Sporidia ellipsoideo-oblonga, 1-septata, brunnea.

1. **Sorokina microspora** (Berk.) Sacc., *Bulgaria microspora* Berk. in 4624
Grev. XIX, pag. 74. — Conferta v. sparsa, sessilis, subturbinata, dein expansa, disco plano v. concavo, umbilicato, ruguloso, nitido, purpureo-brunneo, sicco nigro; substantia gelatinosa, rugosa; ascis tereti-clavatis; sporidiis ellipsoideis, utrinque acutatis, brunneis, 1-septatis, 6 ≃ 3; paraphysibus filiformibus.

Hab. ad ligna, Venezuela.

PARYPHEDRIA Zukal in Flora 1891, p. 98 (Etym. *paryphe* collare et *dria* urna, hinc non *Parüphädria* ut habet Zuk., nec *Paryphydria* ut Rehm Disc. p. 484). — Ascoma cartilagineo-gelatinosum, siccum carneum, nigricans, urceolato-urniforme, clausum, dein poro sensim ampliato pertusum, late marginatum. Asci clavati, octospori. Sporidia oblonga, 1-septata, subhyalina. Paraphyses apice capitato-gelatinosæ. — Sec. cl. Zukal fungus in algis (*Palmella, Glæocapsa*) parasitatur.

1. **Paryphedria Heimerlii** Zukal loc. cit. t. III, f. 1-13. — Ascomate 1-2 mm. lat., diu urniformi, pertuso dein explanato, convexo, diaphane brunneo, margine lato, plano; ascis clavatis, stipitatis, 45-50 ≈ 8-11 p. sp.; sporidiis octonis oblique monostichis, breve clavulato-oblongis, constricto-1-septatis, 15-18 ≈ 4-5, ex hyalino brunneolis; paraphysibus articulatis, apice capitulo mucoso brunneolo terminatis. 4625

Hab. in foliis Jungermanniæ quinquedentatæ aliarumque pr. Aspang Austriæ inf. (M. Heeg).

Sect. 4. Phragmosporæ.

CORYNE Tul. — Syll. VIII, p. 641.

1. **Coryne sarcoides** (Jacq.) Tul. — Syll. VIII, p. 642. — Var. **Winteri** Rehm Disc. p. 492. — Ascomatibus sessilibus, brunneo-purpureis, infra sæpe succineis; ascis 124-135 ≈ 10-13; sporidiis 6-guttatis, dein pluriseptatis, 16-18 ≈ 4. In truncis Pini silvestris in Helvetia (Winter). — Var. **viridescens** Rehm Disc. p. 492: ascomatibus atro-viridibus, siccis læte viridi pruinosis, contractis; ascis 110-120 ≈ 6; sporidiis 10-12 ≈ 3-3,5, 2-1-cellularibus. In ligno Tiliæ in Carniolia (Voss).
2. **Coryne solitaria** Rehm Disc. pag. 488. — Ascomatibus solitariis, sessilibus, primo turbinatis, dein cyathiformibus, tandem applanato-caliciformibus, 2-7 mm. lat., extus levibus, basi rugosis, stipite usque ad 1 mm. alt., 0,3-0,5 mm. cr. suffultis, ceraceo-gelatinosis, siccis extus saturatius brunneis et corneis, disco initio tenuiter membranaceo, dein irregulariter convexo, dilute brunneo; ascis clavatis, supra rotundatis, 100-120 ≈ 9-11; sporidiis octonis, distichis, elongato-fusoideis, obtusis, rectis v. incurvis, primo 1- dein 2-locularibus, contentu granuloso, viridulo, 12-15 ≈ 4-4,5; paraphysibus filiformibus, 1 μ. cr., hyalinis. 4626

Hab. ad lignum querneum prope Münster (v. Tavel). — *C. striatæ* affinis.

3. **Coryne pallidula** Rehm Disc. pag. 488. — Ascomatibus gregariis, primo globoso-clausis et sessilibus, dein cyathiformibus, usque ad ½ mm. long., longe crasseque stipitatis, demum applanato-patelliformibus, extus brunneo-nigris, siccis rugosis et sæpe pulvere dilute albido tectis, 0,2-1,5 mm. lat., gelatinoso-ceraceis; disco pallido, margine tenui et albido; contextu prosenchymatico; ascis clavatis supra obtuse acuminatis, 8-sporis, 60-65 ≃ 8-9; sporidiis elongato-fusoideis, obtusis, rectis, primo continuis, dein 1-septatis, utrinque 1-guttatis, 7-10 ≃ 3; paraphysibus filiformibus, circ. 1,5 μ. lat., supra non incrassatis, hyalinis. 4627

Hab. in trunco decorticato querneo pr. Münster (v. Tavel). — *C. stemmatæ* affinis.

Sect. 5. Dictyosporæ.

SARCOMYCES Massee Journ. Myc. 1891, p. 178, t. VII, f. 1-3 (Etym. *sarx* caro et *myces*). — Ascomata subgelatinosa, subsessilia, erumpentia, basi coarctatâ insidentia; discus seu hymenium convexum, leve, margine acuto. Asci cylindracei. Sporidia monosticha, muriformia colorata. Paraphyses copiosæ. — *Hæmatomyxæ* affinis, sed hymenium leve, marginatum.

1. **Sarcomyces vinosus** Massee l. c., *Tremella vinosa* Berk. et Curt. herb. — Erumpens, substipitata, in discum carnosum subcircularem planum vel convexum, acute marginatum dilatata, glabra, purpureo-brunnea; ascis cylindraceis, deorsum incurvo-tenuatis, 4-sporis; sporidiis monostichis, oblongis, subacutis, 21-24 ≃ 8-10, triseptatis, dem muriformibus, ad septa vix constrictis, pallide brunneis; paraphysibus linearibus, hyalinis, continuis, copiosis, 2-5 μ. cr. 4628

Hab. ad ligna in Venezuela et Carolina inf. — Habitus *Bulgariæ inquinantis.*

Fam. 6. **Stictidaceæ** Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

PROPOLIS Fr. — Syll. VIII, p. 648.

1. **Propolis Betulæ** Fuck. Syll. VIII, p. 650. — Var. **Callunæ** Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. IV, p. 28. — Ascomatibus flavo-cervinis, 4629

intus alutaceis, furfuraceis; ascis clavatis, sessilibus, 90-200 ≈ 16-21, filiformi-paraphysatis; sporidiis oblongis, curvis, distichis, 31-36 ≈ 9-10, bi-pluriguttatis.

Hab. in trunculis Callunæ vulgaris, Nonceveux Belgii. — Affinis *P. rhodoleucæ*.

OCELLARIA Tul. — Syll. VIII, p. 654.

1. **Ocellaria Pulicariæ** Passer. Diagn. F. N. V, n. 22. — Ascomatibus 4630
sparsis, gregariis, parvulis, subdiscoideis, ceraceis, epidermide denticulata cinctis, excipuli contextu parenchymatico, cinereo-fusco; ascis clavatis; paraphysibus filiformibus subæquilongis fultis, 8-sporis, 37-50 ≈ 5-7; sporidiis oblique monostichis, subfusiformibus, hyalinis, integris 8-10 ≈ 12.

Hab. in caulibus siccis Pulicariæ viscosæ, Vigheffio pr. Parma Ital. bor.

NÆVIA Fr. — Syll. VIII, p. 658.

1. **Nævia Vincæ** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 161. — Ascomatibus 4631
roseis, hysterioideis, dein cupularibus; paraphysibus numerosis; ascis brevioribus, apice incrassatis; sporidiis oblongis, rotundatis, 8 ≈ 3,4.

Hab. in caulibus subsiccis Viciæ Craccæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

XYLOGRAPHA Fr. — Syll. VIII, p. 664.

1. **Xylographa hydrophila** Bomm. Rouss. Sacc. sp. n. — Ascomatibus 4632
subsparsis, longitudinalibus, erumpentibus, linearibus, nigris, 0,5-0,7, mm. long., 0,1 mm. lat., hymenio elongato griseo-atro, margine brunneo; ascis clavatis, basi nodulosis, 90-110 ≈ 11-14; sporidiis distichis, ellipsoideo-acutis, 18-24 ≈ 4,7, hyalinis, guttulatis.

Hab. in calamis Scirpi lacustris, Dohan Belgii.

Sect. 2. Didymosporæ.

COCCOPEZIZA Karst. in Rev. Myc. 1890, n. 47. — Ascomata matrice innata, crassiuscula, ceracea, applanata vel lentiformia, immarginata, epidermide nigrificata mox disparente tecta. Asci obovoidei, octospori. Sporidia conglobata, obovoideo-oblongata, uniseptata, hyalina. Paraphyses nullæ. — A *Propolidio* Sacc. præceteris defectu paraphysum diversa.

1. **Coccopeziza ootheca** Karst. l. c. — Ascomatibus matrice innatis, 4633

pellicula peridermii nigrificata mox disparente, tectis, applanatis vel lentiformibus, orbiculatis vel oblongis, sæpe inæqualibus, disco mox nudato flavido-pallente, circiter 0,1 mm. lat.; ascis ovoideis, 30-37 ≍ 28-29; sporidiis oblongato-ovoideis, uniseptatis, ad septum non constrictis, rectis, eguttulatis, 16-18 ≍ 6.

Hab. in cortice levi Populi albæ in Gallia (P. Hariot).

Sect. 3. Phragmosporæ.

ODONTOTREMA Nyl. — Syll. VIII, p. 679.

1. **Odontotrema inclusum** (Pers.) Karst. — Syll. VIII, p. 680. — ***O. affine** Bomm. Rouss. Sacc. — A typo recedit disco subolivaceo; ascis tereti-clavatis, 75-120 ≍ 12-15; sporidiis triseptatis, 18 ≍ 7, loculo secundo inflatulo. 4634

Hab. in fragmentis ligneis Fagi silvaticæ, Poix Galliæ.

Sect. 4. Scolecosporæ.

STICTIS Pers. — Syll. VIII, p. 681.

1. **Stictis emarginata** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 7. — Minutissima, gregaria, epiphylla; ascomatibus immersis, erumpentibus, poro pertusis, excipulo vero destitutis; ascis clavato-cylindricis, sessilibus; sporidiis filiformibus, continuis, hyalinis, ascos æquantibus, 70-75 ≍ 2. 4635

Hab. in foliis Eucalypti, Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

2. **Stictis hypodermia** Bres. Rev. Myc. 1891, p. 21, t. 114, f. III. — Ascomatibus subsolitariis v. 3-4-gregariis, profunde immersis, bene evolutis, urceolatis, extus nigris, disco cinereo, limbo elevato, candido, tomentoso cincto, circ. $^3/_4$ mm. lat.; ascis cylindraceis, substipitatis, 8-sporis, 400-600 ≍ 8-11; sporidiis hyalinis, filiformibus, flexuosis, pluriguttatis, asco fere æquilongis, 1-1,5 μ. lat.; paraphysibus filiformibus, ascos superantibus, ramulosis, 1-1,5 μ. lat. 4636

Hab. ad ramos Ulmi campestris pr. stroma Cryptosporellæ hypodermiæ, Leutschau Hungariæ (V. Greschik). — *St. radiatæ* affinis, margine integro, disco albido et sporidiis duplo longioribus diversa.

3. **Stictis dryophila** C. et Ell. Grev. V, p. 33, t. 75, f. 6. — Sparsa, pallida, extus pruinosa, margine primum dentata; disco plano; ascis cylindraceis; sporidiis distichis, cylindraceis, utrinque subattenua- 4637

tis, obtusis, multiguttatis, 180 ≈ 12; paraphysibus filiformibus, copiosis, flexuosis.

Hab. ad ramulos querneos, New Jersey Amer. bor.

4. **Stictis parasitica** E. et E. Journ. Myc. 1888. p. 54. — Erumpens, minuta, $^1/_6$ mm, diam., margine sordide albo, fimbriato-scutato, tandem expanso; ascis clavato-cylindraceis, substipitatis, 25-30 ≈ 5-6, copiose paraphysatis; sporidiis distichis, oblongo-ellipsoideis, hyalinis, continuis, 6-8 ≈ 2.5. 4638

Hab. in stromate Diatrypes tremellophoræ, Newfield New-Jersey Amer. bor. — Stroma *Driatrypes* cum cortice adjacente pilis erectis, fragilibus, 250-300 μ. long. obsitum.

SCHIZOXYLON Pers. — Syll. VIII, p. 697.

1. **Schizoxylon tuberculatum** Schw. Syn. Am. bor. n. 2172. — Sparsum, in tuberculis ligneis valde elevatis, circumcirca cinerescentibus situm; ascomatibus tuberculis immersis, aterrimis; disco demum rotundo aperto; sporidiis v. ascis mox profluentibus. 4639

Hab. in palis ex ligno Robiniæ factis, non raro Bethlehem Amer. bor. — Ascomata demum secedentia, foveolam in tuberculo relinquunt.

NEMACYCLUS Fuck. — Syll. VIII, p. 701.

1. **Nemacyclus hysterioides** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 29. — Ascomatibus sparsis, cupuliformibus, initio subclausis, dein convexis, nigricantibus, intus albo-hyalinis, suborbiculatim dein hysterioideo-dehiscentibus, margine flavo-viridi zonato; ascis anguste clavatis, basi nodulosis, apice angustatis, octosporis, 145-180 ≈ 15; sporidiis filiformibus initio strato tenui mucoso obvolutis, 135-160 ≈ 3, parallelis, mox spiraliter contortis, subcontinuis. 4640

Hab. in squamis strobilorum Pini silvestris, Bois de la Cambre et Groenandael Belgii. — Affinis *N. griseo* et *N. niveo.*

2. **Nemacyclus fimbriatulus** Sacc. Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. III. p. 7. — Ascomatibus sordide albis, subcarnosis, innatis, dein superficialibus, dense gregariis, planiusculis, $^1/_2$ mm. diam., margine inæquali, leniter albo-fimbriato; ascis cylindraceis, breviter stipitatis, apice rotundatis, 120-130 ≈ 10; paraphysibus filiformibus, guttulatis cinctis; sporidiis bacillaribus, supra rotundatis, basi angustioribus, sæpe curvulis, 90-100 ≈ 1,7-2, pluriguttatis. 4941

Hab. in ligno putrido Abietis, Westmalle Belgii. — Species, quoad ascomata dein subsuperficialia, *Gorgonicipili* affinis.

Fam. **Phacidiaceæ** Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

CRYPTOMYCES Grev. — Syll. VIII, p. 707.

1. **Cryptomyces? disciformis** Fr. Summa p. 372, *Tremella discifor-* 4642
mis Fr. S. M. II, p. 216. — Erumpens, plana, subrotunda, levis, albida, demum nigrescens; ascis amplis paraphysatis.

Hab. ad ramos tenuiores Tiliæ in Suecia. — Epidermidem laceratam cingentem non superat, 1 mm. cr. glaber, albido-subincarnatus demum nigrescens, subrugosus. «Quid sit non satis patet».

PHACIDIUM Gr. — Syll. VIII, p. 709.

1. **Phacidium verecundum** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, 4643
p. 233. — Ascomatibus laxe gregariis, subepidermicis, erumpentibus, diu clausis, hemisphærico-discoideis, subcoriaceis, 0,5-0,7 mm. lat., atris, margine subangulosis, demum fatiscentibus et discum planiusculum sordide griseo-carneum ostendentibus; ascis clavatis; longe stipitatis, apice rotundatis, 8-sporis, 150-160 ≍ 12-14, p. spor. 75-90 μ. long.; sporidiis oblique monostichis, ovoideo-oblongis, hyalinis, 2-guttatis, 15-22 ≍ 7-9; paraphysibus filiformibus, hyalinis.

Hab. in ramulis emortuis Cratægi Oxyacanthæ, Groenendael Belgii. — Affine *Ph. salicino* et *pusillo*.

2. **Phacidium luridum** (Berk. et Curt.) Phil. Grev. XIX, p. 75, *Patel-* 4644
laria B. et C. in herb. Berkel. — Congregatum, sæpe contiguum, epidermide tectum dein erumpens, orbiculare, nigrum, rugosum, demum vertice irregulariter dehiscens; disco concavo, cinereo; ascis clavatis, 90 ≍ 5, octosporis; sporidiis oblongo-ovatis, continuis, 10-14 ≍ 4; paraphysibus filiformibus.

Hab. in ramis in Pensylvania (Doct. Michener). — Ascoma superne cum epidermide non vere concretum.

3. **Phacidium Phillyreæ** Pass. F. N. IV. n. 34. — Hypophyllum, orbicu- 464
latum, nigricans, in lacinias tres-sex dehiscens; ascis tubulosis basi breviter attenuatis, paraphysibus filiformibus subæquantibus, inferne pallidis, superne cinnamomeis obvallatis, 8-sporis, 52-62 ≍ 7; sporidiis subfusiformibus, integris, hyalinis, oblique monostichis, 10 ≍ 2,5-3.

Hab. in foliis dejectis Phillyreæ variabilis, Porto di Veruda Istriæ merid. (Solla)

4. **Phacidium verrucosum** (Wallr.) Sacc. Syll. VIII, p. 717, Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. IV, p. 31. — Asci cylindraceo-subclavati, sessiles, 50-60 = 5-6; sporidia hyalina, ellipsoidea, subinde apicibus angustata, 6-7 = 2,5-3, obsolete 2-guttata. — Nascitur quoque in caulibus Galii et Asperulæ odoratæ, Poix Galliæ.

5. **Phacidium multivalve** K. et S. — Syll. VIII, p. 710, Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. IV, p. 31. — Sporidia subfusoidea, 12 = 5, hyalina dein brunnea et eguttata. — Nascitur quoque in foliis Ilicis Aquifolii, Stoumont Belgii.

6. **Phacidium mirabile** Cooke Grev. XIX, p. 75. — Sparsum, subsuperficiale, 0,5-1,5 mm. d. initio lentiforme, clausum, demum inæqualiter dehiscens et discum atro-brunneum ostendens; excipulo submembranaceo; ascis clavatis, apice acutatis, octosporis, 95 = 10; sporidiis linearibus, acutis, rectis curvulisve, hyalinis, 2-8-guttulatis, 35-50 = 3-4; paraphysibus filiformibus, apice paullo crassioribus. 4646

Hab. in charta vetusta herbarii «Cryptogamas Lugdunenses» sistentis (J. J. Therry). — «An hujus generis?».

7. **Phacidium pusillum** Lib. — Syll. VIII, p. 716. — Oudem. in Hedw. 1891, p. 248, *Cryptodiscus pusillus* (Lib.) Rehm in Hedw. 1891, p. 252, *Cr. cæruleo-viridis* Rehm in Bref. Unters. X, p. 280, t. X, f. 19-20. — Species adhuc disputata vel duplex. Cl. Oudem. l. c. describit inter Phacidiaceas sporidiis continuis, epithecio non sed matrice virente; cl. Rehm l. c. e contra habet ut Stictidaceam sporidiis 1-septatis, epithecio et matrice virente. Ubi characteres postremi occurrant, species, meo sensu, *Propolidium pusillum* nuncupanda. 4647

TROCHILA Fr. — Syll. VIII, p. 728.

1. **Trochila Laurocerasi** (Desm.) Fr. — Syll. VIII, p. 729. — ? Var. **punctiformis** (Wallr.) *Phacidium punctiforme* Wallr. Crypt. n. 2303. — Ascomatibus innatis, orbiculatis, punctiformibus, minutissimis, gregariis, rugulosis, nigris, dein verticem scissum abjicientibus discumque hyalino-viridulum planum, limbo nigro crenulato cinctum recludentibus. 4648

Hab. ad inferiorem Pruni Padi foliorum languidorum paginam in Germania.

Sect. 2. Didymosporæ.

KEITHIA Sacc. nov. gen. (Etym. a rev. Dr. Keith mycologo anglico).

— Ascomata erumpentia, in lacinias 3-4 fissa, disco nigro. Asci clavati, 4-spori, paraphysati. Sporidia prope basin 1-septata, ellipsoideo-ovata, brunnea. — Est *Phacidium* phæodidymum.

1. **Keithia tetraspora** (Phill.) Sacc. *Phacidium* Phill. Disc. p. 388. 4649
— Epiphylla, erumpens, orbicularis v. oblonga, convexa, 1. mm. lat., cinerea, macula flavo-brunneola insidens, in lacinias 3-4 irregulariter fissa; disco extus nigro, intus flavo-brunneolo; ascis late clavatis, 4-sporis; sporidiis ellipsoideo-ovatis, prope basin 1-septatis, sæpe papilla præditis, 25-28 ≈ 17, brunneis; paraphysibus numerosis, filiformibus, apice piriformibus brunneisque, septatis.

Hab. in foliis vivis Juniperi, Forres Britanniæ (Rev. Dr. Keith).

FABRÆA Sacc. — Syll. VIII, p. 735.

1. **Fabræa Rousseauana** Sacc. et Bomm. Contr. Myc. Belg. III, p. 6. 4650
— Ascomatibus carneo-roseis, dein brunneis, sessilibus, $^1/_3$ mm. diam., amphigenis, macula albo-griseola insidentibus; ascis breve stipitatis, clavatis, 51 ≈ 15; sporidiis 1-2-stichis, ellipsoideis, hyalinis, sæpe 2-guttatis, 18 ≈ 6-8; paraphysibus numerosis, gracilibus; ascis longioribus, septatis, leniter flexuosis.

Hab. ad folia viva Calthæ palustris, Ottignies in Belgio.

2. **Fabræa rhytismoides** (C. et M.) Sacc. *Phacidium rhytismoideum* 4651
Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 81. — Ascomatibus pseudostromate gregatim insertis, sæpe senis octonisve, minutis, extus atrobrunneis, disco pallide cinereo, siccis subclausis, demum totis piceo-brunneis et tunc *Rhytisma* æmulantibus; ascis clavatis, copiose paraphysatis; sporidiis cylindraceis, utrinque obtusis, 1-septatis, hyalinis, 16-18 ≈ 3-4.

Hab. in foliis viventibus Cotulæ, Macedon Australiæ (Mrs. Martin).

COCCONIA Sacc. — Syll. VIII, p. 738.

1. **Cocconia discoidea** Cooke et Mass. Sacc. *Rhytisma* C. et M. Grev. 4652
XIX, p. 48. — Orbicularis, convexa 1-1$^1/_2$ mm. diam, atra, glabra, subnitida, intus olivacea; ascis clavatis, subsessilibus, octosporis; sporidiis oblongis, uniseptatis, medio leniter constrictis, dilute olivaceis, 22 ≈ 5.

Hab. in foliis Veronicæ ellipticæ in Nova Zelandia (Kirk).

Sect. 3. Scolecosporæ.

COCCOMYCES De Not. — Syll. VIII, p. 744.

1. **Coccomyces viridis** (Rich.) Sacc. *Phacidium viride* Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1011. — Ascomatibus primo clausis, dein in lacinias 4–5 dehiscentibus, extus pallide brunneis, 1–2 mm. lat.; disco atro-viridi; ascis clavatis, 8-sporis; sporidiis acicularibus, guttulatis, 40 μ. long.; paraphysibus simplicibus, hyalinis, asco sublongioribus, superne epithecio brunneolo tectis. 4653

Hab. in ramulis denudatis Populi, St.-Amand Galliæ.

2. **Coccomyces leptosporus** Speg. Guar. I. p 138. — Maculis sordide albis v. fuscescenti-pallidis, irregulariter expansis, linea tenuissima, nigra, dense sinuosula limitatis, majusculis, subconfluentibus ac sæpe folium totum occupantibus; ascomatibus atris, in macula sparsis, tri-tetragonis, 400–600 μ. diam., primo clausis, subhemisphæricis, dein 4-laciniato-fissis, apertis; disco sordide ceraceo-flavescente, contextu minute parenchymatico, atro-fuligineo; ascis cylindraceo-clavulatis, apice subcuneatis, crassiuscule tunicatis, basi attenuatis, brevissime crassissimeque pedicellatis, 75–80 = 5; sporidiis octonis, ascorum longitudine, filiformibus, utrinque obtusiuscule acutatis, multiguttulatis, hyalinis, 70 = 1. 4654

Hab. ad folia emortua putrescentia Laurineæ cujusdam in silvis pr. Guarapì Brasiliæ.

RHYTISMA Fr. — Syll. VIII, p. 752.

1. **Rhytisma hypoxanthum** B. et Br. Fung. Brisb. II, p. 71. — Forma stylosporica; maculis irregularibus, nitenti-nigris, margine distincte definitis, hinc illinc subgranulosis, e folio uniformiter incrassato, flaccido oriundis; basidiis in interiore parte granulorum insertis, brevibus, filiformibus; sporulis oblongis, 7,5 μ. long. 4655

Hab. in foliis quibusdam, Brisbane Australiæ (F. M. Bailey).

DUPLICARIA Fuck. — Syll. VIII, p. 764.

1. **Duplicaria cochinchinensis** Karst. et Harv. Rev. Myc. 1890 Oct. — Ascomatibus convexulis subdimidiatis disco, cum epidermide matricis tegente late nigro-maculata concreto, confluentibus, crustulam carbonaceam, nigram, nitidam, suborbiculatam, 2–3 mm. latam constituentibus, demum ore apertis vel sinuoso-dehiscentibus; ascis subclavato-cylindraceis, subsessilibus, octosporis, membrana crassa, 4656

circ. 120 ≈ 18–20; sporidiis distichis, oblongatis, utrinque obtusis, rectis, subinde medio constrictis vel inæquilateralibus, guttulis minutissimis repletis, hyalinis, 18-21 ≈ 7; paraphysibus gracillimis, ramosis.

Hab. in foliis coriaceis, Laos Cochinchinæ (Godefroy-Lebeuf).

Fam. 8. Patellariaceæ

Sect. 1. Hyalosporæ

PATINELLA Sacc. — Syll. VIII, p. 769.

1. **Patinella punctiformis** Rehm Disc. p. 311. — Gregaria, dein cyathiformis, nigra, ceracea, sicca dura, subrugosa, margine asperata, 0,2-0,4 mm. lat.; ascis 6-8-sporis, 60-70 ≈ 15-20; sporidiis ellipsoideis, membrana crassa, 12-15 ≈ 5-6; paraphysibus supra usque ad 5 μ. lat. et brunneis. 4657

Hab. ad corticem Pinus in Franconia.

2. **Patinella atro-viridis** Rehm Disc. p. 312. — Ascomatibus sparsis, raro gregariis, dein applanato-patelliformibus, demum disco gibberulis, nitenti-nigris, 0,3-1,2 mm. lat., firme corneis; ascis 40-45 ≈ 6-7; sporidiis elongatis, obtusis, 6-8 ≈ 2-2,5; paraphysibus supra usque ad 5 μ. lat., brunneo-viridulis. 4658

Hab. in trunco decorticato Pini Cembræ, Ortler supra Sulden Tiroliæ.

3. **Patinella incerta** (Mass.) Rehm Disc. p. 314, *Xylographa* Mass. Miscell. lich. p. 17. — Ascomatibus thallo tenuissimo albido insertis, linearibus, rectis, rimose, dehiscentibus, udis convexis, castaneo-atris, siccis nigris, disco farinoso-verruculoso; ascis clavatis, octosporis; sporidiis ovoideis, continuis, granulosis, 12 ≈ 6; paraphysibus supra brunneis. 4659

Hab. in ligno vetusto in Italia et Germania. — Ob ascoma lineare vix, meo sensu, *Patinellæ* species. Teste Rehm loc. cit. verisimiliter huc spectat *Xylogr. laricicola* Nyl. Fl. 1865, pag. 13, ex Scotia.

4. **Patinella xenophona** (Körb.) Rehm Disc. pag. 315, *Placographa* Körb. Par. p. 464. — Ascomatibus acervulatis, subinde confluentibus, sessilibus, subrotundo-ellipsoideis, rarius linearibus, crasse marginatis, disco rivuloso v. plano, nigris 0,1-0,3 mm. long., 0,1 mm. cr.; ascis late clavatis, octosporis; sporidiis ellipsoideis, con- 4660

tinuis, hyalinis, 12–16 = 5-7; paraphysibus coalitis, supra olivaceo-brunneis.

Hab. in thallo Lecideæ in rupibus graniticis Risengebirge.

STARBAECKIA Rehm in Starb. Bidr. Sver. Ascom. p. 11, t. I, f. 10 *a–f* (Etym. a cl. mycologo STARBAECK). — Ascomata erumpenti-sessilia, primitus clausa, marginibus deinde ruguloso-gibberis patescentia. Asci cylindracei. Sporidia continua hyalina. Paraphyses ramosæ ascos superantes. — Hinc *Hebriquesiæ*, illinc *Pseudophacidio* affine genus.

1. **Starbaeckia pseudotryblidioides** Rehm loc. cit. — Ascomatibus 4661
sparsim gregariis interdum 2-3 confertis, e ligno denudato erumpentibus, sessilibus, atris, oblongo- vel orbiculari-disciformibus, primitus clausis, deinde marginibus gibberis et rugosis apertis, ½–1 mm. diam.; ascis cylindraceo-subclavatis, sursum obtusis, deorsum angustatis, subsessilibus, 8-sporis, 80–100 = 4-5,5; sporidiis monostichis interdum superne subdistichis, ellipsoideo-fusiformibus, rectis vel leniter curvulis, hyalinis, endoplasmate grumuloso, utrinque obtusiusculis, 9–15 = 2,5-3,5; paraphysibus numerosissimis, gracilibus, flexuosis, ramosissimis, hyalinis, agglutinatione autem olivascentibus et supra ascos epithecium sub lente olivaceo-fuscum formantibus.

Hab. ad lignum pineum induratum ad Dufhult, par. Simonstorp, Oestergötland (leg. HAGLUND).

NESOLECHIA Mass. Misc. lich. p. 13, Rehm Disc. pag. 315 (Etym. *nesos* insula et *lechos* lectus, thallus). — Ascomata parasitica, primo innata, dein erumpentia, vel ab initio sessilia, nigra, firme ceracea, disco patellato, dein subconvexo. Asci clavati, supra rotundati, 8-spori, paraphysati. Sporidia clavata, ovoidea vel fusoidea, continua, hyalina.

1. **Nesolechia oxyspora** (Tul.) Mass. l. c. p. 13, Rehm l. c. — Ascoma- 4662
tibus applanatis v. convexis, circularibus, nigris opacis, 0,2-0,3 mm. diam ; ascis clavulato-ovatis, 40–65 = 14-18; sporidiis distichis, ellipsoideis, rectis, continuis, 2-guttatis, hyalino-flavidulis, 15–22 = 5–7; paraphysibus ramosis, apice læte brunneis.

Hab. in thallo Platysmatis, Imbricariæ, Everniæ in Germania, Italia, Fennia. etc.

2. **Nesolechia oxysporella** (Nyl.) Rehm loc. cit. p. 316, *Lecidea* Nyl. 4663
En. lich. p. 127. — Ascomatibus applanato-patelliformibus, 200-

250 μ. diam.; ascis crasse tunicatis, 25-40 ≈ 9; sporidiis distichis, elongato-fusoideis, rectis, 1-2-guttulatis, 6-8 ≈ 2; paraphysibus ramosis, supra usque ad 3 μ. incrassatis.

Hab. in thallo Cladoniæ in Germania et Italia bor.

3. **Nesolechia thallicola** (Mass.) Rehm loc. cit. p. 317, *Lecidea* Mass. Ricerch. p. 78, f. 157. — Ascomatibus applanato-patelliformibus, dein subconvexis, disco minute verrucosis, nigris v. nigro-brunneis, 200-300 μ. lat.; ascis ovoideo-clavatis, crasse tunicatis, 36-40 ≈ 18; sporidiis distichis ellipsoideo-ovoideis, 6-9 ≈ 5; paraphysibus supra incrassatis. 4664

Hab. in thallo Imbricariæ in Silesia.

4. **Nesolechia vermicularis** Arnold Flor. 1874, p. 100. — Ascomatibus initio nodulos flavidos in thallo formantibus, immersis, dein disco applanato v. subconvexo, 80-100 μ. lat.; ascis cylindraceo-clavatis, crasse tunicatis, 70 μ. long.; sporidiis monostichis, ex ovato ellipsoideis, sæpe obtuse fusoideis, 4,8-11 ≈ 3-5; paraphysibus filiformibus, hyalinis; epithecio nullo, hypothecio tenui, flavido. 4665

Hab. in Thamnolia vermiculari in Tirolia.

5. **Nesolechia supersparsa** (Nyl.) Rehm loc. cit. p. 318, *Lecidea* Nyl. Flor. 1865, p. 7. — Ascomatibus gregariis, applanato-patelliformibus, cæruleo-nigris, 300-500 μ. lat.; ascis clavatis, crasse tunicatis, 45-50 ≈ 15; sporidiis distichis rhomboideo-ellipsoideis, uno apice v. utrinque subacuminatis, centro sæpe ample 1-guttulatis, 10-12 ≈ 5-7; paraphysibus ramosis, supra usque ad 6 μ. cr., cœrulescentibus. 4666

Hab. in thallo et apotheciis Lecanoræ in Helvetia, Tirolia et Algau.

6. **Nesolechia aggregatula** (Müll.) Rehm loc. cit. p. 318, *Lecidea* Müll. Arg. Flor. 1874, p. 533. — Ascomatibus aggregatis v. sparsis, convexulis, tenui-marginatis, nigris, opacis, 0,2-0,4 mm d.; ascis ovato-oblongis, rotundatis, 4-8-sporis; sporidiis distichis oblongis, obtusis, hyalinis, continuis, 10-12 ≈ 3-4; paraphysibus concretis, supra brunneis v. virentibus. 4667

Hab. in thallo Lecanoræ et Placodii in Helvetia, Tirolia.

7. **Nesolechia vitellinaria** (Nyl.) Rehm Disc. pag. 319, *Lecidea* Nyl. Bot. Not. 1852, p. 177. — Ascomatibus gregariis, convexulis, tenui-marginatis, atro-nitidulis 0,2-0,7 mm. diam.; ascis crasse tunicatis, clavatis, 40-50 ≈ 18-20, octosporis; sporidiis distichis ellipsoideis, 7-10 ≈ 5-6, hyalinis, 1-guttatis; paraphysibus coalitis supra cyanescentibus. 4668

Hab. in thallo Candelariæ in Germania, Helvetia et Tirolia.

8. **Nesolechia inquinans** (Tul.) Mass. Misc. lich. pag. 13, Rehm Disc. p. 320, *Abrothallus* Tul. Mem. lichen. p. 117, t. 14, f. 4. — Ascomatibus sparsis v. confluentibus, convexulis immarginatis, 0,3 mm. lat.; ascis clavatis 40-45 = 11-13, 4-8-sporis; sporidiis distichis ovato-ellipsoideis, hyalinis, continuis, pluriguttatis 9-12 = 4-6; paraphysibus coalitis supra atro-brunneis. 4669

Hab. in thallo sterili Bæomycetis in Germania et Gallia.

9. **Nesolechia Bruniana** Müll. Arg. Flora 1875, p. 62, Rehm Disc. p. 320. — Ascomatibus convexulis, rugulosis, brunneo-nigris, 0,2-0,3 mm. lat.; ascis subovatis, obtusis 40 μ. long., 6-8-sporis; sporidiis ellipsoideis, obtusis, hyalinis, 10-12 = 6-8; paraphysibus simplicibus v. furcatis supra cyanescentibus. 4670

Hab. in verrucis thallinis Thalloidimatis in Helvetia. — Forte ad hoc genus spectat quoque *Lecidea intumescens* Flörke. Cfr. Rehm Disc. p. 321.

Sect. 2. Phæosporæ.

LAGERHEIMA Sacc. nov. gen. (Etym. a cl. G. Lagerheim, suecico, nunc in Univers. Quitensi Æquatoriæ Bot. prof.) — Ascomata patellata, marginata, sessilia, atra. Asci octospori, paraphysati. Sporidia e sphæroideo ellipsoidea, continua, brunnea. — Est *Patinella* phæospora.

1. **Lagerheima sphærospora** (B. et. C.) Sacc., *Patellaria sphærospora* B. et C. Phill. in Grev. XVIII, p. 85, Sacc. Syll. VIII. pag. 790 (nomen). — Sparsa v. conferta, applanata, marginata, atra, tenuis, 1-2 mm. lata; ascis tereti-clavatis, octosporis; sporidiis subsphæroideis v. ellipsoideis v. subpiriformibus, brunneis, 1-guttatis, 7-9 μ. diam., v. 10 = 6; paraphysibus filiformibus. 4671

Hab. in ligno putri in Carolina infer. Amer. bor. (Curtis) et New Forest, Hampshire Britanniæ (Miss Beatrice Taylor).

2. **Lagerheima Carteri** (Berk.) Sacc. *Patellaria Carteri* (Berk.) Phil. Grev. XIX, p. 75 ex herb. Berk. — Conferta, difformis, patellata, 2-4 mm. lata; disco nigro, margine involuto, brunneo-nigro, substantia concolore; ascis cylindraceis, basi attenuatis, octosporis; sporidiis ellipsoideis, brunneis, 10 = 5; paraphysibus filiformibus, sursum incrassatis cohærentibusque. 4672

Hab. in ligno decorticato emortuo, Bombay Indiæ (H. J. Carter).

Sect. 3. Didymosporæ.

KARSCHIA Körb. — Syll. VIII, p. 779.

1. **Karschia melaspileoides** Rehm Disc. p. 347. — Ascomatibus sparsis, mox plano-scutellatis, crasse marginatis, nigro-purpureis, siccis contractis nigris 0,2-0,4 mm. diam.; ascis clavatis, 50-60 ≍ 15-18, octosporis; sporidiis distichis clavato-ellipsoideis, 1-septatis, leniter constrictis, 2-guttatis, brunneis, 15-17 ≍ 5-6; paraphysibus ramosis, 3 μ. cr., supra flavidis. 4673

   Hab. in cortice quercino pr. Sugenheim Germaniæ.

2. **Karschia cratincola** Rehm Disc. p. 348. — Ascomatibus in maculis dilatatis, albidis sparsis, cyathiformibus, tenuiter marginatis, 0,15-0,3 mm. lat.; ascis ovoideis, 4-6-sporis, circ. 60 ≍ 36; sporidiis polystichis, ellipsoideo-clavatis, obtusis, medio subconstrictis, 30-36 ≍ 10-14; paraphysibus circ. 1,5 μ. lat., epithecium brunneolum efformantibus. 4674

   Hab. in ligno salicino pr. Burgdorf in Helvetia (Wegelin).

3. **Karschia perexigua** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 235. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, concavis, nigro-opacis, 0,4-0,6 mm. diam., margine inflexis, inter fibras matricis dispositis; ascis clavatis v. oblongis, 4-8-sporis, 30-45 ≍ 10-15; paraphysibus filiformibus apice capitulo demum viridi-fuligineo terminatis; sporidiis distichis v. conglobatis, ellipsoideis, subinde curvulis, 1-septatis, non constrictis, 8-12 ≍ 5,5-6, brunneis, non guttulatis. 4675

   Hab. inter fibras foliorum Ammophilæ arenariæ, Knocke Ostende Belgii.

4. **Karschia Urceolariæ** (Nyl.) Rehm Disc. p. 356, *Lecidea* Nyl. Flora 1873, p. 298. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, demum patelliformibus, margine crasso et inciso, nigris, non nitentibus, 0,2-0,5 mm. lat.; ascis ovoideis, apice valde incrassatis, 60 ≍ 15; sporidiis ovoideis v. ellipsoideis, obtusis, medio plerumque valde constrictis, brunneis, 12-18 ≍ 5-7; paraphysibus 3 μ. lat., supra atro-brunneis et 6 μ. cr. 4676

   Hab. in thallo Urceolariæ pr. Silz Tiroliæ (prof. Lojka).

5. **Karschia allothallina** (Nyl.) Rehm Disc. p. 351, *Lecidea* Nyl. Flora 1881, p. 188. — Ascomatibus gregariis, cyathiformibus, demum applanato-patelliformibus, tenuiter marginatis, 0,3-1 mm. lat.; ascis 45-50 ≍ 10-12; sporidiis elongatis, obtusis, rectis, medio sæpe con- 4677

strictis, nigrescenti-brunneis, 8–14 ≈ 3–5; paraphysibus supra 5 μ. cr., epithecium crassum, flavo-brunneum efformantibus.

Hab. in crusta Bæomycetis in Germania et Helvetia.

6. **Karschia rimulicola** (Müll. Arg.) Rehm Disc. p. 352, *Lecidea* Müll. Arg. Flora 1872, p. 500. — Ascomatibus applanato-patelliformibus, distincte crasseque marginatis, non nitentibus, 0,25–0,5 mm. cr.; ascis elongato-ovoideis, supra obtusatis, 35 μ. long.; sporidiis æqualiter bilocularibus, septo mediocriter constrictis, brunneis, 6–10 ≈ 3–5; paraphysibus epithecium crassum, brunneum efformantibus. 4678

Hab. in protothallo Pertusariæ in Helvetia (Mueller).

7. **Karschia vagans** (Muell. Arg.) Rehm Disc. p. 352, *Lecidea* Muell. Arg. Flora 1872, p. 501. — Ascomatibus valde convexis v. hemisphæricis, margine initio distincto, dein nullo, cæruleo- vel griseo-nigris, non nitentibus, 0,2–0,25 mm. lat.; ascis ovoideis, 45–50 μ. long.; sporidiis omnino obtusis, medio constrictis, brunneis, 9–10 ≈ 5–7; paraphysibus filiformibus, epithecium nigro-brunneum efformantibus. 4679

Hab. in thallo et apotheciis Lecanoræ in Helvetia (Mueller).

8. **Karschia saxatilis** (Schær.) Rehm Disc. p. 350, *Calicium* Schær. Enum. lich. pag. 166. — Ascomatibus sparsis v. gregariis, erumpentibus, cyathiformibus, dein applanatis, crasse marginatis, subnitenti-nigris, 0,2–0,7 mm. lat.; ascis 45–50 ≈ 10–12; sporidiis elongatis v. clavatis, obtusis, rectis, 10–12 ≈ 4–5, brunneis; paraphysibus laxis, circ. 3 μ. lat., supra brunneo-viridibus et 6 μ. cr. 4680

Hab. in thallo Aspiciliæ et Placodii in Helvetia et Tirolia.

9. **Karschia thallophila** (Ohlert) Rehm Disc. p 353, *Lecidella* Ohlert Lich. Preuss. p. 48. — Ascomatibus sessilibus, convexis, marginatis demum immarginatis, nigricantibus, 1 mm. diam.; ascis anguste clavatis; sporidiis 1-septatis, obtusis, brunneis, 12–15 ≈ 6–8; paraphysibus laxis, supra brunneis. 4681

Hab. in thallo Physciæ ad Tiliam in Borussia.

10. **Karschia leptolepis** (Bagl.) Muell. Arg. in Flora 1872, pag. 500, Rehm Disc. p. 354 *Buellia* Bagl. et Car. in Comm. critt. it. II, p. 83. — Ascomatibus nitidulis, 0,3–0,4 mm. lat.; sporidiis globoso-ellipsoideis, utrinque obtusis, 6–9 ≈ 4–6; paraphysibus coalitis apice epithecium atro-brunneum formantibus. 4682

Hab. in thallo Placodii in M. Rosa Ital. bor. (De Candolle).

11. **Karschia scabrosa** (Ach.) Rehm Disc. pag. 350, *Lecidea* Ach. Meth. lich. p. 48. — Ascomatibus sæpe conferte gregariis, thallo 4683

crustaceo maculas 1-2 cm. lat., flavidas v. viridulas efformante, insidentibus, initio subcavo et tenuiter marginatis, dein convexis et immarginatis, nigrescentibus, 0,2–0,7 mm. lat.; ascis 45–50 ≃ 15–17; sporidiis elongatis, obtusis, medio sæpe constrictis, brunneis, 9–12 ≃ 4–5; paraphysibus supra 5 μ. lat. et viridulis.

Hab. in Sphyridio et Bæomycete in Germania et Helvetia.

12. **Karschia Sphyridii** Stein in Rehm Disc. p. 355. — Ascomatibus 4684
crassis, applanatis, marginatis, atro-nitidis, minutis; ascis clavatis, 8-sporis; sporidiis biscoctiformibus, 1-septatis, brunneis, 9–10 ≃ 4–5; paraphysibus filiformibus.

Hab. in thallo Sphyridii in Silesia. — Var. **epiconcolor** Bagl. et Car. Anacr. Vals. p. 288, t. III, f. 47 (*Buellia*): ascomatibus convexis, nigris; sporidiis soleiformibus utrinque obtusis, brunneolis, 10–14 ≃ 5–6; paraphysibus concretis. In thallo Placodii pr. Riva Tiroliæ.

13. **Karschia Bayerhofferi** (Schær.) Rehm Disc. p. 354, *Lecidea badia* var. *Bayerhofferi* Schær. Enum. lich. p. 324. — Ascomatibus 4685
sparsis v. gregariis, innato-erumpentibus dein superficialibus, 0,3–0,8 mm. lat., patellatis, tenui-marginatis, demum convexis, nigris, nitidulis; ascis clavatis, 50–60 ≃ 15, octosporis; sporidiis distichis, oblongis obtusis, 1-septatis, sæpe 2-guttatis, brunneis, 10–12 ≃ 5–6; paraphysibus concretis, septatis supra flavo-brunneis.

Hab. in thallo Imbricariæ in Germania, Bohemia, Tirolia.

MELASPILEA Nyl. Prodr. Lich. p. 170, Rehm Disc. pag. 362 (Etym. *melas* niger et *spilos* macula). — Ascomata innato-superficialia, sessilia, initio globulosa, clausa, mox inæqualiter elongata v. elliptica, plana marginata, dein convexa immarginata. Asci crassi, octospori. Sporidia ovata v. clavulata, 1-septata ex hyalino brunneola.

1. **Melaspilea arthonioides** (Fée) Nyl. Prodr. pag. 170. Rehm Disc. 4686
p. 362, *Lecidea* Fée Ess. p. 107, *Buellia* et *Abrothallus Ricasolii* Mass. — Ascomatibus in areis albidis sparsis, sessilibus, plano-convexulis, tenui-marginatis, rugulosis, 0,5–3 mm. lat., nigris; ascis clavatis, 60 ≃ 18–20, octosporis; sporidiis clavatis, obtusis, 1-septatis, constrictis, 15–18 ≃ 6–7, demum brunneis, paraphysibus coalitis, septatis, supra ramosis, brunneis.

Hab. in cortice Quercus, Ulmi in Helvetia, Germania, Italia.

2. **Melaspilea megalyna** (Ach.) Rehm Disc. p. 365, *Opegrapha ver* 468
rucarioides β. *megalyna* Ach. Lich. un. p. 244. — Ascomatibus in areis albo-nitentibus gregariis v. acervatis, globoso-clausis, dein

varie elongatis, applanatis, brunneo-nigris, 0,1-0,5 mm. lat.; ascis ovatis, 45-50 = 18-20, octosporis; sporidiis distichis clavato-ellipsoideis, æqualiter constricto-1-septatis, 2-guttatis, ex hyalino brunneolis, 15-18 = 5-6; paraphysibus laxiusculis, ramulosis supra rubrobrunneis.

Hab. in cortice levigato Juglandis, Quercus, Fagi, Fraxini etc. in Germania, Suecia, Helvetia.

3. **Melaspilea Rhododendri** (Arn. et. Rehm) Almq. Arthon. pag. 44, Rehm Disc. p. 365, *Arthonia* Arn. et Rehm. — Ascomatibus areis pallentibus insertis, globosis clausis, mox lirelliformibus v. ramulosis, rimosis, nigris, 0,3-2 mm. long., 0,2 mm. lat.; ascis clavatis, apice rotundatis 30-40 = 12-18, octosporis; sporidiis distichis ovoideis, bilocularibus, 2-guttatis, subinde 3-septatis, constrictis, 12-18 = 6-7, hyalinis dein brunneolis; paraphysibus concretis supra brunneo-virentibus. 4688

Hab. in thallo Buelliæ ad ramos Rhododendri et Callunæ in Germania, Carniolia et Tirolia.

4. **Melaspilea emergens** (Fr.) Rehm Disc. pag. 363, *Hysterium* Fr. *Glonium* Duby Hyst. p. 36, Sacc. Syll. II, p. 734.

5. **Melaspilea proximella** Nyl. Norl. Torn. p. 319, Rehm Disc. p. 364, *Celidium* Karst. Sacc. Syll. VIII, p. 744.

6. **Melaspilea diaphorella** Nyl. Flora 1874, p. 316, Rehm Disc. p. 366. — Ascomatibus areis dealbatis insidentibus, oblongis v. triangularibus 2-3 mm. lat., concavis v. rimosis; ascis superne octosporis; sporidiis ovoideis, bilocularibus, hyalinis, 11-17 = 6-8. 4689

Hab. in ligno fagineo in Borussia. — Dubia species.

7. **Melaspilea mycetoides** (Anz.) Nyl. Flora 1881, pag. 188, Rehm Disc. p. 366, *Buellia* Anz. Anal. p. 10 — Ascomatibus concavis, prominulo-marginatis, nigris; ascis late ellipsoideis v. clavatis, 6-sporis; sporidiis ellipsoideis, inæqualiter 2-locularibus, constrictis, hyalinis, 12-13 = 6-7; paraphysibus gelatinoso concretis. 4690

Hab. in cortice Abietis pr. Bormio Ital. bor.

Sect. 4. Phragmosporæ.

DURELLA Tul. — Syll. VIII, p. 790.

1. **Durella connexa** Rehm Disc. p. 289. — Ascomatibus elongato-linearibus, rectis v. curvis, longitudinaliter rimosis, siccis margine involutis; ascis supra rotundatis, 70-80 = 12-15; sporidiis polysti- 4691

chis, elongatis, 3-7-septatis, hyalinis, 25-36 ≃ 5-6; paraphysibus brunneis v. viridi-brunneis, supra usque ad 6 μ. cr.

Hab. in ligno fagineo pr. Oberstaufen in Algäu.

LECANIDION Rab. — Syll. VIII, p. 795.

1. **Lecanidion Dermatella** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 33. 469
— Ascomatibus gregariis, erumpentibus, sessilibus v. subsessilibus, 1-1,5 mm. diam., primitus obconicis dein subhemisphæricis margine prominulo obtusis, glabris, extus brunneo-nigricantibus, disco plano brunneo-olivaceo; ascis anguste clavatis, basi nodulosis, 96-105 ≃ 10-12; paraphysibus filiformibus, guttulatis, æqualibus; sporidiis distichis, fusoideis, sæpe curvulis, 3-4-septatis (sæpius 3-septatis) 20-27 ≃ 5, hyalinis, dein brunneolis.

Hab. in ramis Pruni spinosæ v. Cratægi Oxyacanthæ Laeken Begii. — Affine *L. fusco-atro* et *L. proximo.*

MYCOBILIMBIA Rehm Disc. p. 327 (Etym. quasi *Bilimbia* fungina). Ascomata parasitica, gregaria, sessilia, pallida v. nigra, firme ceracea, disco primo plano, marginato, dein convexo et immarginato. Asci clavati, supra rotundati, 8-spori, paraphysati. Sporidia disticha, ellipsoidea v. fusoidea, transverse 3-7-septata, hyalina. — Est quasi *Lecanidion* parasiticum.

1. **Mycobilimbia Killiasii** (Hepp) Rehm Disc. pag. 327, *Biatora* Hepp 469
Jahresb. Ges. Bünd. 1860, p. 246. — Ascomatibus confertis, convexis, immarginatis, rubido-flavis v. griseo-atris, intus albis, 0,5 mm. lat.; ascis tate clavatis, 60-90 ≃ 16, octosporis; sporidiis polystichis, fusoideis, 3-7-septatis, hyalinis, 18-40 ≃ 5-8; paraphysibus coalitis supra brunneo-flavis.

Hab. in thallo Peltigeræ in Germania.

2. **Mycobilimbia obscurata** (Somm.) Rehm Disc. p. 328, *Lecidea sphæroides* b. *obscurata* Somm. Suppl. p. 165. — Ascomatibus concavis, marginatis, demum convexis immarginatis, carneis, sæpe atrorubris, 0,8-1,5 mm. lat.; ascis clavatis, 50-85 ≃ 15, octosporis; sporidiis distichis elliptico-fusoideis, 3-5-septatis, hyalinis, 15-30 ≃ 5-8; paraphysibus coalitis supra brunneis. 469

Hab. in thallo Peltigeræ in Germania et Tirolia.

3. **Mycobilimbia Subfuscæ** (Arnold) Rehm Disc. pag. 329, *Celidium* 469
Arnold Flor. 1864, pag. 87. — Ascomatibus gregariis, globulosis, demum leniter convexis, tenui-marginatis, opace nigris, 0,2-0,7 mm. diam.; ascis clavatis 45-50 ≃ 15, octosporis; sporidiis distichis.

ellipsoideo-oblongis, 3-septatis, hyalinis 12-16 = 3,5-4; paraphysibus filiformibus, liberis supra incrassatis, cyaneis.

Hab. in thallo Lecanoræ subfuscæ in Germania.

PATELLARIA Wahl. — Syll. VIII, p. 786.

1. **Patellaria lata** (Berk.) Phil. Grev. XIX, p. 75 ex herb. Berk. — 4696
Sparsa, plana v. subconcava, superficialis, 1 mm. lat., disco atrobrunneo, margine distincto pallidiore; ascis clavato-fusoideis, octosporis; sporidiis fusoideis 4-5-guttatis, brunneo tinctis, 25-30 = 5; paraphysibus copiosis, filamentosis.

Hab. in ramis arborum in ins. Java (herb. Berk.). — Ascoma intus brunneum.

LECIOGRAPHA Mass. Gen. p. 14 (1854) Rehm Disc. p. 372 (Etym. quasi media inter *Lecideam* et *Graphen*), *Dactylospora* Körb. — Ascomata superficialia rotunda, sæpe elongata vel torta, clausa, dein aperta, applanata, marginata, nigra, ceraceo-firma. Asci clavati octospori, concreto-paraphysati. Sporidia oblonga v. clavata 3- rarius 5-7-septata, hyalina, dein brunnea.

1. *Mycolecidea* Karst. Saprophyticæ.

1. **Leciographa lecideina** Rehm Disc. p. 372. — Ascomatibus spar- 4697
sis, patellatis, tenue acuteque marginatis, atro-nitidulis, 0,3-1 mm. diam.; ascis ellipsoideo-oblongis, 45-48 = 10-12, octosporis; sporidiis distichis, cylindraceis, obtusis, 3-septatis, leniter constrictis, 9-10 = 4; paraphysibus superne epithecium brunneum formantibus.

Hab. in trunco decorticato Juniperi supra Franzenhöhe Tiroliæ.

2. **Leciographa parasemoides** Rehm Disc. p. 373. — Ascomatibus 4698
gregariis erumpenti-liberis, plano scutellatis, dein convexis, nigricantibus, 0.2-1,2 mm. diam.; ascis clavatis, rotundatis, 50-60 = 9-10, octosporis; sporidiis distichis ellipsoideis, 3-septatis, brunneis, 10-12 = 4-5; paraphysibus supra brunneis.

Hab. in ramulis putridis Rhododendri ferruginei, Ortler Tiroliæ.

3. **Leciographa allotria** Rehm Disc p. 373. — Ascomatibus sæpius 4699
2-4 acervulatis, brevissime stipitatis, scutellatis, raro convexis, marginatis, 0,5-1 mm. diam., sordide nigris, udis subgelatinosis; ascis clavato-ovatis, 54-50 = 12-15, octosporis; sporidiis distichis elon-

gatis, obtusis, 3-septatis, constrictulis 4-guttatis, 10-15 ≈ 5,6, brunneolis; paraphysibus supra incrassatis, brunneis.

Hab. in ramis quercinis, Sugenheim Germaniæ.

4. **Leciographa franconica** Rehm Disc. p. 373. — Ascomatibus gregariis, plano-scutellatis, tenui-marginatis, demum convexulis nitido-atris, 0,1-0,4 mm.; ascis clavatis, 40-45 ≈ 10-12; sporidiis distichis elongatis v. subellipsoideis, 3-septatis, constrictulis, 10-12 ≈ 4-5; paraphysibus furcatis, supra incrassatis brunneis. 4700

Hab. in ramis decorticatis Sambuci, Sugenheim Germaniæ.

2. *Dactylospora* Körb. Parasiticæ.

5. **Leciographa inspersa** (Tul.) Rehm Disc. p. 374, *Lecidea* Tul. Mem. lich. p. 118. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, applanato-patelliformibus, crasse immarginatis, dein subconvexis margineque revoluto, nigris, primo nitentibus, siccis sæpe subrugosis, 0,2-0,5 mm. lat.; ascis clavato-ovoideis, 40-45 ≈ 9-10; sporidiis distichis, elongato-cylindraceis, obtusis, 1- sæpius 3-septatis, sæpe 2-4-guttulatis, brunneis, 9-10 ≈ 3-3,5; paraphysibus supra 3 μ. crass. et brunneis. 4701

Hab. in thallo Lichenum crustaceorum, præcipue Pertusariæ, Ochrolechiæ etc., in Germania.

6. **Leciographa Zwackhii** Mass. Catagr. p. 679, Rehm Disc. p. 375. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, applanato-expansis, siccis tenuiter marginatis, subinde subpulverulentis, nigris v. nigro-rubentibus 0,2-0,5 mm. lat.; ascis 50-80 ≈ 18-25; sporidiis distichis, elongatis v. subclavatis, utrinque obtusis, rectis, 3- raro 4-5-septatis, ad septa subconstrictis, 15-25 ≈ 5-7; paraphysibus supra 5 μ. cr. et brunneis v. brunneo-viridibus, epithecium crassum efformantibus. 4702

Hab. in thallo Phlyctidis argenæ in Germania.

7. **Leciographa maculans** Arnold Zool.-bot. Verh. 1887, p. 126, Rehm Disc. p. 375. — Ascomatibus dense gregariis, lenticularibus, maculas rotundas, 0,5-1 cm. diam. efformantibus, erumpentibus, applanato-patelliformibus, margine tenui sæpeque inciso, nigris, non nitentibus, 0,5-1 mm. lat.; ascis clavatis, 70-90 ≈ 21-24; sporidiis polystichis, elongato-clavatis, obtusis, rectis, 3-septatis, plerumque 4-guttulatis, 21-22 ≈ 7-8; paraphysibus supra 5 μ. cr. et brunneis; epithecio crasso. 4703

Hab. in thallo Lecanoræ in Tirolia australi (Arnold).

8. **Leciographa attendenda** (Nyl.) Karst. Rev. Mon. p. 155, Rehm Disc. pag. 376. — Ascomatibus sparsis, applanato-patelliformibus, tenuiter marginatis, 0,15-0,3 mm. lat.; ascis circ. 50 ≈ 15; sporidiis distichis elongatis v. elongato-ellipsoideis, 3-5-septatis, brunneo-nigris, 10-16 ≈ 4; paraphysibus supra 4 μ. cr. et brunneis. 4704

Hab. in thallo Pilophori in Tirolia austr. (Arnold).

9. **Leciographa urceolata** (Th. Fr.) Rehm Disc. p. 376, *Buellia* Th. Fr. Lich. Arct. p. 233. — Ascomatibus erumpentibus, cyathiformibus, raro applanato-expansis, crassiuscule marginatis, 0,2-0,5 mm. lat.; ascis 40-45 ≈ 15-17; sporidiiis distichis, elongatis, obtusis, 3-5- raro 6-7-septatis, sæpe 4-8-guttulatis, brunneis, 15-23 ≈ 5-6; paraphysibus supra dilute brunneolis. 4705

Hab. in thallo Microgloænæ, Lopadii, Rinodinæ, Ochrolechiæ, Blasteniæ, Biatoræ in alpinis Tiroliæ.

10. **Leciographa Stigma** Rehm Disc. p. 377. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, applanato-patelliformibus, tenuiter marginatis, 0,1-0,3 mm. lat.; ascis 30 36 ≈ 10-12; sporidiis polystichis, elongatis, rectis v. raro incurvis, 1- dein 3-septatis, brunneolis, 6-10 ≈ 3-4; paraphysibus supra 6 μ. cr. et brunneis; epithecio crasso. 4706

Hab. in thallo Lecideæ, Algäu Germaniæ.

11. **Leciographa Rhyparizæ** (Arnold) Rehm Disc. pag. 378, *Dactylospora* Arn. Flora 1874, p. 108, t. II, f. 3. — Ascomatibus applanato-patelliformibus, margine elevato cinctis, minutis; ascis clavatis; sporidiis distichis, elongato-ovoideis, obtusis, 1- dein 3-septatis, 4-guttulatis, medio subconstrictis, dein brunneis, 12-14 ≈ 6-8; paraphysibus epithecium brunneum efformantibus. 4707

Hab. in disco Lecanoræ, Brenner Tiroliæ.

12. **Leciographa parasitaster** (Nyl.) Arn. Bot.-Zool. Verh. 1875, p. 480, Rehm Disc. p. 378, *Lecidea* Nyl. Flora 1875, p. 105. — Ascomatibus sparsis, vix erumpentibus, applanatis, nec cyathiformibus, nigrescentibus, circ. 0,3 mm. lat.; ascis clavatis, paraphysatis; sporidiis elongatis, utrinque obtusis, raro subacuminatis, 3- raro 5-7-septatis, sæpe guttatis, ad septa non constrictis, brunneis, 15-18 ≈ 5-6; epithecio rubro-brunneolo. 4708

Hab. in thallo Bilimbiæ in Tirolia (Arnold).

13. **Leciographa Muscigenæ** (Anzi) Rehm Disc. pag. 379, *Celidium* Anzi Symb. lich. p. 27. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, applanato-patelliformibus, tenuissime marginatis, disco subinde albido-pulvereo, subnitentibus, nigris; ascis 55-65 ≈ 15-20; sporidiis distichis, elongato-ellipsoideis, obutsis, 1- dein 3-septatis, sæpe 4709

4-guttulatis, ad septa non constrictis, brunneis, 18-23 ≃ 7-9; paraphysibus supra 6 μ. lat. et brunneis.

Hab. in parte superiore thalli Parmeliæ in Germania et Tirolia.

14. **Leciographa dubia** Rehm Disc. p. 379. — Ascomatibus minutis, patelliformibus, marginatis; ascis 8-sporis; sporidiis rectis v. rarius leniter curvulis, obtusis, 1-raro 2-3-septatis, medio lenissime constrictis, brunneis, 12-14 ≃ 5; paraphysibus brunneis; epithecio brunneolo. 4710

Hab. in thallo Lecanoræ in Tirolia (Arnold).

15. **Leciographa Nephromatis** Stein Zool.-bot. Verh. 1870, p. 480, Rehm Disc. pag. 380. — Ascomatibus erumpentibus, subsessilibus, minutissimis; disco primitus rotundo, dein lyriformi; ascis clavatis; sporidiis ellipsoideis, 3-septatis, dilute brunneolis, 16-17 ≃ 4,8-5; epithecio nigro-brunneo. 4711

Hab. in thallo Nephromatis in montibus Carpathicis.

16 **Leciographa monspeliensis** (Nyl.) Müll. Flora 1872, p. 502, Rehm Disc. p. 380. — Ascomatibus solitariis v. 2-3-gregariis, erumpentibus, elongato-ellipsoideis, raro rotundis, dein stellatim v. furcatim ramosis, subconvexis, subnitentibus, 0,5-1 mm. long., 0,2-0,5 mm. lat.; disco applanato, crasse marginato; ascis 45-60 ≃ 15-18, paraphysatis; sporidiis distichis, elongato-ovoideis, raro ellipsoideis, obtusis, rectis, 3-septatis, ad septa subinde subconstrictis, brunneis, 15-20 ≃ 7-9; epithecio brunneo-flavo. 4712

Hab. in crusta Aspiciliæ in Tirolia.

17. **Leciographa Arnoldi** Rehm Disc. p. 382. — Ascomatibus lecideinis, minutissimis, nigris, applanatis; sporidiis elongatis, obtusiusculis, 3-septatis, sæpe 4-guttulatis, brunneis, 18-22 ≃ 5-6; epithecio brunneo. 4713

Hab. in Barbula pr. Eichstädt in Bavaria Germaniæ.

18. **Leciographa centrifuga** (Mass.) Rehm Disc. p. 381, *Opegrapha* Mass. Misc. p. 18. — Ascomatibus areis griseis v. cyaneo-griseis, pruinosis insertis, aggregatis, orbicularibus vel oblongo-ellipticis, subinde furcato-triangulis, atro-nitidis, 0,2-0,5 mm. long., 0,2 mm. lat.; ascis clavatis 60-65 ≃ 17, octosporis; sporidiis 2-3-stichis oblongo-ovatis, 3-septatis, 15-16 ≃ 5-6, demum brunneis; paraphysibus septatis, ramosis, supra olivaceo-brunneis. 4714

Hab. in thallo Verrucariæ, Aspiciliæ, Callopismatis in Italia, Helvetia, Germania.

PSEUDOTRYBLIDIUM Rehm Disc. pug. 370 (Etym. *pseudes* falsus et *Tryblidium*). — Ascomata erumpenti-superficialia, initio globoso-clausa, dein crasse breve stipitata, applanato-convexula, vix marginata, sordide nigra, sicca rugulosa, firme ceracea. Asci ellipticoclavati, 4-8-spori, ramoso-paraphysati. Sporidia ovato-fusoidea, 2-4-locularia, ex hyalino brunnea.

1. **Pseudotryblidium Neesii** (Flot.) Rehm l. c. *Peziza* Flot. in Kl. H. M. n. 1419. — Ascomatibus sparsis v. gregariis, 0,5-1 mm. lat., atro-brunneis; ascis 75-80 ≈ 15-18, 4-8-sporis; sporidiis distichis continuis dein 1-3-septatis, ovato-fusoideis, brunneis, 15-18 ≈ 6-8. 4715

Hab. in cortice levigato Abietis pectinatæ in Alpibus Germaniæ, Italiæ, Helvetiæ.

RHYTIDOPEZIZA Speg. F. Guar. I, p. 138 (Etym. *rhytis* plica et *Peziza*). — Ascomata erumpenti-superficialia, sessilia, cupulata, cornea v. subcarbonacea, atra, margine integro involuto, minute ac dense costato-rugoso. Asci cylindracei, 8-spori, dense paraphysati. Sporidia 3-septata, opace fuliginea. — Genus cum *Tryblidiella* comparandum.

1. **Rhytidopeziza nigro-cinnabarina** (Schw.) Sacc. *Patellaria* Schw. Syn. Amer. bor. n. 1950, Sacc. F. Abyss. n. 29, f. 10, *Blitrydium* Sacc. Syll. VIII, pag. 805, 4716

Hab. præter loca indicata, ad ramulos putres in Abyssinia pr. Ghinda (Penzig). — Sporidia 3-septato-constrictula, fuliginea, 18-20 ≈ 6, initio 4-guttata (numquam muriformia, uti describit cl. Minks). — ***Rhyt. Balansæ** Speg. l. c.: paullo major; ascomatibus 1,5-2 mm. diam.; ascis 160-180 ≈ 16; sporidiis 25-30 ≈ 8. Ad ramos in silvis subvirgineis Guarapi Brasiliæ (Balansa).

Sect. 5. Scolecosporæ.

LAHMIA Körb. Par. p. 281, Rehm Disc. p. 341 (Etym. a cl. lichenologo Lahm e Münster). — Ascomata superficialia e globoso mox turbinata, brevissime stipitata, atra, duriuscula. Asci clavati octospori, paraphysati. Sporidia acicularia v. filiformia, parallele stipata, hyalina.

1. **Lahmia Kunzei** (Flot.) Körb. Par. p. 282, Rehm Disc. p. 341. *Calicium* Flot. — Ascomatibus sparsis, initio globosis, clausis dein turbinatis, tenui-marginatis, brunneolis, 0,1-0,4 mm. lat., extus 4717

atris; ascis clavatis supra rotundatis, tenui-stipitatis, 100-150 ≍ 15-18, octosporis; sporidiis polystichis, cylindraceo-verruciformibus, 3-5-septatis, hyalinis, 30-45 ≍ 4-5; paraphysibus ramosis, supra brunneolis.

Hab. in cortice Populi albæ et tremulæ, raro Salicum, Robiniæ, Quercus, in Germania.

2. **Lahmia Piceæ** Anzi Lich. Lang. n. 457, Rehm Disc. pag. 343. — 4718
Ascomatibus gregariis, globulosis dein discoideis, crasse stipitatis, demum turbinatis tenui-marginatis, atro-brunneis 0,3-0,8 mm. lat.; ascis clavatis, tenui-stipitatis, 110-130 ≍ 15-17, octosporis; sporidiis parallele stipatis, aciculari-fusoideis, 7-septatis, hyalinis, 40-45 ≍ 3-5; paraphysibus tenuibus, septatis, furcatis, supra brunneis concretis.

Hab. in cortice Abietis pr. Bormio Ital. bor.

3. **Lahmia Fuistingii** Körb. Par. p. 464, Rehm Disc. p. 343. — Asco- 4719
matibus gregariis, sessilibus, dein turbinatis, 150-500 μ. lat. et alt., nigris; disco appanato v. subconvexo; ascis supra obtuse acuminatis, 90-100 ≍ 15-17, paraphysatis; sporidiis parallele dispositis, acicularibus, rectis acutiusculis, 7-15-septatis, 20-70 ≍ 2-2,5.

Hab. in thallo Sphyridii byssoidis et S. placophylli etc. Westfalen et Silesia.

MYCOBACIDIA Rehm Pilzfl. Disc. p. 337 (Etym. quasi *Bacidia* fungina). — Ascomata parasitica, sparsa vel gregaria, sessilia, pallida, rarius nigra, crustula discolori sæpe inserta, firmo-ceracea, disco primitus cyathi- v. patelliformi, marginato, dein convexo et immarginato. Asci clavati, supra rotundati, 8-spori, paraphysati. Sporidia circa asci axim disposita, acicularia v. filiformia, transverse multiseptata, hyalina.

1. **Mycobacidia herbarum** (Hepp) Rehm loc. cit. — Ascomatibus su- 4720
biculo indeterminato, levi, coriaceo, griseo insidentibus, usque ad 1 mm. lat, firmo-ceraceis; disco patelliformi, nitenti-castaneo, dein opace rubro-brunneo, tandem nigro-brunneo; ascis 55-60 ≍ 10-12; sporidiis subspiraliter dispositis, filiformibus, plus minus undulatis, uno apice valde acutatis, transverse distincte 7-15-septatis, 40-60 ≍ 1,5-3; paraphysibus supra furcatis et incrassatis.

Hab. ad muscos, gramineas et Juniperi ramulos in Franconia.

2. **Mycobacidia flavo-virescens** (Dicks) Rehm Disc. p. 338. — Asco- 4721
matibus subiculo crustaceo gregatim insidentibus, nigris, nudis,

0,3-0,7 mm. lat., firmo-ceraceis, disco cyathi- dein patelliformi, ascis anguste clavatis, stipitatis, 4-8 sporis, 75-90 ≈ 12-14; sporidiis parallele dispositis, acicularibus, utrinque acuminatis, 5-15-septatis, 30-90 ≈ 3; paraphysibus 1,5 μ. cr. supra ramosis et viriduli-brunneolis.

Hab. ad Sphyridium byssoides in tota fere Europa.

BACTROSPORA Mass. Ric. p. 133, Rehm Disc. pag. 344 (Etym. *bactron* baculus et *spora*). — Ascomata crustula pallida inserta, sessilia, initio globosa clausa demum scutellata, marginata demum immarginata. Asci cylindracei, ramoso-paraphysati, octospori. Sporidia bacillaria pluriseptata, parallele stipata, ex hyalino flavida, subinde demum in articulos secedentia.

1. **Bactrospora dryina** (Ach.) Mass. l. c., Rehm l. c. — Ascomatibus gregariis atro-purpureis, dein nigris 0,2-1,2 mm. lat.; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis, 120-130 ≈ 10-15; sporidiis bacillaribus 11-septatis, subhyalinis, 60-80 ≈ 2-2,5; paraphysibus repetito-ramosis, 2 μ. cr., septatis. 4722

Hab. in cortice Quercuum in Germania, Italia.

Fam. 9. Gymnoascaceæ Bar.

Subf. Exoasceæ Sad.

TAPHRINA Fr. — Syll. VIII. p. 812 *)

1. **Taphrina lethifera** (Peck.) Sacc. *Ascomyces* Peck 40 Rep. p. 66. — Indefinita, hypophylla, sæpe paginam superiorem totam occupans et glauco-pruinosam reddens; ascis cylindraceis obtusis v. subtruncatis, 40-50 ≈ 15-20; sporidiis minutis ex ellipsoideo subglobosis, 4-5 ≈ 2-3. 4723

Hab. in foliis vivis Aceris spicati, Elizabethtown Amer. bor.

2. **Taphrina rubro-brunnea** (Peck) Sacc. *Ascomyces* Peck 40 Rep. p. 67. — Maculis definitis, variis, minutis et suborbicularibus vel latis et irregularibus, subinde confluentibus, sæpius supra concavis, infra convexis, sordide rubro-brunneis, infra pallidioribus; ascis oblongis, apice truncatis, 50-75 ≈ 15-22; sporidiis minutis, subellipticis, 3-4 ≈ 1,5-2. 4724

---

*) Cfr. R. Sadebeck Krit. Untersuch. Taphr. Hamb. 1890 cum tab., ubi et species quædam reformantur et novæ fuse describuntur. Hic earum notas essentiales tantum retuli.

Hab. in foliis Quercus rubræ, Sandlake Amer. bor. — *Taphrinæ alutaceæ* affinis sed color alius, asci crassiores etc.

3. **Taphrina Johansonii** Sadeb. Krit. Unters. Taphr. p. 9, *T. rhizophora* Johans. (p. p. in carpellis *P. tremulæ*). Est maxima *Taphrinæ* species. 4725

Hab. in fructibus Populi tremulæ in Suecia et Germania.

4. **Taphrina epiphylla** (Sad.) Sacc. Syll. VIII, p. 816. — Var. **maculans** Sadeb. Krit. Unters. Taphr. pag. 10, t. IV, f. 2. — Maculis 0,5-1 cm. lat.; ascorum cellula basilari deorsum acutiori et sæpius minori, cetera eadem. 4726

Hab. in foliis Alni glutinosæ et A. incano-glutinosæ in Germania.

5. **Taphrina Kruchii** (Vuill.) Sacc. *Exoascus Kruchii* P. Vuill. Rev. Myc. 1891, p. 141. — Hypophylla, totam fere paginam occupans; ascis infra planis, subcuticularibus, cellula basilari carentibus, supra subclavatis, 72-80 ≃ 21-23, initio octosporis; sporidiis sphæricis octonis 4 μ. diam., demum numerosissimis ellipsoideis 2,5 ≃ 2. 4727

Hab. in foliis vivis Quercus Ilicis in Italia et Gallia. — Ramuli fungillo correpti deformantur (*Scopazzi*), de quo cfr. cl. Kruch Malpigh. 1891, p. 424. — A *Taphr. cœrulescente*, præter colorem, differt ascis majoribus etc.

6. **Taphrina Githaginis** Rostr. Medd. Nat. Foren. Kjobenhavn 1890, p. 257. — Hyphis intercellularibus, totam matricem occupantibus; ascis subepidermicis, ellipsoideis, flavescentibus, 48-58 ≃ 30-45, cellula basilari nulla; sporidiis globosis; conidiis numerosissimis oblongis, 4-6 ≃ 2-3. 4728

Hab. in foliis caulibusque vivis Agrostemmatis Githaginis in Dania.

7. **Taphrina lutescens** Rostr. Medd. Nat. Foren. Kjobenhavn 1890, p. 257. — Maculis intense flavis in frondibus vivis non bullatis; hyphis intercellularibus; ascis gracilibus, 60-70 ≃ 8-9. cellula basilari nulla; conidiis numerosis e prolificatione sporidiorum ortis, exiguis, 3-4 ≃ 0,5-1. 4729

Hab. in frondibus Polystichi Thelypteridis in Dania.

8. **Taphrina Cissi** Zoll. in Flora 1847, p. 300. — Maculis purpurascentibus, rotundatis, villoso-sericeis, 2-4 mm. diam., vix 0,5 mm. cr.; floccis (ascis?) clavatis. articulatis, granulosis, purpurascentibus; granulis (sporidiis?) depresso-sphæricis, cruciatim notatis, aliis minoribus intermixtis. 4730

Hob. in foliis Cissorum variorum ad pedem M. Salak Javæ.

EXOASCUS Fuck. — Syll. VIII, p. 816.

1. **Exoascus Celtidis** (Sadeb.) Sacc. *Taphrina* Sadeb. Krit. Unters. 4731
p. 20, t. V (1890). — Maculis irregularibus, brunneis, amphigenis, vix inflatis 0,5-1 cm. lat.; ascis cylindraceis, obtusis, octosporis, 25-28 ≈ 8-10; cellula basilari epidermidem non intrante, valde lata, 8-10 μ. alta, 25-30 μ. lata; sporidiis globosis 1-guttulatis, 3-3,5 μ. diam.

Hab. in foliis Celtidis australis, cui valde noxius, prope Lugano. — *Exoasco Ulmi* subaffinis.

2. **Exoascus Æmiliæ** Passer. F. N. IV. n. 35 (Jun. 1890). — Maculis 4732
subdiscoideis variis, primo albido-griseis, dein exaridis, fuscis, tandem circumscissis elabentibus; ascis in macula plana hypophyllis, sparsis vel subgregariis, tubulosis vel basim versus plus minus angustatis, utrinque rotundatis, cellula basilari non visa, 12-15 ≈ 6-7,5; sporidiis octonis, globosis, distichis v. conglobatis, hyalinis, 2,5-3 μ. diam.

Hab. in foliis Celtidis australis, Vigheffio prope Parma Ital. bor. — «Etsi cellulæ basilares non visæ, species verisimillime eadem ac præcedens».

3. **Exoascus Alni-incanæ** Kühn in litt. (ut var.), *Taphrina Alni-* 4733
incanæ (Kühn) Sadeb. Krit. Unters. p. 17, t, IV, f. 1 *a*, et 1 *b*, *Exoascus alnitorquus* Auct. (p. p. in amentis), *Taphr. amentorum* Sadeb. in Centralb. 1888, p. 349. — Ascis cellula basilari carentibus, 40-45 ≈ 10, tereti-clavatis, 8-sporis; sporidiis subdistichis, globosis, 5 μ. cr.

Hab. in amentis femineis Alni incanæ in Germania etc. — Plerumque colorem atro-rubrum amentis affert. — Asci nunc epidermidi profunde immersi, nunc leviter. *Ascomyces endogenus* Fisch Bot. Zeit. 1885, p. 33, t. I, verisimiliter est eadem species, præterviso mycelio.

4. **Exoascus Cerasi** Fuck. Symb. p. 252 (ut var.) *Exoascus* et *Ta-* 4734
phrina deformans Auct. (pr. p. in Ceraso), *Taphrina Cerasi* (Fuck.) Sadeb. Krit. Unters. Taphr. pag. 26, t. IV, f. 8. — Ascis angustis 35-50 ≈ 5-7, octosporis; cellula basilari 10-16 ≈ 5; sporidiis 3-5 μ. diam.

Hab. in foliis Pruni Cerasi et P. avium, frequens. — *E. deformans* (Berk.) Tul. typicus viget in *Amygdalo Persica* et præbet ascos crassiores, 35-40 ≈ 9-10, cellulas basilares 6-8 μ. lat. et alt.

5. **Exoascus Cratægi** (Sadeb.) Sacc. *Taphrina* Sadeb. Krit Unters. Taphr. p. 21, t. IV, f. 5, *Exoascus bullatus* Sadeb. et Auct. p. p. — Ascis cylindraceis utrinque truncatis, 25-35 ≃ 8, cellula basilari 6-8 μ. diam. suffultis, 8-sporis; sporidiis globosis 4,5 μ. diam. 4735

Hab. in foliis rarius et in floribus Cratægi Oxyacanthæ in Germania alibique. Folia correpta rubescunt, corrugantur et torquentur. Asci inter cellulas epidermidis haud penetrant.

6. **Exoascus minor** (Sadeb.) Sacc. *Taphrina* Sad. Krit. Unters. Taphr. p. 24, t. IV, f. 6. — Ramulos et gemmas vexans et deformans foliorumque pag. inferiorem ex toto vel partem occupans, sæpius rubro-tingens et pruina albida conspergens, demum contorquens; ascis tereti-clavatis 30-35 ≃ 6-8, cellula basilari 8-10 μ. diam. suffultis, octosporis; sporidiis globoso-ellipsoideis, 6-7 ≃ 5. 4736

Hab. in follis vivis Pruni Chamæcerasi pr. Hamburg Germaniæ et forte alibi. — Mycelium tantum subcuticulare.

7. **Exoascus Farlowii** (Sad.) Sacc. *Taphrina* Sad. Krit. Unters. Taphr. p. 30, t. IV, f. 3. — Ascis inter se remotiusculis, tereti-clavatis, apice rotundatis, 20-30 ≃ 8-9, cellula basilari cylindracea, longiuscula, 15-25 ≃ 8-9, in matricem non penetrante. 4737

Hab. in fructibus immaturis, qui hyperhophice deformantur, Pruni serotinæ, Cambridge Mass. Amer. bor. (Farlow). — Affinis *Exoasco Pruni*, sed vere distinctus.

Subfam. 2. Gymnoascæ Bar.

ENDOMYCES v. Tiegh. — Syll. VIII. p. 820.

1. **Endomyces Scytonematum** Zukal in Flora 1891, p. 106, t. III, f. 34, *Ephebella Hegetschweileri* Itzigs. — Mycelio hyalino, septato, 0,8-1 μ. cr., partibus fertilibus, 2 μ. cr., ad septa inflatis; ascis piriformibus, stipitatis, 8-sporis, 25-26 ≃ 17-18; sporidiis conglobatis, coffeiformibus, h. e. uno latere planis, continuis, hyalinis, levibus, 8 ≃ 6. 4738

Hab. in Scytonemate alato pr. Neuhaus in Stiria. — Glomeruli ascorum sistunt in Scytonematibus tumores subglobosos peculiares (*Algen-gallen*).

2. **Endomyces Magnusii** Ludw. in Bericht. Deutsch. Bot. Gesellsch. 1886, p. XVII et Bref. Unters. IX, p 124, t. I, f. 1-18. — Mycelii hyphis filiformibus longis, ubique ramosis, septatis, hyalinis; ascis in ramulis acrogenis copiosis, ovato-ellipsoideis, 40-45 ≃ 25, tetrasporis; sporidiis ellipsoideis, parce sed conspicue verruculosis, hyalinis 12-15 ≃ 8-10. 4739

Hab. in lympha spumosa fluente (*Schleimfluss*) Quercus pr. Greiz in Germania. — Mensuram asci et sporidiorum ex iconibus Brefeldii sumpsi.

GYMNOASCUS Bar. — Syll. VIII, p. 823.

1. **Gymnoascus Zufflanus** Morini in Mem. R. Acc. Bol. IV, tomo X, p. 137 cum iconibus. — Ascomatibus globulosis, luteo-pallidis, circiter 330-500 μ. diam., numerosis setulis hyphoidis emergentibus, acuminatis et rigidulis conspersis; hyphis ascogenis exilissimis, septatis, incoloribus, ramulis ultimis in ascos globulosos 15-18 μ. diam. abeuntibus; sporidiis octonis, conglobatis, hyalinis, sphæroidalibus, 4-6 μ. diam. 4740

Hab. in Ozonio (O. stuposo Pers.?) insidens prope Sassari ins. Sardiniæ.

2. **Gymnoascus Eidami** Cocc. Svil. tre picc. fung. pag. 8, t. II. — Ascomatibus exiguis, cinereo-flavidulis, 0,3-0,1 mm. diam., subcircularibus, extus breve setulosis; hyphis ascophoris cylindricis, ramosis, continuis, hyalinis; ascis in ramulis acrogenis, globosis, octosporis, 12-14 μ. diam.; sporidiis conglobatis, sphæricis, hyalinis, 3-5 μ. diam. 4741

Hab. in foliis putridis stercoratis in agro Bononiensi. — «Excipulum v. perithecium (uti auctor vocat) adest minute parenchymaticum; an ergo potius *Cephalothecæ* species?».

ASCOCORTICIUM Bref. Unters. Myk. IX, p. 145 (Etym. quasi *Corticium* ascigerum). — Ascomata effusa, indeterminata, plana, membranacea, ex ascis fere omnino composita. Asci verticaliter stipati, clavato-oblongi, subsessiles, 8-spori, aparaphysati, ex hyphis mycelii horizontaliter effusis, continuis, filiformibus oriundi. Sporidia ellipsoidea, continua hyalina.

1. **Ascocorticium albidum** Bref. loc. cit. t. I, f. 37-30. — Flocculosum, griseo-album vel rubescens, 1-5 cm. long., 1-3 cm. lat.; ascis clavato-oblongis, 18-24 ≈ 7-8; sporidiis subdistichis, ellipsoideis, 4-5 ≈ 2, hyalinis. 4742

Hab. in cortice relaxato Pinuum prope Münster Germaniæ (v. Tavel).

ASCOIDEA Bref. Untersuch. Myk. IX, p. 94 (Etym. *ascos* et *eidos* species). — Ascomata indeterminate effusa, nuda, colorata, carnosula. Asci tereti-clavati, pluri-tunicati, apice dehiscentes, in my-

celii densi hyphis septatis acrogeni, myriospori. Sporidia minuta globulosa, basi plano-truncata, hyalina. Adsunt simul hyphæ conidicæ, conidia subspicata ovato-oblonga.

1. **Ascoidea rubescens** Bref. loc. cit. t. III, *B*, f. 1-31. — Initio levis, rubra, albido tincta, demum obscurior submuriculata, 3 cm. et ultra lata, 12 mm. cr.; ascis generis; sporidiis 5 μ. diam. 4743

Hab. in trunco dejecto Fagi in silvis prope Wolbeck Germaniæ. — Quoad speciei evolutionem cfr. Bref. loc. cit.

Fam. 10. Caliciaceæ Fr.

Sect. 1. Phæosporæ.

HYPSOTHECA Ell. et Ev. — Syll. VIII, p. 834.

1. **Hypsotheca ephemera** (Swackh) Sacc., *Coniocybe Beckhausii* Körb. Par. p. 301, *Caliciopsis ephemera* (Zwackh) Rehm Disc. p. 388, *Calicium* Zwackh. Huc ducenda fere absque dubio, teste Rehm loc. cit., *Hyps. subcorticalis* (C. et E.) Ell. et Ev., Syll. VIII, p. 834. Sporidia etiam in exempl. amer. 5 μ. diam.

CALICIOPSIS Peck. — Syll. VIII, p. 833.

1. **Caliciopsis stenocyboides** (Nyl.) Rehm Disc. p. 389. Huc est ducenda, teste Rehm loc. cit., *Caliciopsis pinea* Peck — Syll. VIII, pag. 833.

Sect. 2. Didymosporæ.

CALICIUM Pers. — Syll. VIII, p. 834.

1. **Calicium fallax** Auersw. Hedw. 1858, p. 14, Rehm Disc. p. 412. — Ascomatibus capitulatis, stipite crassiusculo, elongato, e basi latiore plerumque aciculari-attenuato, non raro furcato suffultis, brunneis, brunneo-pulvereis; disco cyathiformi; sporidiis elongato-fusoideis, indistincte 1-septatis, brunneolis, 7-9 ≂ 3-3,5. 4744

Hab. in thallo pulvereo-crustaceo, albido, sociâ *Biatorâ lucidâ,* Tharandt in Saxonia. — Secundum Sydow Flecht. Deutschl. p. 251, sporidia usque ad 16 ≂ 7.

2. **Calicium atomarium** Fr. Vet. Ak. Handl. 1817. p. 227, Rehm Disc. p. 402. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, dein hemisphæricis, demum brevissime turbinatis, nigris, subinde leniter viridulo-tinctis, 4745

0,1-0,3 mm. lat., 0,1-0,25 mm. alt., corneis; disco sæpius valde convexo; ascis cylindraceis, 8-sporis, 45-50 ≈ 5; sporidiis monostichis, elongato-ellipsoideis v. fusoideis, obtusis, rectis, 1-septatis, rarissime medio constrictis, primo hyalinis, dein brunneis, 6-9 ≈ 2,5-3; paraphysibus filiformibus, 1 μ. lat., hyalinis.

Hab. in cortice vetusto Quercus et Pini in Germania.

3. **Calicium hospitans** Th. Fr. Bot. Not. 1865, pag. 40, Rehm Disc. 4746
p. 401. — Ascomatibus gregariis, rarius sparsis, lenticularibus v. hemisphæricis, basi in stipitem pallidiorem angustatis, 0,2-0,3 mm. lat., ceraceo-firmis, disco convexis, immarginatis; ascis cylindraceis, supra rotundatis, 8-sporis, 45-50 ≈ 4-5; sporidiis monostichis, obtuse ellipsoideis, continuis, demum raro 1-septatis et medio subconstrictis, brunneis, 6-9 ≈ 3; paraphysibus filiformibus, 2-2,5 μ. lat., supra subramosis, dilute flavidis.

Hab. in thallo Lecanoræ ad ramos putridos Quercus, ad ramos siccos, vetustos Pini et truncos Aceris in Germania et Austria. — *C. parvico* affine.

4. **Calicium parietinum** Ach. Vet. Ak. Handl. 1816, p. 260, t. 8, Rehm 4747
Disc. p. 405. — A *C. pusillo*, cui conjunctum in Syll. VIII, p. 835, differt præcipue stipite usque 2 mm. long.; sporidiis plerumque continuis, 5-8 ≈ 3.

Hab. in corticibus et lignis præcipue Quercus, Pini in Germania, Helvetia, Italia, Suecia etc. — «Potius *Embolus*».

5. **Calicium præcedens** Nyl. Flora 1867, Rehm Disc. p. 405. — Asco- 4748
matibus gregariis, primo subcylindricis, dein turbinato-lenticularibus, 0,1-0,2 mm. lat., stipite tenuissimo, circ. 0,2 mm. præditis, nigris, corneis; disco rotundo, convexo, tenuiter marginato; ascis cylindraceis, 8-sporis, 75-90 ≈ 6-7; sporidiis monostichis, elongatis, raro ellipsoideis, continuis, rectis, brunneolis, 9-14 ≈ 4-5; paraphysibus filiformibus, 2 μ. lat.

Hab. in ramis siccis Alni viridis in Tirolia et Württenberg Germaniæ. — *C. parietino* affinis. «Potius *Embolus*».

6. **Calicium tremulicolum** (Norrl.) Rehm Disc. pag. 405, *Stenocybe* 4749
Norrl. Cfr. Flora 1883, p. 531. — Ascomatibus sparsis, hemisphæricis, disco convexis, breviter tenuiterque stipitatis, circ. 0,3 mm. alt., supra 0,2 mm. lat., nitenti-nigris; ascis cylindraceis, apice rotundatis, 8-sporis, 90-95 ≈ 5-6; sporidiis 1-stichis, rectis, tenuiter 1- raro 3-septatis, ad septa non constrictis, involucro mucilaginoso, tenui cinctis, griseo-brunneolis, 15-17 ≈ 4-4,5; paraphysibus filiformibus, 1 μ. lat.

Hab. in cortice levi, vetusto Coryli in Württemberg Germaniæ, rarissime. «Potius *Stenocybe*».

7. **Calicium disseminatum** (Ach.) Fr. Lich. eur, p. 397, Rehm Disc. p. 403. — Ascomatibus gregariis, dein breviter turbinatis, sessilibus, nigris, vix cœruleo- v. viridulo-tinctis, usque ad 0,3 mm. alt., 0,1-0,25 mm. lat., corneis; disco rotundo, demum convexo; ascis cylindraceis, 8-sporis, circ. 50 ≈ 5; sporidiis monostichis, elongatis, obtusis, rectis v. subincurvis, 1- demum 3-septatis, hyalinis, dein atro-brunneis, 10-12 ≈ 3,5-4; paraphysibus filiformibus, 1 μ. lat., hyalinis. 4750

Hab. in cortice fisso Quercus, Betulæ et Abietis pectinatæ in Germania et Helvetia. — An potius *Stenocybe?*

Fam. 11. Arthoniaceæ Rehm Disc. p. 414.

Ascomata innata dein erumpentia, excipulo nullo manifesto cincta, convexo-applanata, ambitu rotunda v. varie efformata.

Genera hujus familiæ hucusque inter Lichenes enumerabantur, sed gonidia nulla, hinc a cl. Rehm ad Discomycetes recte translata. Opus eximium (*Deutsch. Discom.*) hujus auctoris est necessario conferendum; hic tantum, notitiæ causa, synopsin generum et specierum ex eodem opere excerpsi.

Clavis analytica Generum.

A. Parasiticæ in Lichenibus.

Phacopsis. Ascomata subrotunda. Sporidia continua, hyalina.
Conida. Ascomata subrotunda. Sporidia 1- raro 2-septata, hyalina vel flavidula.
Celidium. Ascomata subrotunda. Sporidia 3-septata, hyalina v. demum brunnea.

B. Corticicolæ.

Lecideopsis. Ascomata rotunda vel inæqualiter maculiformia. Sporidia 1-septata, hyalina.
Arthonia. Ascomata e rotundo angulosa vel ramulosa. Sporidia 3-5-septata, hyalina v. flavidula.
Arthothelium. Ascomata inæqualiter sinuoso-maculiformia. Sporidia pluri-septato-muriformia, hyalina v. brunnea

PHACOPSIS Tul. Ann. Sc. nat. III, t. XVII, pag. 124, Rehm Disc. p. 419 (Etym. *phace* lenticula et *opsis* facies).

1. **Phacopsis vulpina** Tul. l. c., Rehm l. c. — Ascomatibus nigris, sub- 47

inde viridiflavo-pruinosis, 0,2-0,5 mm. diam.; ascis 45-50 ≃ 18-30, octosporis; sporidiis ellipsoideo-oblongis, 13-16 ≃ 4-6.

Hab. in thallo Everniæ in Germania, Tirolia, Helvetia.

CONIDA Mass. Symm. Lich. p. 75, Rehm Disc. p. 420 (Etym. *conis*, *conidos* lens seu ovum pediculorum).

1. **Conida clemens** (Tul.) Mass. Misc. Lich. pag. 16, *Phacopsis* Tul. Ann. Sc. nat. 1852, pag. 124. — Ascomatibus nigris, 0,2-1 mm. diam.; ascis 36-40 ≃ 15-17, octosporis; sporidiis clavato-oblongis, 10-15 ≃ 3-5, hyalinis, constricto 1-septatis; hypothecio dilute flavo-brunneo. 4752

Hab. in epitheciis Lichenum plurimorum in Germania. Italia, Gallia, Suecia, Helvetia.

2. **Conida lecanorina** (Almq.) Rehm Disc. p. 422, *Arthonia* Almq. Mon. Arth. p. 54. — Ascomatibus nigris, 0,2-0,4 mm. lat.; ascis 36-40 ≃ 15-17, octosporis; sporidiis pyreniformibus, constricto-1-septatis, hyalinis, 9-10 ≃ 1,5-5; hypothecio saturate flavo-brunneo. 4753

Hab. in apotheciis Lecanoræ in Germania.

3. **Conida punctella** (Nyl.) Arn. Jura, Fl. p. 46, Rehm Disc. p. 423, *Arthonia* Nyl. — Ascomatibus nigris, punctiformibus; ascis 42 ≃ 18, octosporis; sporidiis ovato-clavatis, 15 ≃ 6, 1-septatis, ex hyalino brunneolis; hypothecio achroo. 4754

Hab. in thallo Diplotommatis epipolii in Franconia sup. (Arnold).

4. **Conida destruens** Rehm Disc. p. 423. — Ascomatibus nigris, 0,2-0,3 mm. lat.; ascis 36-40 ≃ 10-12, quadri-octosporis; sporidiis clavulatis, 9-15 ≃ 3-5, 1- raro 2-septatis ex hyalino brunneolis; hypothecio brunneo. 4755

Hab. in thallo, rarius apotheciis Parmeliæ et Physciæ in Germania.

5. **Conida Pelveti** (Hepp.) Arn. Flora 1874, pag. 105, Rehm Disc. p. 424, *Celidium* Hepp. — Ascomatibus nigris, 0,3-1,5 mm. lat.; ascis 35-45 ≃ 15-20, quadri-octosporis; sporidiis oblongo-clavatis, constrictulo-1-septatis, 10-13 ≃ 3, hyalinis; hypothecio brunneolo. 4756

Hab. in thallo Solorinæ, Algau Bavariæ,

6. **Conida nephromiaria** (Nyl.) Arnold. Flora 1874, p. 105, Rehm Disc. p. 425. *Celidium* Karst., Syll. VIII, p. 743. — Var. **stereocaulina** Ohlert in Rehm loc. cit. — Ascomatibus nigris, 0,15-0,18 mm. lat.; ascis 18-20 ≃ 6-8; sporidiis obovato-clavulatis, 10-15 ≃ 3-5, hyalinis. 4757

Hab. in thallo Stereocauli et Parmeliæ in Germania.

CELIDIUM (Tul.) Körb. Syst. lich. p. 210, Rehm Disc. p. 425. Syll. VIII, p. 742. — Species Syllogi addendæ sequuntur.

1. **Celidium pulvinatum** Rehm Disc. p. 427. — Ascomatibus nigris, albido-pruinosis, 0,3–1,5 mm. lat.; ascis 60-70 ≈ 18-21, octosporis; sporidiis ellipsoideo-oblongis, 3-septatis, 18–24 ≈ 4-7, ex hyalino brunneis. 4758

Hab. in thallo Endocarpi in Germania.

2. **Celidium lepidophilum** (Anzi) Rehm Disc. p. 427, *Abrothallus* Anzi Anal. p. 24. — Ascomatibus convexis, nigris, siccis viridulo-pruinosis, 0,1-0,2 mm. diam.; ascis 60 ≈ 10-12, octosporis; sporidiis fusoideis, 1-3-septatis, 10-15 ≈ 3-5, hyalinis. 4759

Hab. in thalli squamis Cladoniæ, Val Furva Ital. bor.

3. **Celidium tabescens** Anzi Anal. lich. var. p. 25, Rehm Disc. p. 428. — Ascomatibus minutissimis, nigris v. nigro-purpureis; sporidiis navicularibus 1-2-septatis, quaternis vel senis; epithecio et hypothecio rubro-brunneo. 4760

Hab. in thallo Imbricariæ saxatilis, Bormio Ital. bor. — Ad **Celidium varians** (Dav.) Arn., Syll. VIII, p. 742, var. **intextum** Almq., Rehm Disc. pag. 429 est ducenda *Metasphæria Lichenissordidi* (Mass.) Sacc. Syll. II, p. 184.

4. **Celidium Ericetorum** (Fl.) Rehm Disc. p. 431, *Nesolechia* Flot. — Ascomatibus opace nigris, 0,1-0,3 mm. diam.; ascis 60–65 ≈ 9-10, octosporis; sporidiis elongatis, 3-septatis, hyalinis, 10-15 ≈ 3. 4761

Hab. in thallo Bæomycetis rosei et Sphyridii in Germania.

LECIDEOPSIS Almq. Mon. Arth. Scand. p. 46, Rehm Disc. pag. 432 (Etym. *Lecidea* et *opsis* facies).

1. **Lecideopsis Bueriana** (Lahm) Rehm Disc. pag. 432, *Coniangium* Lahm. — Ascomatibus nigris, rugulosis, 0,1-0,25 mm. diam.; ascis 36-40 ≈ 12-15, 4-8-sporis; sporidiis ovato-oblongis, 1-septatis, ex hyalino brunneolis, 12-15 ≈ 4-5. 4762

Hab. in cortice Quercus in Germania.

2. **Lecideopsis galactites** (DC.) Rehm Disc. p. 433, *Verrucaria* DC. — Ascomatibus in areis argenteo-albis gregariis, nigris, 0,1-0,5 mm. lat.; ascis 30-40 ≈ 15-18, octosporis; sporidiis ovato-oblongis, clavulatis, 1-septatis, hyalinis, 12-18 ≈ 4-5. 4763

Hab. in cortice levigato Populorum in tota fere Europa.

3. **Lecideopsis excipienda** (Nyl.) Rehm Disc. p. 434, *Arthonia* Nyl. 4764
— Ascomatibus in areis pallidis fusco-cinctis gregariis, nigris, 0,2-1,2 mm. lat., demum anguloso-stellatis; ascis 40-45 = 21-25, 8-sporis; sporidiis oblongo-ovatis, 1-septatis, hyalinis, 14-19 = 6-7.

Hab. in ramis corticatis Berberidis, Ligustri, in Germania, Helvetia etc.

4. **Lecideopsis cembrina** (Anzi) Rehm Disc. p. 434, *Arthonia* Anzi 4765
Manip. p. 126. — Ascomatibus in areis dealbatis gregariis, varie sinuoso-stellatis, nigris, 0,1-1 mm. long., 0,1-0,2 mm. lat.; ascis 40-45 = 15-20, 6-8-sporis; sporidiis clavulatis, 1-septatis, hyalinis, 12-15 = 4-5.

Hab. in cortice levigato Pini Cembræ in Germania et Italia.

ARTHONIA Ach. Lich. Univ. p. 25, Rehm Disc. p. 435 (Etym. *κοδω* nec *αρδω* (ut male legit Acharius) irrigo, conspergo, quasi thallus ascomatibus minutis conspersus; hinc «*Ardonia*, *Ardothelium*, *Ardoniaceæ*» rectius esset scribendum.

1. **Arthonia punctiformis** Ach., Rehm Disc. p. 435. — Ascomatibus 4766
in areis albidis gregariis stellatis vel versiformibus, nigris, 0,2-0,7 mm. lat.; ascis 36-40 = 21-24, octosporis; sporidiis oblongo-ovatis, 3-5-septatis, flaveolis, 17-20 = 4-6.

Hab. in cortice levigato Tiliæ, Fraxini, Ulmi, Celtidis, Fagi, Tremulæ, Pini, Castaneæ, Piri in tota Europa.

2. **Arthonia obscura** (Pers.) Leight. Graph. p. 56, Rehm Disc. p. 436. 4767
— Ascomatibus in areis brunneo-viridulis gregariis, varie angulosis, nigricantibus, 0,1-2,5 mm. lat.; ascis 40-45 = 18-20, 6-8-sporis; sporidiis oblongis, 5-septatis, medio constrictis, ex hyalino flavidis.

Hab. ad basim truncorum juniorum Fagi, Coryli, Quercus, Alni in tota fere Europa.

3 **Arthonia dispersa** (Schrad.) Rehm Disc. p. 437, *Opegrapha* Schrad. 4768
— Ascomatibus in areis expallentibus gregariis, sublinearibus vel versiformibus ramulosisque, 0,1-0,2 mm. lat.; ascis 21-30 = 15-20, octosporis; sporidiis cuneatis, 1-3-septatis, 10-12 = 3-4, hyalinis.

Hab. in ramis truncisque junioribus Æsculi, Fraxini, Alni, Coryli, Pruni, Rhois, Sorbi, Rhamni, Quercus, Berberidis, Ribis, Liriodendri, Caraganæ, Pini, Rhododendri in tota fere Europa.

ARTHOTHELIUM Mass. Rich. Lich. p. 54, Rehm Disc. p. 438 (Etym. *ardo* conspergo et *thele* papilla).

1. **Arthothelium ruanideum** (Nyl.) Arn. Lich. n. 1078, Rehm Disc. 4769
p. 438, *Arthonia* Nyl. — Ascomatibus in areis griseo-brunneolis, gregariis confluendo rotundo-stellatis, 1 mm. lat., nigris; ascis 50-60 ≃ 2-5, octosporis; sporidiis oblongo-ellipticis, 7-septato-muriformibus, hyalinis, 15-18 ≃ 7-9.

Hab. in cortice juniore Alni, Fraxini, Coryli, Pini, Ilicis, in Germania, Helvetia.

2. **Arthothelium ruanum** (Mass.) Rehm Disc. p. 439, *Arthonia* Mass. 4770
Ric. p. 47. — Ascomatibus in areis pallidis acervulatis, ramoso-confluentibus, 0,1-0,2 mm. lat., nigris; acervulis 1-1,5 mm. lat.; ascis 36-40 ≃ 21-25, octosporis; sporidiis ellipsoideis, 5-7-septato-muriformibus, 15-18 ≃ 6-7, hyalinis dein brunneolis, medio constrictis.

Hab. in cortice Pinorum, Quercus, Fraxini, Carpini, Juglandis in Germania, Helvetia.

3. **Arthothelium subcembrinum** (Anzi) Rehm Disc. p. 439, *Arthonia* 4771
Anzi Symb. p. 22. — Ascomatibus sparsis, punctiformi-inæqualibus; ascis piriformibus, 6-8-sporis; sporidiis obovato-cuneatis, pluriseptato-muriformibus, 17-21 ≃ 8-10, hyalinis.

Hab. in cortice leviore Pini Cembræ in Val Furva Ital. bor. (Anzi).

4. **Arthothelium Beltraminianum** Mass. Mem. Lich. pag. 115, Rehm 477
Disc. p. 440. — Ascomatibus in areis albis subrotundis gregàriis, e rotundo stelliformibus, radiatim expansis, 0,2-1 mm. lat.; ascis 36-45 ≃ 21-24, octosporis; sporidiis oblongis, 7-septato-muriformibus, hyalinis, 15-18 ≃ 6-7.

Hab. in cortice Carpini et Juglandis in Italia et Germania.

5. **Arthothelium spectabile** (Flot.) Mass. Ric. pag. 54, Rehm Disc. 477
p. 440, *Arthonia* Flot. — Ascomatibus in areis niveis amplis gregariis, inæqualiter ruguloso-ramosis, nigris, 0,2-3 mm. long.; ascis 50-60 ≃ 50, 6-8-sporis; sporidiis ellipsoideis, 5-septato-muriformibus, hyalinis, 25-30 ≃ 10-15.

Hab. in cortice leviore Alni, Cratægi, Coryli, Quercus, Fraxini in Germania, Helvetia.

6. **Arthothelium subastroideum** Anzi Symb. p. 22, Rehm Disc. p. 441. 477
— Ascomatibus in areis dealbatis gregariis, subrotundis, sæpe maculiformi-confertis, atris, 0,5 mm. lat.; ascis 45-50 ≃ 36-38, octosporis; sporidiis oblongo-ovoideis, 7-9-septato-muriformibus, hyalinis v. flavidulis, 21-24 ≃ 10-12.

Hab. in cortice leviore Pini Cembræ pr. Bormio et Val Furva Ital. bor. (Anzi).

7. **Arthothelium anastomosans** (Ach.) Arnold Lich. n. 514, Rehm Disc. pag. 142, *Arthonia* Ach. — Ascomatibus in areis dealbatis gregariis, rotundo-stellatis, radiatim expansis, 50-200 μ. lat.; ascis 36-40 ≍ 21-25, octosporis; sporidiis oblongo-clavulatis, 5-7-septato-muriformibus, 15-18 ≍ 6-8, hyalinis. 4775

Hab. ad basin truncorum Rhamni Frangulæ, Rhododendri in Helvetia et Tirolia.

8. **Arthothelium Flotowianum** Körb. Par. p. 261, Rehm Disc. p. 142. — Ascomatibus in areis farinoso-leprosis sitis, rotundis, brunneo-nigris, 0,1-1,2 mm. lat.; ascis 100-120 ≍ 27-30, octosporis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, medio constrictis, 7-septato-muriformibus ex hyalino luteolis, 30-36 ≍ 10-12. 4776

Hab. in cortice Pinorum, Betulæ in Germania et Helvetia.

9. **Arthothelium fusco-cinereum** (Zwackh) Mass. Catagr. p. 683, Rehm Disc. p. 143, *Arthonia* Zwackh. — Ascomatibus in areis griseis gregariis, subrotundis, 0,1-0,7 mm. lat.; ascis 100-120 ≍ 45, octosporis; sporidiis cuneatis, medio subconstrictis, 7-septato-muriformibus, ex hyalino brunneolis, 27-33 ≍ 12-14. 4777

Hab. in truncis Fagi et Carpini pr. Heidelberg Germaniæ.

10. **Arthothelium Lahmianum** Körb. Par. Lich. p. 263, Rehm Disc. p. 144. — Ascomatibus in areis dealbatis sparsis, subrotundis, brunneo-nigris v. nigris, 0,2-0,3 mm. lat.; ascis 36-40 ≍ 27, bisporis; sporidiis oblongis, subcuneatis, medio subconstrictis, 6-8-septato-muriformibus, 21-24 ≍ 8-9, brunneis. 4778

Hab. in radicibus decorticatis et in cortice Quercuum in Germania.

ONYGENACEÆ Fr. — Syll. VIII, p. 861.

ONYGENA Pers. — Syll. VIII, p. 861.

1. **Onygena corvina** A. et S. — Syll. VIII, p. 861. — Var. **alliacea** 4779
Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. II, p. 7. — A typo odore alliaceo gravi et matrice præcipue differt.

Hab. in foliis alneis putridis dejectis Hoeylaert Belgii. — « An inter folia penna aliqua avis decomposita latebat? »

TUBEROIDEÆ (Vitt.) Paol. — Syll. VIII, p. 863.

Fam. 1. Elaphomycetaceæ Tul.

ELAPHOMYCES Nees. — Syll. VIII, p. 863.

1. **Elaphomyces hassiacus** Hesse Hypog. I, p. 32 *). 4780
Hab. ad terram humosam in pinetis, Hessen-Nassau.
2. **Elaphomyces plicatus** Hesse Hypog. I, p. 32. 4781
Hab. ad arenariam variegatam in pinetis, Hessen-Nassau.

Fam. 2. Tuberaceæ Fr.

BALSAMIA Vitt. — Syll. VIII, p. 877.

1. **Balsamia fusispora** Schulz. Hedw. 1871, p. 63. — Irregularis, 10 4785
cm. long., 5 lat. et alt., basi radiciformi, 14 mm. cr. prædita, glabra; cortice non secernibili; gleba brunnea, lacunis majoribus et minoribus, parietibus levibus, forma variis; ascis 8-sporis; sporidiis recte monostichis, fusoideis dilute coloratis, utrinque acuminatis et sæpe hyalinis, ob granula longitudinaliter disposita pseudouniseptatis, 18-20 ≃ 5.

Hab. in Hungaria boreali. — Ex ipso auctore dubia species.

HYDNOBOLITES Tul. — Syll. VIII, p. 879.

1. **Hydnobolites Tulasnei** Hesse Hypog. I, p. 32. 478

---

*) *Elaphomycetis, Hydnobolitis* et *Tuberis* species cl. Hessei hic allatæ sine diagnosi, describentur in vol. II ejusdem eximiæ Monogr. Hypog. German. proxime edendo.

Hab. ad terram sabulosam in silvulis pineis et tiliaceis, Hessen-Nassau.

TUBER Mich. — Syll. VIII, p. 882.

1. **Tuber Requieni** Tul. Syll. VIII, pag. 896. — Var. **stramineum** 4784
Ferry et Quél. XVI Suppl. p. 4, t. 21, f. 13. — Globosum v. oblongum, 1,5 cm. diam., leve, eburneum, dein stramineum et purpureo-maculatum, pruinosum, dein nitens; cortice duro, tenaci, subtili, hyalino, parum secernibili; gleba molli, dein indurata, albida, fulva, dein subrosea, venis albis venulis hyalinis marginatis minute marmorata; sporidiis ellipsoideis, conferte aculeatis, fulvo-auratis, 25–30 μ. long.

Hab. in humo argilloso-sabulosa in montibus Pyrenæis et in Gallia australi. — Odor moschi vel sinapis.

2. **Tuber Bellonæ** Quél. XVI Suppl. p. 5. — Globulosum, gibberulum, 3–7 cm diam., nigrum; cortice verrucis pentagoniis, sulcatis asperato; gleba fulvo-cinerea, venis albis et obscuris, cerebriformi-gyrosis minute marmorata; ascis 1–4-sporis; sporidiis globosis, late reticulatis, fulvis, 20–40 μ. diam. 4785

Hab. in humo argilloso-silicea Vaucluse Galliæ. — Odor bituminosus. *T. mesenterico* affine sed sporidiis sphæricis.

3. **Tuber montanum** Chatin Bull. Soc. bot. Fr. 1891, p. 58. — Ascomatibus verrucis convexis majusculis; gleba subgrisea; venis vermicularibus lineis quinque efformatis, linea media alba angusta, lineis binis brunneis binis albis cincta; sporidiis *T. melanospori* sed paullo pallidioribus. 4786

Hab. in montanis Pellafol près Corps Galliæ, alt. 900 m. (Aglot). — Odor debilior quam *T. melanospori*.

4. **Tuber exiguum** Hesse Hypog. I, p. 30. 4787

Hab. ad terram sabulosam et humosam in fagetis et pinetis, Hessen-Nassau.

5. **Tuber De-Baryanum** Hesse Hypog. I, p. 31. 4788

Hab. ad terram calcaream et humosam in fagetis et quercetis, Hessen-Nassau.

6. **Tuber murinum** Hesse Hypog. I, p. 31. 4789

Hab. ad terram humosam et sabulosam in silvulis fraxineis et avellaneis, Hessen-Nassau.

7. **Tuber scruposum** Hesse Hypog. I, p. 31. 4790

Hab. ad terram calcaream in silvulis fraxineis, fagineis et coryleis, Hessen-Nassau.

8. **Tuber rutilum** Hesse Hypog. I, p. 31. 4791

Hab. ad terram calcaream in fagetis, Hessen-Nassau.

CRYPTICA Hesse Eine neue Tuberaceengatt. p. 198, t. VI-VIII (Etym. *cryptos* absconditus). — Ascomata carnosa, basi levia et mycelio radicanti prædita, supra floccosa, minute verrucosa et plicato-foveolata; gleba apice lacunis ad ascomatis superficiem non apertis, excavata. Asci tereti-oblongi, basi stipitato-attenuati, vulgo 8-spori. Sporidia globosa, exosporio crasso, eximie obtuseque verrucoso. — Differt a *Genea* et *Hydnocystide* ascis non linearibus, ab *Hydnotrya* exosporio crasso, distincte verrucoso.

1. **Cryptica lutea** Hesse loc. cit. — Ascomatibus sæpius globosis v. 4792
subapplanato-irregularibus, carnosis, basi fibrillis radicantibus, brunneo-rubris præditis; cortice circ. 1. mm. cr., luteo, basi levi, supra minute gibberulo, varie plicato-foveolato, pilis sæpius torulosis obsito; gleba apice lacunis ad ascomatis superficiem apertis perfossa, zonis radiantibus, parallelis, hyalinis, latiusculis, cum aliis angustioribus flavis intermixtis prædita; ascis cylindraceo-oblongatis, basi in stipitem attenuatis, 30-50 μ. lat., sæpius 8-sporis; sporidiis globosis, primo hyalinis dein exosporio crasso, atro-brunneo, obtuse verrucoso præditis, circ. 20 μ. diam., 1-guttatis, granuloso-farctis.

Hab. sub foliis in silvis fagineis pr. Eisenach et Marburg.

APPENDIX

TRICHOCOMA Jungh. Præm. Jav. pag. 9, f. 7, Fisch. Hedw. 1890, p, 161, t. III (Etym. *thrix* capillus et *coma*), *Trichoskytale* Corda Anl. p 196 (nomen mutavit ob *Trichocoma* DC. quæ vero non genus sed sectio). — Ascoma sessile, globoso-oblongum verticale, molliusculum basi indusio tuberoso cupulato persistente auctum, intus longitud. venosum, venæ parallelæ, prismaticæ, brunneæ, ascogenæ, sepimentis pallidioribus (flavidis) filamentosis divisæ. Asci ovato-oblongi, fugaces, suboctospori. Sporidia ellipsoidea, continua, hyalina, demum brunneola, muriculata. — Sec. cl. Massee (Trans. R. Soc. Lond. 1887, pag. 305-309, tab. 25) *Trichocoma* esset gasterolichen nempe gonidiis (*Botryococci*) præditus et ascis carens, sed illustratio cl. Fischeri contraria docet.

1. **Trichocoma paradoxa** Jungh. loc. cit., Fisch. loc. cit., *Trichoscytale paradoxa* Berk. Hand. Fl New. Zeal. p. 617. — Ascomate 4793

tereti-elongato, basi sulphureo, supra fuscescente, 2 cm. alt., 1 cr., indusio rufo-brunneo; margine flavicante; ascis ex ovato inæqualibus subsessilibus, 15-20 = 10-12; sporidiis ellipsoideis, 5-7 = 5.

Hab. gregatim in truncis erosis, putridis in Java, Nova Zelandia, Himalaya, Nepal, Noel-Gherries.

2. **Trichocoma levispora** Massee Trans. R. Soc. Lond. 1887, tab. 25, 1744
T. paradoxa Berk. p. p. — A specie præcedente differt statura minore et præsertim sporidiis levibus.

Hab. in lignis putridis in Carolina inferiori Amer. bor.

MYXOMYCETEÆ Wallr. *) — Syll. VII, p. 323.

Sect. 1. Amaurosporæ Rost.

BADHAMIA Berk. — Syll. VII, p. 329.

1. **Badhamia? pulcherrima** Speg. F. Puigg. n. 187. — Peridiis dense aggregatis, cylindraceo-ellipsoideis, 1-1,2 mm. alt., 0,5-0,6 mm. cr., albo-cinereis, hypothallo arachnoideo insidentibus, tunica duplici vestitis; tubulis simplicibus brevissimis hyalinis reticulato-connexis calcareis; sporis globosis, levibus, atro-fuligineis, 10-15 μ. diam. 4750

Hab. Ad corticem putrescentem arborum in silvis prope Apiahy, Brasilia. — Peridiorum greges orbiculares 10-100 mm. diam.; granula calcarea alba numerosa minuta 1-2,5 μ. diam.; species pulcherrima, peridiorum fabrica distinctissima, et facile a genere *Badhamia* separanda.

2. **Badhamia nodulosa** (Cooke et Balf.) Massee Journ. Myc. 1889, p. 186, *Physarum* C. et B. in Rav. F. Am. n. 479. — Peridiis globosis, stipitatis, tenui-tunicatis, 1,5 mm. alt. supra plerumque hyalinis et crusta calcarea alba asperula tectis, infra absque calce et amœne iridescentibus, demum inæqualiter ruptis; stipite peridium superante sæpe subdecumbente brunneo, longitud. nodulosa, basi in hypothallum minutum irregularem expanso; columella nulla; capillitio copioso, applanato, ramoso, nodis amplis inæqualibus 4751

*) Cfr. potissimum Rauunkiær Myxomycetes Daniæ. Copenh. 1888; Massee Revision of Trichiaceæ. Lond. 1889; Lister Notes on Mycetozoa, nec non Grevillea XVI, p. 18 et 116, XVII, p. 18, 39, 49; in quibus operibus emendationes nonnullæ ad species jam notas simul inveniuntur.

granula calcea gerentibus; sporis globosis, sordide lilacinis, minute verrucosis, 8-10 μ. diam.

Hab. in cortice Acaciæ, Aiken Carolinæ inf.

3. **Badhamia penetralis** C. et Ell. Grev. V, p. 49, t. 80, f. 1. — Gregaria, stipitata; peridiis subglobosis, albidis, demum atris; capillitio atro-fusco; stipite penetrante fusco-atro; sporis globosis, atrofuscis, in massas sphæricas diu conglobatis. 4797

Hab. in asseribus pineis non omnino putridis, New Jersey Amer. bor.

PHYSARUM Pers. — Syll. VII, p. 336.

1. **Physarum Carlylei** Massee Grev. XVII, p. 56. — Peridiis stipitatis, globosis, aurantio-miniatis, minute furfuraceis; stipite peridii diametrum subæquante, crasso, ruguloso, miniato, in hypothallum tenue plicatum deorsum expanso, capillitio tenui, flavo, floccis dense reticulatis, angulis incrassatis et granula calcea aurantia continentibus; columella nulla; sporis globosis, levibus, sordide violaceis, 7-8 μ. diam. 4798

Hab. ad ligna putrescentia, Carlisle Britanniæ (Doct. Carlyle). — Peridia 1,5-2 mm. alt. solitaria, binata vel ternata. Distincta species ad *Phys. rubiginosum* accedens, sed sporis minoribus, peridiis stipitatis subsparsis mox distincta.

2. **Physarum Calidris** A. Lister Journ. of Bot. 1891, p. 258, t. 308, f. 2. — Peridiis subglobosis, 0,5 mm. diam., sparsis, niveis, rugosis, stipitatis, tunica incolori, ob granula calcea incrassatâ; stipite subdiaphano, 1-1,5 mm. long., subulato, erecto, sulcato, rubente; columella nulla; floccis hyalinis, ramosis, angulis dilatatis; nodis calceis variis, 10-40 μ. diam.; sporis brunneo-violaceis, levibus, 8-10 μ. diam. 4799

Hab. in foliis dejectis, Lyme Regis Britanniæ. — *P. leucophæo* affine.

3. **Physarum tenerum** Rex Descript. Myxem. pag. 192. — Peridiis stipitatis, erectis vel pendulis, exacte sphæricis, circ. 1/3 mm. diam., tunica simplici, membranacea, granulis calcareis, circularibus, applanatis, flavis asperata, dein laciniatim fissa; stipite 1-1,5 mm. alt., subulato, opaco, gracili, supra dilute flavo, subtus ad brunneum vergente, basi tantum vel omnino longitudinaliter striato; columella nulla; capillitio albo, delicato, laxe regulariterque reticulato, ad intersectiones granulis calcareis, numerosis, minutis 480

instructo; sporis atro-brunneis, minutissime delicateque verruculosis, 7,5–8 μ. diam.

Hab. in Fairmount Park Philadelphia et Ohio (Morgan).

1. **Physarum scyphoides** Cooke et Balf. in Massee Journ. Myc. 1889, p. 186. — Peridiis globosis v. late obovatis, stipitatis, tunica superne albida ob granula calcea amorpha rugosa, infra late brunnea et tamquam cupula inæquali persistente; stipite peridium subæquante, late brunneo, sursum subattenuato, inæqualiter nodoso et sæpe compresso et contorto in hypothallum minutum brunneum basi expanso; capillitio denso, nodis calcareis albis flavidisve, copiosis, amplis, inæqualiter ramosis, basi constipatis columellamque fere formantibus; sporis globosis, lilacino-brunneis, minute verrucosis, 7–9 μ. diam. 4801

Hab. in foliis vivis, graminibus, Darien Georgiæ (Ravenel).

CHONDRIODERMA Rost. — Syll. VII, p. 362.

1. **Chondrioderma Puiggarii** Speg. F. Puigg. n. 188. — *Leangium?* peridiis e globoso ellipsoideis, 400-600 = 250-400, sessilibus, gregariis, cortice rufo-fulvo frustulatim evanescente tectis, gleba fusco-fuliginea; capillitio parco hyalino, columella destituto, floccis parcis, furcatis, nodulis triangulari-applanatis; sporis globosis, asperulis, fusco-fumosis, 8–10 μ. diam. 4802

Hab. ad folia viva Leucobryi longifolii in silvis prope Apiahy Brasiliæ.

DIDYMIUM Schrad. — Syll. VII, p. 375.

1. **Didymium australe** Massee Grev. XVII, p. 7. — Sporangus gregariis globosis v. leniter compressis, 2 mm. lat., 1,5 mm. alt. obsolete umbilicatis, strato crystallorum denso albo, in squamas secedente, tectis; stipite elongato, erecto, filiformi, 3–4 mm. longo, late brunneo, deorsum leniter incrassato, floccis capillitii hyalinis, tenuibus, varie ramosis; sporis globosis, levibus e fumoso purpureo-brunneis, 10–11 μ. diam. 4803

Hab. in Auricularia vetusta, Brisbane Australiæ (Bailey).

2. **Didymium tenue** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, pag. 96. — Peridiis sparsis, globulosis, stipitatis, cinereo-nigris, crystallis elongatis stellato-congestis tectis, intus nigris; capillitio calce carente, incolori, tenui et ramoso; columella globosa exigua; sporis globulosis 7–8 μ. diam., levibus, violaceis; stipite gracili, brunneo; hypothallo minuto, orbiculari. 4804

Hab. in foliis dejectis, Puerto Zamuro Venezuelæ.

3. **Didymium Fairmani** Sacc. Journ. Myc. 1889, pag. 78 et 180. et Fairm. Contr. Myc. West. N. Y. p. 52, t. III, f. 7-9. — Peridiis sparsis, sessilibus, subcinereis, 1-1,3 mm. diam.; floccis laxe reticulatis, hyalinis, crystallis copiosis, eximie stellatis; columella subglobosa, brunneola; sporis globosis, levibus, 8-10 μ. diam. 4805

Hab. in foliis nondum emortuis Smilacinæ bifoliæ, Lyndonville Orleans County, N. Y. Amer. bor.

4. **Didymium ossicolum** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 95. — Peridiis sparsis, stipitatis, globulosis, albo-citrinis, granulosis, calce incrustatis, inæqualiter laceratis, intus brunneo-rubris; capillitio calce carente, ramoso, incolori; sporis globulosis, levibus, rufis, 7-9 μ. d. 4806

Hab. in ossibus bovinis coacervatis, Caracas. — Peridia 4-5 mm. alta.

5. **Didymium Bonianum** Pat. Journ. Bot. 1891 pag. 316. — Peridiis aggregatis numerosis in hypothallo communi tenui brunneo, subinde duobus confluentibus, stipitatis, globulosis, $^2/_3$ mm. diam., infra umbilicatis, griseo-cinereis, flavo-nitentibus, ob crystalla calcarea stellata farinaceo-furfuraceis; massa sporarum nigra; columella globulosa, ochracea; capillitio parco, hyalino vel vix violaceo, vix 1 μ. diam., ramoso, undulato, spirali, calce carente, e columella ad peripheriam radiante; sporis violaceis, globosis, asperulis, 8-10 μ. diam.; stipite peridium æquante, albido, plus minus plicato utrinque incrassato. 4807

Hab. in foliis putridis ad terram, Tonkin.

6. **Didymium affine** Rauhk. Myx. Dan. p. 71, t. 5, f. 3-4, Descr. Engl. p. 92. — Peridiis e globoso hemisphæricis; stipite tenui, peridio æquilongo v. longiore, basi in hypothallum orbicularem dilatato, læte brunneo; membrana grisea, non calcarifera, sub lente hyalina; columella e globoso semiglobosa, læte brunnea, capillitii tubulis subhyalinis, in ampullas numerosas, breviter fusoideas, brunneo-violaceas dilatatis; sporis levibus vel delicate verrucosis, 8-9 μ. diam. 4808

Hab. in seminibus quibusdam, Copenhagen.

7. **Didymium subcastaneum** Romell F. exs. Scand. n. 100. — Peridiis aggregatis vel dense sparsis, sphæroideis vel obovatis, breve stipitatis v. subsessilibus, cervino-castaneis, subnitidis, sub lente reticulato-marmoratis, 1 mm. diam.; stipite concolori, brevissimo; tunica peridii calcarea, crassiuscula, dura sed fragili; floccis fuscis, 2-4 μ. cr., reticulato-connexis, hinc inde noduloso-incrassatis, haud 4809

calcareis, fuscis, sursum angustatis pallidioribusque; columella non visa; sporis sphæroideis, subtiliter denseque verruculosis, fuscis, 12–15 μ. diam.

Hab. in foliis putridis Betulæ etc., Kumla Sueciæ. — Ovula insectorum æmulatur.

COMATRICHA Preuss — Syll. VII, p. 394.

1. **Comatricha longa** Peck 43 Rep. p. 24, t. III, f. 1–5. — Stipitibus in hypothallo nitido membranaceo dense gregariis, in peridium tamquam columella penetrantibus, capillaribus, nigris; peridiis anguste cylindraceis, sæpius elongatis, 12–40 mm. long., flexuosis, fugacibus, cinereo-nigris; capillitio e columella oriente, ramis basi laxe subreticulatis, extus in ramulos tenues acutos divergentes spinuliformes, liberos divisis, nigricantibus; sporis globosis, levibus, 7–9 μ. diam. 4810

Hab. in cortice Salicis babylonicæ, Flatbush Amer. bor. (Zabriskie).

2. **Comatricha subcæspitosa** Peck 43 Rep. pag. 25, t. III, f. 6–9. — Stipitibus subcæspitosis vel laxe aggregatis, basi incrassatis, nigris peridium dimidium æquantibus, et in illud intrantibus tamquam columella; peridiis ovato-oblongis, obtusis, fugacibus, capillitio e columella oriundis, reticulatim connexis et rete superficiale laxum nigricans formantibus; sporis globosis, levibus, atro-brunneis, 10–12 μ. diam. 4811

Hab. in ligno decorticato Tsugæ canadensis, Sandlake Amer. bor. — *Com. typhinæ* subaffinis.

STEMONITES Gled. — Syll. VII, p. 397.

1. **Stemonites confluens** C. et Ell. Grev. V, p. 51, t. 80, f. 3. — Fasciculata, in hypothallum persistentem confluens, atro-fusca; peridiis fugacissimis; stipitibus furcatis, erectis, basi conjunctis; sporis brunneis, majusculis, globosis, 12 μ. diam. 4812

Hab. in cortice quercino, New Jersey Amer. bor.

2. **Stemonites subclavata** Zoll. Flora 1847, p. 301. — Subfasciculata; peridiis fugacissimis, subclavatis apice subattenuatis, capillitio remote reticulato sporisque alutaceo-rufis, oblongiusculis. 4813

Hab. in truncis putridis, Bantam Javæ. — Hypothallus persistens corneus; peridium stipite duplo longius, 4 mm. long. circ.

CLASTODERMA Blytt in Botan. Zeitung 1880, pag. 343 et Clastod.

Christianiæ 1882 cum tabula (Etym. *clastos* fractus et *derma*). — Peridia discreta, calce destituta, stipitata, columella brevissima aut subnulla. Capillitium e columella ortum, ramis solidis, lilacinis demum lutescentibus, repetito bifurcatis, ramulis non anastomosantibus. Peridii maturi membrana in fragmenta membranacea subhyalina inter se libera et distantia divisa. Fragmenta irregulariter rotundata, oblonga vel polygona, ramulis ultimis capillitii singulis vel 2–5 affixa. Sporæ lilacinæ.

1. **Clastoderma De-Baryanum** Blytt loc. cit. — Peridiis sphæroideis, 4314
$^1/_5$–$^1/_4$ mm. diam., stipite fusco-flavescente, erecto 1,3–1,4 mm. long., e basi latiori versus apicem sensim attenuato, basi 212 μ., apice 8 μ. cr., ad basin columellæ annulo membranaceo angustissimo cincto; columella subnulla, rotundata vel brevissima, 30 μ. long., apice dilatato rotundata; sporis sphæroideis, levibus 9,5–11 μ. diam.; membranæ fragmentis 10–15 μ. diam. v. 30 μ. long.

Hab. in Polypori emortui facie inferiori gregarie insidens, in silva abiegna prope Fornebo Christianiæ Norvegiæ.

ANCYROPHORUS Raunk. Myx. Dan. p. 75, t. 5, f. 8–9, Descr. Engl. pag. 93 (Etym. *ancyra* ancora et *phoreo* fero). — Peridia stipitata. Columella peridii apicem attingens, et superne in membranam discoideam expansa. Capillitium e disco et superiore parte columellæ oriens, filamentis apice tantum furcatis, ramulis ultimis hamatis, spinulis numerosis, subulatis præditis. Sporæ globosæ, violaceæ.

1. **Ancyrophorus crassipes** Raunk. loc. cit. p. 76, Descr. Engl. p. 93. 4315
— Peridiis globosis, stipitatis; stipite peridio breviore, basi valde incrassato; columella subulata, apice in discum validum expansa; capillitii filamentis ramulis transversis paucissimis connexis, ramulis ultimis hamatis et spinulis numerosis, subulatis præditis; sporis levibus v. delicate verrucosis, læte violaceis, 10–12 μ. diam.

Hab. in ligno putri, Sealand Daniæ.

Sect. 2. Lamprosporæ Rost.

ORCADELLA Wing. in Proc. Acad. Nat. Sc. Philad. 1889, p. 280–281 cum ic. (Etym. *orca* vas fictile). — Peridia stipitata, tegumento crassiusculo prædita apiceque membrana tenui, definite operculiformi, plus minus depressa instructa. Columella et capillitium nulla.

— Ex hoc genere familiam propriam (*Orcadellaceæ*) constituit auctor.

1. **Orcadella operculata** Wing. loc. cit. — Peridia minutissima, 0,37-1,25 mm. alt.; massa sporacea flavida; sporis globosis, levibus 8-10 μ. diam. 4816

Hab. in cortice Quercus rubræ in Philadelphia et Maine Amer. bor.

LICEA Schrad. — Syll. VII, p. 404.

1. **Licea guaranitica** Speg. Guar. I. p. 140. — Peridiis laxe gregariis, superne obscure ochraceis et hemisphæricis, inferne cinerescentibus et obconicis, 0,5-1 mm. diam. calce et columella destitutis; stipite elongato crassoque, 1-2 mm. long., 0,2-0,3 mm. cr., fusco-ochraceo, basi incrassatulo, hypothallo sordide fusco, mucedineo, crustaceo lateque diffuso insidente; gleba peridio concoleri; capillitii tubulis dimorphis, aliis crassiusculis, 4-5 μ. cr., levissimis, parce ramosis septatisque, aliis tenuissimis, 1,5-2 μ. diam., dense ramoso-anastomosantibus, hinc inde denticulato-nodulosis, hyalinis, dense septatis; sporis globosis vel hemisphæricis, 4-8 μ. diam., grosse 1-guttulatis, sæpe caudula tortuosula, 4,5 = 1 donatis. 4817

Hab. in corticibus putrescentibus in silvis pr. Guarapi Brasiliæ.

2. **Licea spumarioidea** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 74. — Plasmodiis irregularibus, cinereis, cortice membranaceo, venis ramulosis reticulatis; sporangiis mox diffluentibus; capillitio obsoleto; sporis majusculis, sphæricis, rotundato-verrucosis, flavis 16-18 μ. diam. 4818

Hab. ad ramos, quos ambit et ad terram prope Melbourne Australiæ (Reader).

3. **Licea incolor** Zoll. in Flora 1847, p. 300. — Conglomerata, peridiis subclavatis, nitidissimis; sporis subconcoloribus pallide-ferrugineis. 4819

Hab. in trunco putrido silvulæ humidæ prope Bantam Javæ. — Tota vix 2 mm. alta; hypothallus rugosus, tremellinus. — An, præeunte Rost., forma *Tubulinæ cylindricæ?*

TUBULINA Pers. — Syll. VII, p. 406.

1. **Tubulina cylindrica** (Bull.) DC. — Syll. VII, 1, p. 406 — var. **acuta** Peck in Fairm. Contr. Myc. West. N. Y. p. 53. — A typo recedit peridiis apice acutis nec rotundatis. 4820

Hab. in truncis putridis in silvis Western New York Amer.

bor. — Teste Niel in Bull. Soc. Myc. 1891, p. 98, *Tubulina fragiformis* Pers., quæ ab ill. Rostafinskio cum *T. cylindrica* conjungitur, ab hac differret colore rubro-cerasino, nec argillaceo-cremeo et habitatione in Coniferis nec in frondosis.

ENTERIDIUM Ehrenb. — Syll. VII, p. 409.

1. **Enteridium macrosporum** Raunk. Myx. Dan. p. 31, t. 2, f. 1. — 4821
Æthaliis hemisphæricis, circ. 2 mm. diam., primo rubentibus, dein olivaceis; sporis 5-25 in massulas ex ovoideo globosas conjunctis, latere tantum convexo spinulosis, 12-14 μ. diam.

Hab. in ramis abietinis prope Copenhagen.

2. **Enteridium Rostrupii** Raunk. Myx. Dan. p. 31, Descr. Engl. p. 89. 4822
— Æthaliis irregularibus, elongatis, usque ad 4 cm. long.; peridiis unistratosis, olivaceis, parietibus lateralibus maturitate late et ovaliter perforatis; massa sporacea olivacea; sporis 5-25 in massulas ex ovoideo ellipsoideas congestis, latere convexo tantum verrucosis, 11-12 μ. diam.

Hab. in truncis abietinis et ramis querneis pr. Horsens in Jutland.

3. **Enteridium antarcticum** Speg. F. Fueg. n. 363. — Plasmodio pul- 4823
vinulato plano, irregulariter sublineari vel repandulo-subramuloso 3-14 mm. long., 3-5 mm. lat., 0,5-1 mm. crass., sordide olivascenti-virescente, levi; sporis in glomerulos globulosos 20-30 μ. diam. conglutinatis, hemisphæricis vel irregulariter angulosis, 9-10 μ. diam., ubique levibus, pallide virescentibus.

Hab. ad cortices vel ligna decorticata muscosa in silvis in Burnt island Fuegiæ. — Vix ab *En. olivaceo* sporis levibus differt.

CRIBRARIA Pers. — Syll. VII, p. 412.

1. **Cribraria ? perpusilla** Speg. F. Guar. II, n. 157. — Sporangiis 4824
e globoso piriformibus, minutis 200-250 μ. diam., albis, levibus, glabris, inferne in stipitem erectum teretem striato-rugulosum subtortum 300-400 = 50-80, rufescentem pusillum, glabrum basi abrupte areolatum-expansum productis; cortice sporangii superne frustulatim evanescente, inferne cupulatim persistente, tenui membranaceo, rigidulo; columella floccis ac granulis calcareis nullis; sporis globosis vel e mutua pressione angulosis 10 μ. levibus pallide fumoso-subvinosis.

Hab. ad folia viva Phari latifolii in silvaticis montanis, Cerro de Acahy vocatis Brasiliæ.

PERICHÆNA Fr. — Syll. VII, p. 420.

1. **Perichæna nitens** Raunk. Myx. Dan. p. 38, t. 2, f. 11, Descr. Eng. 4825
p. 90. — Peridiis simplicibus v. parce gregariis, globoso-piriformibus, sessilibus vel breviter stipitatis, regulariter dehiscentibus, griseo-brunneis et leviter violaceo-metallicis, circ. 0,5 mm. lat., membrana simplici, fere levi; capillitii tubulis longis, subramosis, peridii membranæ dilatato-adfixis, inæqualiter delicatissimeque spinulosis, æqualiter 1-1,5 μ. cr., flavido-hyalinis; sporis delicate spinulosis, flavido-hyalinis, 10-12 μ. diam.

Hab. in cortice Quercus et Abietis et in foliis dejectis Pini, Sealand et Jutland Daniæ.

2. **Perichæna cano-flavescens** Raunk. Myx. Dan. p. 37, t. 2, f. 10, 4826
Descr. Engl. p. 90. — Peridiis gregariis, hypothallo tenui, flavo-griseo insidentibus, e globoso hemisphæricis vel ex elongato reniformibus, sessilibus, circ. 0,5 mm. lat., læte flavo-griseis, plus minus regulariter operculatim dehiscentibus, membrana granulis rotundis v. angulosis, numerosis asperata et in parte superiore et interiore regulariter tenuiterque incrassato-reticulata, areis 5-6-goniis 12 μ. diam.; capillitio vix manifesto, e filamentis paucis, subramosis v. simplicibus, inæqualiter verrucosis, ex hyalino flavidis, 1,5-2 μ. lat. verrucis exclusis; sporis aureo-flavis, delicate verrucosis, 12,5-14 μ. diam.

Hab. in cortice Fagi in Lolland Daniæ.

3. **Perichæna phæosperma** Karst. in Rev. Myc. 1887 et Symb. Fenn. 4827
XVIII, p. 84. — Peridiis gregariis, sessilibus, rotundato-depressis, e cyaneo dilute badiis, opacis, areolatim dehiscentibus; capillitio parum evoluto, tubulis circ. 1,5 μ. crassis; sporis sphæroideis, levibus, atro-fuscis (sub lente fuscidulis), 9-15 μ. diam.

Hab. supra ligna et cortices Populi tremulæ locis udis umbrosis pr. Mustiala in Fennia.

4. **Perichæna vermicularis** (Schw.) Rost. — Syll. VII, p. 421. — Sec. Massee Grev. XX, p. 38, huc spectant *Ophiotheca umbrina* Ell. et *Per. variabilis* Massee. Sporæ 13-14 μ. diam. — Nascitur quoque in lignis Yatton Britanniæ (Bucknall). Cl. Massee nomen novum l. c. (*Per. confusa*) adhibet, sed ratio latet.

5. **Perichæna? Pseudoæcidium** Speg. Guar. I, p. 140. — Peridiis co- 4828
nicis, cylindraceis v. calyciformibus, 1-1,5 mm. long., 0.5-1 mm. diam., sessilibus v. breviter stipitatis, tunica tenuissime cartilagineo-membranacea donatis, basi levibus v. minute rugulosis, apice

irregulariter laciniatim v. fimbriatim dehiscentibus, castaneis v. fusco-tabacinis; gleba citrina v. flavescente; capillitii tubulis tenuissimis, 1 μ. cr., parce ramosis, levissimis, hinc inde spinulis solitariis conicis v. elongato-subramuliformibus ornatis, flavescenti-hyalinis; sporidiis globosis, 6-7 μ. diam., e mutua pressione sæpe compresso-angulosulis, levissimis, dilute flavescenti-vinosis.

Hab. ad folia viva Filicum plurimarum nec non Tillandsiæ muscoidis in Sierra de Teholoto Brasiliæ.

CORNUVIA Rost. — Syll. VII, p. 423.

1. **Cornuvia depressa** A. Lister Journ. of Bot. 1891, p. 264, t. 311, fig. 3. — Peridiis pulvinatis, depressis vel effusis, 2-10 mm. lat., 0,3 mm. cr., brunneo-griseis, nitidulis, tunica levi translucida brunneola, basi incrassata; capillitii profusi floccis, pallide umbrinis, inæqualibus, 0,5–2 μ. cr. furcatis, subinde fasciculatis, apice abrupte acuminatis; sporis globosis, delicate spinosis, pallidissimis, 6-8 μ. diam 4829

Hab. in ramis putrescentibus Fraxini prope Lyme Regis Britanniæ.

2. **Cornuvia minutula** Speg. F. Puigg. n. 196. — Peridiis ovoideis stipitatis, purpureo-fuscis, levibus, opacis, 0,5-0,6 mm. diam ; stipite longiuscolo, tenui, 2-3 mm. long., 120-150 μ. cr. coccineo-roseo, capillitio reticulato, tubulis spiraliter 4-tæniolatis, 5-6 μ. cr., flavescentibus; sporis globosis, levibus, flavescentibus, 6-7 μ. diam. 4830

Hab. ad terram pinguem muscosam (an in radicibus putrescentibus?) in pratis prope Apiahy Brasiliæ. — Species pusilla humigena, habitu fere *Stilbi* cujusdam.

ARCYRIA Hall. — Syll. VII, p. 425.

1. **Arcyria Winteri** Wettst. Bot. Zeitschr. 1885, p. 199. — Peridiis gregariis numerosis, cuticulæ tenuissimæ insidentibus, campanulato-ovoideis, apice obtusis, 1-1,5 mm. long., 0,7-1 mm. cr., aurantiacis, stipite tenui, recto, 1-3 mm. long., capillitii floccis tenuibus, hyalinis, reticulatim connexis, unilateraliter verruculosis; sporis globosis, 5-8 μ. diam., aurantiacis, levibus vel tenuissime verruculosis. 4831

Hab. in asseribus putrescentibus in fodinis Stiriæ. — Ab *A. ochroleuca* in primis stipite longiore differt.

2. **Arcyria dictyonema** Rost. — Syll. VII, p. 431. — Sec. Grev. XVIII, pag. 20 adest forma lecta in lignis Smethwick a claro A.

Camm differens peridiis vix stipitatis, olivaceis, floccis sporas æquantibus, non vero spinosis, sporis non omnino levibus, sed minute verruculosis. «An specifice distinguenda?».

3. **Arcyria aurantiaca** Raunk. Myx. Dan. p. 44, t. 3, f. 4 et 9-11, Descr. Engl. p. 92. — Peridiis gregariis, ovoideis v. breviter cylindraceis, stipite æquilongis v. longioribus, membrana intus minute verrucosa, e lateritio aurantiaca; capillitii tubulis e lateritio aurantiacis, 5-7 μ. cr., irregulariter et conferte incrassato-annulatis; sporis levibus, 10-11 μ. diam., e lateritio aurantiacis. 4832

Hab. in ligno putri in Jutland Daniæ.

4. **Arcyria punicea** Pers. cfr. Syll. VII, pag. 426. — Var. **cribroides** Raunk. Myx. Dan. p. 43, t. 3, f. 12, Descr. Engl. p. 91. — Areis seu maculis interioribus æqualibus, in capillitii superficie majusculis cum minutissimis alternantibus. 4833

Hab. in lignis putridis in Jutland Daniæ.

5. **Arcyria cinerea** (Bull.) Schum. cfr. Syll. VII, p. 427. — Var. **cribroides** Raunk. Myx. Dan. p. 41, Descr. Eng. p. 90. — Capillitii tubulis quam in typo latioribus; areis seu maculis interioribus æqualiter crassis, in capillitii superficie majusculis cum minutissimis alternantibus. 4834

Hab. in ramis dejectis Abietis pr. Copenhagen.

6. **Arcyria viridis** Zoll. in Flora 1847, p. 300. — Peridiis gregariis, substipitatis, obovato-clavatis, pulcherrime viridibus, $^1/_4$ mm. long.; hypothallo tenuissimo floccoso-membranaceo, viridi; stipite $^1/_5$ mm. cr. spurio; capillitio compacto; sporis globosis peridio concoloribus. 4835

Hab. ad culmos putres Bambusæ in horto botanico Bogor Javæ.

TRICHIA Hall. — Syll. VII, p. 438.

1. **Trichia Carlyleana** Massee Rev. Trich. p. 5. fig. 15. — Peridiis clavatis v. tereti-oblongis stipitatis, purpureo-brunneis, levibus; stipite peridium dimidium æquante, in basin discoideam subincrassato, substriato, concolori; tunica peridii intus stipitisque cavitate massulis rubentibus præditis; elateribus fuscideis, 5-6 μ. cr., sæpe ramosis, apice longe et flexuose spinosis; spiralibus confertissimis; sporis globosis, levibus, 10-12 μ. diam. 4836

Hab. ad ligna Carlisle in Britannia (Doctor Carlyle). — Fungillus 2-3 mm. alt.

2. **Trichia nitens** Fr. in Massee Rev. Trich. p. 9, f. 11. — Peridiis lata basi sessilibus, confertis, e globoso angulosis, late flavis, niti- 4837

dis, intus sordide aurantiis; elateribus cylindricis, 14-16 μ. cr., breviusculis; apicibus brevibus, abruptis, levibus; spiralibus prominulis, remotis, non spinulosis; sporis globosis, verrucosis, 14-16 μ. diam.

Hab. ad ligna, Upsala Suecia (Fries). — Habitus *Oligonematis nitentis.*

3. **Trichia subfusca** Rex Descript. Myxom. p. 192. — Peridiis stipitatis, solitariis v. 2-3 gregariis, plerumque exacte sphæricis, raro globoso-turbinatis, circ. $^1/_2$-$^2/_3$ mm. diam., supra fusco-fulvis, basi atro-brunneis; stipite æqualiter crasso, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. alt., brunneo v. brunneolo-nigro, longitudinaliter rugoso, a peridii cavitate ob stratum membranæ interiorem separato; capillitio læte flavo; elateribus cylindraceis 3,5-4 μ. diam. in apiculos leves, 10-12 μ. long., desinentibus; tæniolis spiralibus quaternis, non spinulosis; sporis delicate verrucosis, 11,5-12,5 μ. diam., læte flavis. 4838

Hab. in montibus Adirondack Amer. bor. — *Tr. fragili* affinis.

4. **Trichia advenula** Massee Rev. Trich. p. 12, fig. 38. — Sessilis, dense conferta, rarius sparsa, e globoso subangulosa, flava, nitidula intus aurantia; elateribus cylindricis, 4-5 μ. cr., hinc v. utrinque incrassatis nec non semel-ter intercalari-inflatis, in spinulam subflexuosam, tenuem, 15-20 μ. long. terminatis; spiralibus creberrimis, vix prominulis, in partibus inflatis obsoletis; sporis globosis, minute verruculosis, 12-14 μ. diam. 4839

Hab. in ligno putri Glamis in Scotia. — *Tr. minimæ* affinis; cæspitulos 2-5 cm. lat. format.

5. **Trichia minima** Massee Rev. Trich. p. 12, fig. 18. — Peridiis confertis, lata basi sessilibus, e circulari inæqualibus, pallide flavis, intus concoloribus; elateribus cylindricis, 6-7 μ. cr., in spinulam 8-10 μ. long. desinentibus; spiralibus tenuibus, subdistantibus, non prominulis, levibus; sporis globosis, minutissime verrucosis, 10 μ. diam. 4840

Hab. ad ligna, Oldham Britanniæ.

6. **Trichia nana** Massee Rev. Trich. p. 12, fig. 12. — Peritheciis sparsis v. aggregatis, lata basi sessilibus, levibus, pallide ochraceis, opacis, intus flavis, tunica tenuissima; elateribus cylindraceis 3-4 μ. cr., spiralibus, irregularibus, remotis prominentibusque; apicibus abruptis; sporis globosis, minute verruculosis, 6-8 μ. diam. 4841

Hab. ad ligna, Westbrook Maine Amer. bor. — Elateres 200 μ. long. circ.

7. **Trichia erecta** Rex descript. Myxcom. p. 193. — Peridiis stipitatis, solitariis, raro 2-3 gregariis, rarissime 6-8 cum stipite unico

fasciculatis, globosis v. globoso-turbinatis, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. lat., atro-brunneis, supra irregulariter interrupte atro-brunneis e reticulo læte flavo, irregulari notatis; stipite circ 1 mm. alt., rugoso v. granuloso, æqualiter crasso, atro-brunneo; capillitio læte flavo; elateribus cylindraceis, 3,75-4 μ. diam., in apiculos leves, acutos, 4-6 μ. long. desinentibus; tæniolis spiralibus quaternis, irregulariter convolutis, spinulis numerosis, irregularibus asperatis; sporis 12-13 μ. diam., delicate verruculosis, læte flavis.

Hab. in Shawangunk et in montibus Adirondack. — *Tr. fragili* subaffinis.

8. **Trichia sulphurea** Massee Rev. Trich. p. 15, fig. 3. — Peridiis 4843
dense confertis, e circulari subangulosis v. reniformibus, pallide flavis, levibus, intus subcitrinis; elateribus cylindricis, sæpe ramosis, 9-10 μ. cr.; spiralibus confertis, sat prominulis, apicibus non incrassatis, acutis, levibus, 10-14 μ. long.; sporis globosis, 10-14 μ. diam., plane costatis, costis interruptis, lunulatis.

Hab. ad ligna Ceylon. — Peridia 0,5-1 mm. diam. — Affinis *Tr. nitenti.*

9. **Trichia Balfourii** Massee Rev. Trich. p. 15, fig 4. — Peridiis ses- 4844
silibus, confertis, ex hemisphærico angulosis, pallide flavis, intus fusco-flavis, elateribus cylindricis, 9-10 μ. cr., infra apicem inflatis, apice 2-3-spinulosis; spiralibus laxiusculis, non prominentibus, muriculatis; sporis globosis, plane et interrupte costatis, 16-18 μ. diam.

Hab. ad ligna ad Caput Bonæ Spei. — Affinis *Tr. Jackii.*

10. **Trichia abrupta** Cooke Myx. U. S. p. 404, Syll. VII, p. 146 (sine 4845
diagnosi), Massee Rev. Trich. p. 16. f. 2. — Peridiis dense gregariis in hypothallo bene evoluto basi lata sessilibus e globoso angulosis, pallide flavis, intus aurantiis; elateribus cylindraceis, 8-11 μ. cr., spiralibus remotiusculis, non prominentibus, vix spinulosis apice abrupte in 2-3 spinulas rectas v. curvas 8-10 μ. longas desinentibus; sporis globosis, 10-16 μ. diam., inæqualiter plano-costatis, costis oblongis interruptis foveolatis.

Hab. ad ligna in Britannia et America boreali.

11. **Trichia intermedia** Massee Rev. Trich. p. 17, fig. 1. — Peridiis 4846
subglobosis sessilibus, confertis, sæpe inæqualibus, nitidulis, læte ochraceis, intus flavidulis; floccis simplicibus, 10 μ. cr., in apiculum brevem desinentibus; spiralibus confertis, non prominulis, hinc inde breve spinulosis, tæniolis transversis connexis; sporis globo-

sis 9-11 μ. diam. inæqualiter plano-costulatis, costulatis interruptis, foveolatis.

Hab. ad truncos Scarborough Britanniæ.

12. **Trichia verrucosa** Berk. in Flor. Tasm. p. 269, Massee Rev. Trich. 484
p. 19, fig. 9. — Peridiis piriformibus, brunneo-castaneis, nitidis, in stipitem longum, tenuem abeuntibus, simplicibus v. botryoideis, sparsis, ex hypothallo crasso, lato oriundis; floccis simplicibus, cylindricis, 8-10 μ. cr., apicibus attenuatis, variis, rectis v. curvis; spiralibus cenfertis, tenuibus, haud prominulis; sporis globosis, 14-16 μ. diam., plane costato-areolatis, areolis magnis, paucis, inæqualiter polygoniis.

Hab. ad ligna in Tasmania (Archer). — Fungillus 2-3 mm. alt. A *T. chrysosperma* pluribus notis differt.

13. **Trichia Kalbreyeri** Massee Rev. Trich. p. 20, f. 8. — Peridiis con- 484
fertis, sessilibus, e globoso inæqualibus, pallide flavis, levibus, intus subconcoloribus; elateribus cylindricis, 9-10 μ., cr.; apicibus brevibus, levibus; spiralibus confertis, haud prominulis; sporis globosis, 11-14 μ. diam., plane et inæqualiter areolato-costatis.

Hab. ad ligna et folia viva in Nova Granata (W. Kalbreyer).

14. **Trichia superba** Massee Rev. Trich. p. 21, fig. 6. — Botryoidea, 484
raro simplex; peridiis lato-obovatis, flavidis, intus luteis, stipite communi striato-sulcato, sæpe contorto, concolori, ex hypothallo majusculo oriundo; elateribus simplicibus, cylindricis, 9-11 μ. cr.; apicibus abrupte attenuatis, levibus, curvulis; spiralibus confertis, vix prominulis; sporis globosis 17-20 μ. diam., plane costato-areolatis, areolis polygoniis, costis foveolatis.

Hab. ad muscos et ligna in Nova Zelandia. — Fungillus 3-4 mm. alt.

OLIGONEMA Rost. — Syll. VII. p. 436.

1. **Oligonema Broomei** Massee Rev. Trich. p. 22, fig. 22. — Peridiis 4850
sparsis v. aggregatis, depressis, e circulari elongatis, sordide atro-brunneis, intus rufo-ochraceis; elateribus cylindraceis, 3-4 μ. cr., inæqualiter ramosis, fusco-aurantiis, elevato-annulatis, annulis sparsis v. 3-4 approximatis, apice obtuso; sporis grosse verrucosis, globosis, 13-14 μ. diam.

Hab. in corticibus, Warleigh Britanniæ (Broome).

2 **Oligonema minutulum** Massee Rev. Trich. p. 24, fig. 20. — Peri- 4851
diis sparsis, raro aggregatis, basi angusta sessilibus, citrinis, sordidis; capillitio parcissimo; elateribus simplicibus, brevibus, cylindricis, 5-6 μ. cr., rugulosis, apice obtusis; spiralibus omnino indi-

stinctis; sporis globosis, plane areolato-costatis, 12-14 μ. diam., areolis polygoniis, æqualibus.

Hab. ad ligna in Algeria.

3. **Oligonema furcatum** Buck. Fungi Bristol p. XIII, Grev. XX, p. 38. 4852
— Peridiis sparsis, globosis, nitidis, læte flavis, intus concoloribus; elateribus cylindraceis, simplicibus v. ramosis, extremitatibus incrassatis obtusisque; spiralibus laxis, tenuibus, 3-4 μ. diam.; sporis globosis, minute verrucosis, 10-12 μ. diam.

Hab. in truncis putridis pr. Bristol Britanniæ.

ALWISIA B. et Br. in Journ. Linn. XIV, p. 87, t. II, f. 6 et XV, t. II, f. 1, Massee Rev. Trich. p. 24 (Etym. a cl. mycetum zeylanicorum pictore DE ALWIS) — Peridia in stipitem communem fasciculato-connexa, irregulariter dehiscentia, tunica singula. Capillitium parcum. Elateres ex tunicæ part. infer. oriundi, apicibus liberis attenuatis v. obtusi subinde bifidis, spiralibus spinulisque rudimentariis. Sporæ globosæ.

1. **Alwisia Bombarda** B. et Br. l. c. Massee l. c. f. 19, *Trichia fragilis* 4853
Rost. p. p. Syll. VII, n. 1494 p. p. — Peridiis late fusoideis v. ellipsoideis, longe stipitatis, atro-brunneis, subinde purpureo-tinctis, intus brunneis, stipite composito, concolori, cavo, ex hypothallo majusculo oriundo; elateribus cylindricis, 6-7 μ. cr., hinc inde inflatis, sublevibus; sporis globosis, levibus, 5-6 μ. diam.

Hab. in lignis dejectis in silva Gongolla Ceylon. — Fungillus 2-3 mm. alt.

PROTOTRICHIA Rost. — Syll. VII, p. 437.

1. **Prototrichia flagellifera** Rost. e. p., Massee Rev. Trich. p. 26, f. 23. 4854
Syll. VII, n. 1492 e. p. — Peridiis sessilibus; elateribus basi incrassatis, 7-9 μ. cr., sursum attenuatis et e medio ter dichotomico-ramosis; sporis globosis, 10-13 μ. diam., levibus.

Hab. in truncis Abietum in Britannia et Suecia.

2. **Prototrichia metallica** (B. et Br.) Massee Trich. p. 26, f. 26, *P.* 4855
elegantula Rost., Syll. VII, n. 1491. — Peridiis stipitatis v. subsessilibus, globosis v. lenticularibus, cupreis, nitidis, intus flavis, carneis; elateribus utrinque attenuatis, apice fasciculato-ramosis, ramulis subinde torulosis, apice acutis, 40-60 ≍ 2; spiralibus latis planis; sporis globosis, levibus, 9-11.

Hab. ad ligna in Suecia et Tasmania.

3. **Prototrichia cuprea** Massee Rev. Trich. p. 27, f. 24. — Peridiis 4856

sparsis v. confertis, subglobosis, sessilibus v. brevissime stipitatis, læte cupreis subinde iridescentibus, intus rubro-carneis; floccis inferne brunneis, 6-8 μ. crassis, bis ter dichotomico-ramosis, ramis 150-200 μ. long., apice in corymbum filamentorum incolorium 1-2 μ. cr., desinentibus; spiralibus subconfertis, non prominentibus; sporis globosis, minute verruculosis, 10-13 μ. diam.

Hab. in spinis putridis Scarborough Britanniæ. — Peridia 0,5-1 mm. diam.

HEMIARCYRIA Rost. — Syll. VII, p. 446.

1. **Hemiarcyria fuliginea** Cooke et Mass. Grev. XVI. p. 74. — Floccis 4857
anastomosantibus, spinulosis 3-4 μ. diam., spinulis unilateralibus, spiraliter dispositis; sporis globosis, glabris vix decoloratis 8 μ. diam.; capillitio sporisque (coacervatis) fuligineis.

Hab. in foliis Atherospermi in mont. Wilson N. S. W. Australiæ (Hamilton). — Specimina imperfecta observata.

2. **Hemiarcyria Bucknallii** Mass. Grev. XVIII, pag. 27. — Peridiis 4858
sessilibus basi plus minus lata, hypothallo tenui insidentibus circulari-reniformibus vel mutua pressione subangularibus, cortice tenuissimo, gilvo-ochraceo, mox disparente; massa sporarum aurantia; capillitio valde evoluto; floccis in rete laxum conjunctis 4-5 μ. cr., extremitatibus pluribus liberis annulatis, annulis plerumque confertis, sed hinc inde sparsis et subinde in spiram abeuntibus, spinulas tenues, rectas, 3-4 μ. long., copiosas exserentibus, apicibus liberis inæqualiter inflatis; sporis globosis, pallide flavis, minute asperulis, 7-9 μ. diam.

Hab. ad ligna, Bristol Britanniæ (C. Bucknall) — Sæpius conferta, 0,5-1,5 mm. lat.; affinis *H. Wigandi* sed major et floccis diversis.

3. **Hemiarcyria stipitata** Massee Rev. Trich. p. 30, f. 32. — Peridiis 4859
piriformibus, 2-5 in stipitem communem coalitis v. solitariis, pallide citrinis, opacis, intus ochraceo-fuscis; stipite elongato, æquali, atrobrunneo v. nigricante, longitud. ruguloso; capillitio dense reticulato, apicibus liberis nullis; spiralibus remotis, tenuibus, haud prominentibus; sporis globosis, minute verrucosis, 7-8 μ. diam.

Hab. in stipitibus Palmarum in Java. — Fungillus 3-4 mm. alt.; stipes 2 mm. long., cavus. Affinis *H. clavatæ.*

4. **Hemiarcyria paradoxa** Massee Rev. Trich. p. 32, fig. 35. — Pe- 4860
ridiis sparsis v. aggregatis, sessilibus, hemisphæricis v. subvermiformibus, levibus, nitidulis, sordide ochraceis, intus pallide citrinis;

tunica intus granulis calceis amorphis incrustata; capillitio parco, floccis 4-5 μ. cr. valde contortis, laxe reticulatis, apicibus liberis paucis; spiralibus confertissimis, non prominulis; sporis globosis, 8-10 μ. diam., minute verrucosis.

Hab. ad ligna, Weybridge, Surrey, in Britannia. — Peridia 0,5-1 mm. diam.

5. **Hemiarcyria intorta** A. Lister Journ. of Bot. 1891, p. 268, t. 312, f. 3. — Peridiis turbinatis, flavidis v. olivaceo-flavidis, nitidis, 0,3-0,7, mm. diam., aggregatis v. sparsis, stipitatis, tunica flava membranacea, ob granula basi incrassata, intus papillosa; stipite purpureo-brunneo 0,4-0,7 mm. long., utrinque incrassatulo, longitrorsum 2-4-sulcato, solido; capillitii floccis 4 μ. cr. contortis, spinulosis vel sublevibus, aurantiis, extremitatibus liberis paucis vix incrassatis; tæniis spiralibus 4-5 plus minus distinctis; sporis flavis, minute verrucosis, 9-10 μ. diam. 4861

Hab. in truncis Ulmi dejectis, Hitchin et Birmingham Britanniæ.

6. **Hemiarcyria Ellisii** Massee Rev. Trich. p. 30, f. 30. — Peridiis fasciculatis, 3-7 in communem stipitem contortum connatis v. sessilibus, levibus, atro-castaneis, nitidulis, intus brunneo-aurantiis, demum circumscisso-dehiscentibus; floccis 6-7 μ. cr., raro ramosis, spiralibus, tenuibus, remotiusculis, haud prominulis, acute spinulosis, apicibus brevibus, acutis; sporis globosis, grosse verrucosis, 10-12 μ. diam. 4862

Hab. ad ligna in America fœderata (Ellis in N. A. Fung. n. 1113 sub *H. rubiformi*).

7. **Hemiarcyria chrysospora** A. Lister in Grev. XV, p. 126 et Massee Rev. Trich. p. 33, fig. 37. — Peridiis lata basi sessilibus, vulgo aggregatis, læte ochraceis, intus flavis, floccis 5 μ. cr., laxe reticulatis, apicibus liberis, conicis, spiralibus 4, confertis, non prominulis, processibus transversis connexis; sporis globosis, plane areolato-costatis, 16 μ. diam. 4863

Hab. in ramis Laricis dejectis, Lyme Regis Britanniæ.

SCHIZOMYCETACEÆ Naeg. — Syll. VIII, pag. 923.

Post editam Schizomycetum enumerationem in Sylloges vol. VIII (1889), plures species v. formæ novæ innotuerunt sed pleræque in operibus clinicis et hinc potius clinice quam botanice tractatæ. Vetitus hæc innumera opera, quibus profanus sum, persequi, fungillos hos abhorrentes relinquo. Qui in his speciatim occupatur, conferat opera clinica et præcipue tractatus bacteriologicos nuperiores.

SPHÆROPSIDEÆ (Lév.) Sacc. — Syll. III, p. 1.

Fam. 1. **Sphærioideæ** Sacc.

Sect. 1. Hyalosporæ.

PHYLLOSTICTA Pers. — Syll. III, p. 3.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Phyllosticta mahoniæcola** Pass. in litt. Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 140. — Maculis amplis, brunneis, non limitatis, subinde totum folium occupantibus; peritheciis epiphyllis, sparsis, epidermide supra perithecium decolorata, circum circa brunnea tectis, demum vix erumpentibus, perforatis; sporulis oblongis, hyalinis, 7,5–8 = 2,5, biguttulatis. 4864

Hab. in foliis languescentibus Mahoniæ japonicæ, Préguillac Galliæ (Brunaud).

2. **Phyllosticta asiatica** Cooke in Grevillea XIII, p. 91. — Maculis orbicularibus vel irregularibus, fuscis, margine purpureo-atro-brunneo cinctis; peritheciis paucis, in utraque pagina foliorum insidentibus, gregariis, minutis, atris, punctiformibus; sporulis minutis, hyalinis, 4 = 1,5; basidiis longioribus. 4865

Hab. in foliis languidis Berberidis asiaticæ, Kew London Britanniæ.

3. **Phyllosticta circumvallata** Winter in Jour. of Myc. 1885. — Maculis rotundato-angustatis, griseis, linea fusco-atra, elevata circumscriptis, 5 mm. diam.; peritheciis sparsis, plerumque epiphyl- 4866

lis, lenticularibus, atris, membranaceis, 100-120 μ. diam.; sporulis ellipticis, utrinque acuminatis, 7-9 ≈ 3½-4, nucleis 2, magnis præditis, hyalinis, continuis.

Hab. ad folia languida Liriodendri Tulipiferæ, Missouri Amer. bor.

4. **Phyllosticta Tulipiferæ** Passer. Diagn. F. N. III, n. 49. — Maculis subdiscoideis, exaridis, fusco-marginatis, mox laceris; peritheciis epiphyllis subgregariis minutissimis, semiimmersis; sporulis oblongis, continuis, hyalinis, 10 ≈ 3-4. 4867

Hab. in foliis vivis Liriodendri Tulipiferæ in horto botanico Parma Ital. bor. — A *P. Liriodendri* sporularum forma et magnitudine differt.

5. **Phyllosticta camelliæcola** Brun. Miscell. mycol. p. 13. — Maculis magnis, suborbicularibus vel oblongis, brunneis, dein griseis, anguste brunneo-marginatis; peritheciis epiphyllis, magnis, tectis, dein ostiolo erumpentibus, brunneo-nigris; sporulis hyalinis, 5-6 ≈ 2-3. 4868

Hab. in foliis languidis Camelliæ japonicæ, Saintes Rochefort Galliæ.

6. **Phyllosticta Winterii** Speg. F. Fueg. n. 375. — Maculis orbiculari-expansis majusculis 1-3 cm. diam., sæpius concentrice rugulosis subdeterminatis amphigenis, superne e nigricante cinerescentibus inferne, glaucescenti-roseis v. cinereis; peritheciis amphigenis sparsis immersis vix prominulis, olivaceis, minutis 50-60 μ. diam., membranaceis, ostiolo minutissimo impresso perforatis, contextu parenchymatico fusco donatis; sporulis elliptico-cylindraceis utrinque obtuse rotundatis 4,5 ≈ 1,5-2 et sæpe 1-guttulatis, hyalinis. 4869

Hab. ad folia languida Drymidis Winterii in Staten island Fuegiæ.

7. **Phyllosticta magellanica** Speg. F. Fueg. n. 371. — Maculis nullis; peritheciis hypophyllis, laxe gregariis, immerso-prominulis, epidermide velatis e globoso lenticularibus 120-150 μ. d., atris, coriaceiis, glabris, ostiolo non v. vix papillulato, contextu densissime parenchymatico sæpe subindistincto; sporulis elliptico-cylindraceis utrinque plus minusve acutato-rotundatis 4-6 ≈ 1,5-2,5 eguttulatis hyalinis. 4870

Hab. in foliis dejectis Ribis magellanicæ in Picton island Fuegiæ.

8. **Phyllosticta Ribis** Speg. F. Fueg. n. 372. — Maculis amphigenis, irregulariter rotundatis, parvulis 2-5 mm. diam., determinatis, sordide rufescentibus; peritheciis epiphyllis, laxissime gregariis paucis, 4871

innato-prominulis, globoso-conoideis 80-90 μ. diam., atris tenuimembranaceis, ostiolo minutissimo impresso pertusis, contextu majuscule parenchymatico donatis; sporulis elliptico-subglobosis, utrinque obtusis 3-4,5 ≃ 2-2,5, eguttulatis, hyalinis.

Hab. ad folia languida Ribis magellanici in Staten island et prope Ushuvaia Fuegiæ.

9. **Phyllosticta lenticularis** Passer. Diagn. F. N. III, n. 51. — Peritheciis epiphyllis, lenticularibus, crebre sparsis atris, opacis, nucleo albo in maculis irregularibus amplis albo-exaridis; sporulis oblongo-ellipticis, rectis, biguttulatis, hyalinis, 12,5-15 ≃ 5, basidiis crassiusculis, subæquilongis fultis. 4872

Hab. in foliis vivis Citri Limonum, Parma Ital. bor.

10. **Phyllosticta deliciosa** Passer. Diagn. F. N. III, n. 52. — Peritheciis epiphyllis, punctiformibus, atris in maculis exiguis albo-exaridis, margine elevato, castaneo-fulvo nitido cinctis; sporulis minimis, cylindricis, integris, hyalinis, 4 ≃ 1. 4873

Hab. in foliis vivis Citri deliciosæ, in horto botanico, Parma Ital. bor.

11. **Phyllosticta adusta** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, p. 130. — Maculis amphigenis, pallidis vel griseis, margine definito, subtili, luteo-brunneo cinctis, sæpe marginalibus, 1-4 cm. latis vel marginem foliorum longe occupantibus; peritheciis amphigenis, atris, subglobosis, laxe aggregatis, subinde confluentibus, epidermide mox rupta tectis, 175-240 μ. diam.; sporulis hyalinis, oblongis vel subcylindraceis, sæpe bi- vel trinucleatis, 10-16 ≃ 4-7; basidiis 7-10 μ. longis. 4874

Hab. in foliis Citri Aurantii gelu tactis Green Cove Springs, Florida Amer. bor. — Sporulis crassioribus a *P. marginali* distinguenda.

12. **Phyllosticta Deutziæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, pag. 146. — Maculis amphigenis, dilute brunneis v. albidis, rotundis, 1-2 mm. diam., in utraque folii pagina elevato-marginatis, peritheciis lenticularibus, nigris, plerumque epiphyllis, subsuperficialibus, $^1/_5$ mm. diam.; sporulis subellipsoideis, fuscis, 4-5 ≃ 3. 4875

Hab. in foliis Deutziæ, Amer. bor.

13. **Phyllosticta coronaria** Passer. Diagn. F. N. III, n. 57. — Maculis plus minus amplis, subdiscoideis, discretis, raro pluribus confluentibus, halone fusco circumdatis; peritheciis epiphyllis, punctiformibus sparsis, primo tectis, dein epidermide perforata cinctis, atris, subglobosis; sporidiis oblongo-ellipticis, integris, hyalinis, ad 4876

apices nucleolatis, endoplasmate opaco, medio leniter constrictis, 7–7,5 ≃ 2,5–3.

Hab. in foliis vivis Philadelphi coronarii, Vigheffio pr. Parma Ital. bor. — A *Ph. vulgari* differt peritheciis aliquanto minoribus non superficialibus et sporulis multo brevioribus.

14. **Phyllosticta Spinosæ** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 102. — Maculis amphigenis, rotundis, parvis, 1–3 mm. lat., supra albis, subtus rubiginoso-albis, plerumque purpureo-marginatis; peritheciis plerumque centro maculæ insidentibus, punctiformibus, nigris, subprominulis; sporulis oblongis, 2-guttatis, 12–14 ≃ 4–5. 4877

Hab. in foliis Sidæ spinosæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle). — Maculæ subtus hyphis cæspitosis, brunneis, sterilibus, circ. 40 ≃ 3, plerumque incurvis tectæ.

15. **Phyllosticta sidæcola** Cooke in Grevillea XIV, pag. 39. — Epiphylla; maculis brunneis, indistinctis, demum centro pallidioribus, irregularibus vel confluentibus; peritheciis punctiformibus, membranaceis, brunneis, minutis; sporulis ellipsoideis, enucleatis, hyalinis, 4 ≃ 2. 4878

Hab. in foliis languidis Sidæ Napææ, Kew Britanniæ.

16. **Phyllosticta hibiscina** Ell. et Ev. Journ. of Myc. 1888, p. 9. — Maculis amphigenis, griseis, inæqualibus, latis, 0,5–1,5 cm. diam., deciduis; peritheciis majusculis, lenticularibus, nigris, utrinque prominulis; sporulis oblongo-ellipsoideis, hyalinis, 2-guttatis, 6–8 ≃ 1,5–2. 4879

Hab. in foliis vivis Hibisci mutabilis, Louisiana Am. bor. (Langlois). — A *Ph. syriaca* satis diversa.

17. **Phyllosticta Hibisci** Peck 42 Rep. p. 29. — Maculis suborbicularibus, albidis vel rubenti-griseis, anguste brunneo-marginatis, 4–8 mm. lat.; peritheciis minutis, 100 μ. lat., epiphyllis, nigris; sporulis oblongis, 7,5–10 ≃ 3–4, sæpius 1–2-guttatis; basidiis simplicibus v. ramosis, 10–20 μ. long. 4880

Hab. in foliis vivis Hibisci moscheuti, Eastport et Patchogue Amer. bor.

18. **Phyllosticta Hardenbergiæ** Cooke et Mass. Grev. XVI, p, 3. — Maculis amphigenis, variis, fuscis; peritheciis plerumque hypophyllis, minutissimis, gregariis, punctiformibus, 60–80 μ. diam, atris; sporulis minutis, subglobosis, hyalinis, 2–3 μ. diam. 4881

Hab. in foliis vivis Hardenbergiæ Box Hill, V. Australiæ (F. Campbell).

19. **Phyllosticta advena** Passer. Diagn. F. N. III, n. 54. — Maculis 4882

discoideis, parvulis v. irregularibus, plus minus amplis, primo luteis, dein fuscis, exaridis, haud marginatis; peritheciis minimis, lente vix perspicuis; sporulis ovatis vel oblongis, rectis vel leniter curvis, integris, hyalinis, 8-12 ≂ 3.

Hab. in foliis languidis Robiniæ Pseudacaciæ, Gajone pr. Parma Ital. bor.

20. **Phyllosticta Pseudacaciæ** Pass. Fung. Gall. nov. in Journ. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 54. — Maculis parvis, subrotundis, fuscis, arescendo fusco-cinereis; peritheciis minutis, nigris; sporulis minutissimis, bacteriformibus. 4883

Hab. in foliis vivis Robiniæ Pseudacaciæ prope Saintes (Charente-Inférieure) in Gallia (Brunaud).

21. **Phyllosticta coniothyrioides** Sacc. F. Ard. n. 146, *Ascochyta Cytisi* Lib. Crypt. II, n. 156 (1832). — Epiphylla; maculis suborbiculatis cinereis, ambitu umbrinis; peritheciis globulosis, fuscis, poro apertis, cirris rubescentibus; sporulis ellptico-oblongis, 5 ≂ 3, demum subfuligineis. 4884

Hab. in foliis Cytisi Laburni in Arduennis.

22. **Phyllosticta Cytisorum** Pass. in litt. Brunaud in Rev. Myc. 1886, p. 139. — Peritheciis sparsis in maculis aridis, irregularibus, epiphyllis, subglobosis, atris; sporulis oblongo-ellipticis, hyalinis, crassiuscule binucleatis, 5 ≂ 2,5; basidiis multo longioribus. 4885

Hab. in foliis Cytisi Laburni, Préguillac Galliæ (Brunaud).

23. **Phyllosticta Phyllodiorum** Sacc. in Hedw. 1890, p. 156. — Maculis subcircularibus, amphigenis, albidis, fusco-cinctis; peritheciis punctiformibus, pertusis, 90-100 μ. diam., contextu fuligineo; sporulis perexiguis botuliformibus, hyalinis, 4-5 ≂ 1. 4886

Hab. in phyllodiis Acaciæ, Caromby Australiæ (Tepper).

24. **Phyllosticta candicans** Passer. Diagn. F. N. III, n. 55. — Maculis irregularibus exaridis candicantibus, margine fusco-rubiginoso limitatis; peritheciis mesophyllo immersis, punctiformibus atris, utrinque perspicuis; sporulis ellipticis, guttulatis, hyalinis, 5-7,5 ≂ 2,5-3,7. 4887

Hab. in foliis Bauhiniæ aculeatæ in horto botanico Parma Ital. bor. — A *Ph. cytisella*, cui quodammodo accedit, magnitudine sporularum differt, et a *Ph. Bauhiniæ* maculis candicantibus et sporulis longioribus diversa.

25. **Phyllosticta Sophoræ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 77. — Maculis amphigenis, minutis, 1 mm. diam., rotundis, concavis, subnigris, elevato-marginatis, dein rubenti-brunneis; peritheciis in- 4888

nato-erumpentibus plerumque singulis in quaque macula, globosis, 100-150 μ. diam.; sporulis perexiguis, 1,5-2,5 ≈ 0,7.

Hab. in foliis vivis Sophoræ speciosæ, S. Antonio Texas Amer. bor. (Egeling).

26. **Phyllosticta sordidula** Speg. Guar. I, p. 142. — Maculis nullis; 4889
peritheciis epidermide cinerescenti tectis, sparsis, lenticularibus, 80-100 μ. diam., dein subcollabentibus, atris, minute pertuso-papillatis; sporulis ellipsoideo-ovoideis, 3-3,5 ≈ 1,5-2, hyalinis, bigut tulatis.

Hab. in siliquis Cassiæ prope Guarapi Brasiliæ.

27. **Phyllosticta Parkinsoniæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 77. 4890
— Maculis amphigenis, orbicularibus, minutis, 1 mm. diam., subnigris, elevatulo-marginatis, dein rubenti-brunneis; peritheciis innatis vel prominulis, depresso-globosis, 80-100 μ. diam.; sporulis ellipsoideo-oblongis, hyalinis, 4-6 ≈ 2.

Hab. in foliis vivis Parkinsoniæ aculeatæ, S. Antonio Texas Amer. bor. (Egeling).

28. **Phyllosticta Borszczowii** Thüm. M. U. n. 1894. — Maculis obso- 4891
letis vel arescendo decoloratis; peritheciis dense gregariis hypophyllis, raro amphigenis punctiformibus, prominulis, atro-nitidis; sporulis minutissimis, eguttulatis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, hyalinis, 3 ≈ 1,5.

Hab. in foliis vivis Caraganæ arborescentis, Maidaschi Sibiriæ (N. Martianoff).

29. **Phyllosticta Araliæ** Sacc. et Berl. in Rev. Myc. 1885. — Epi- 4892
phylla; maculis flavo-cinereis, latis, linea ochracea cinctis; peritheciis minutis, sparsis vel subgregariis, tectis, ostiolo epidermidem perforante demum emergentibus, nigris; sporulis ovoideis, 4-5 ≈ $1\frac{1}{2}$-2, pallidissime viridulis.

Hab. in pag. superiore foliorum viventium Araliæ in Algeria.

30. **Phyllosticta Hydrangeæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 145. — 4893
Maculis 1-1,5 cm. vel ultra diam., rubiginoso-brunneis, anguste elevato-marginatis, primo purpureo-tinctis; peritheciis epiphyllis, lenticularibus, supra pertusis, 100-115 μ. diam.; sporulis oblongis, 2-3-guttatis, hyalinis, 10-12 ≈ 2,5-3,5.

Hab. in foliis Hydrangeæ cultæ, New Jersey Amer. bor.

31. **Phyllosticta thallina** Sacc. Bomm. et Rouss. Fl. Myc. Belg. II, 1894
p. 25. — Maculis albis, nitidulis, zona purpurea marginatis, inæqualiter circularibus, confluentibus; peritheciis crebris, tectis, exiguis, 90-170 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, continuis, hyalinis, 6 ≈ 3.

Hab. in ramulis Corni sanguineæ, Groenendael Belgii. — Habitus fere thalli albi lichenosi.

32. **Phyllosticta indica** Roum. et Karst. Rev. Myc. 1890. — Perithe- 4895
ciis gregariis, epidermide dein fissa tectis, subsphæroideis, atratis, contextu parenchymatico, fuligineo, pertusis, macula ampla, vaga arescendo dealbata, fusco cincta insidentibus, circiter 75 μ. diam.; sporulis oblongatis, continuis, obtusis, rectis, hyalinis, 3 ≍ 1.

Hab. in pagina superiore foliorum languescentium Aucubæ Spini? in Tonkin (B. Balansa). — A *Phyllosticta Aucubæ* et *Ph. aucubæcola* admodum differens.

33. **Phyllosticta Æsculi** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, p. 130. 4896
— Hypophylla, in maculis latis, indefinite limitatis; peritheciis punctiformibus, minutis, 40-50 μ. diam., sparsis, brunneis; sporulis oblongo-cylindraceis, hyalinis, 3-4 ≍ 1.

Hab. in foliis vivis Æsculi glabræ, Missouri Amer. bor. — A *P. sphæropsidea* sporulis valde minoribus differt.

34. **Phyllosticta sphæropsidea** Ell. et Ev. in Bull. Torr. bot. Club. 4897
1883, p. 97. — Maculis rufo-brunneis, margine pallide luteo cinctis, sparsis, 1-2 cm. diam., vel confluentibus et latioribus; peritheciis sparsis, punctiformibus, immersis, supra perforatis, in pagina sup. foliorum prominulis, sed epidermide tectis; sporulis globosis vel late ellipsoideis, hyalinis, minute guttulatis crasseque 1-2-nucleatis, 12-15,5 ≍ 8-10, in basidiis *Sphæropsidum* similibus insertis.

Hab. in foliis vivis Æsculi Hippocastani, Vineland Amer. bor. (D. C. Bidwel).

35. **Phyllosticta paviæcola** Brun. Champ. Saint 1887, p. 429. — Ma- 4898
culis oblongis vel suborbicularibus, sæpe confluentibus, brunneo-nigris, dein cinerescentibus, demum expallentibus brunneo-cinctis; peritheciis epiphyllis, exiguis, nigris; sporulis oblongis vel ovoideo-oblongis, 5-7 ≍ 2-2,5 non guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis Paviæ macrostachyæ in horto botanico Rochefort Galliæ.

36. **Phyllosticta Terebinthi** Passer. Diagn. F. N. III, n. 53. — Macu- 4899
lis amplis irregularibus, exaridis, ferrugineo-griseis, mox laceris; peritheciis epiphyllis sparsis punctiformibus, ostiolo perforato, membranaceis, contextu minute celluloso rufidulo; sporulis minutis ovalibus, hyalinis, 2,5-3 ≍ 1,5-2, ad apices obscure nucleolatis.

Hab. in foliis languidis Pistaciæ Terebinthi in horto botanico Parma Ital. bor.

37. **Phyllosticta spermoides** Peck 40 Rep. p. 58. — Maculis subor- 4900
bicularibus, brunneis v. cinereis, margine brunneo donatis v. subinde confluentibus; peritheciis minutis, 35-62 μ. diam., numerosis, hypophyllis, nigrescentibus; sporulis minutis, cylindraceis, 5 μ. long.

Hab. in foliis vivis Vitis ripariæ, Gansevoort Amer. bor.

38. **Phyllosticta microspila** Passer. Diagn. F. V. IV, p. 8. — Macu- 4901
lis irregularibus, parvulis, fuscis, brunneo-limitatis; peritheciis epiphyllis, atris, sparsis; sporulis oblongis, ad apices attenuatis, hyalinis, 10 ≈ 3.

Hab. in foliis Vitis viniferæ silvestris in silvis Collecchio pr. Parma Ital. bor. — *Ph. viticola*, quamvis sporularum magnitudine proxima, differt maculis amplis interdum confluentibus, peritheciis amphigenis vel hypophyllis et sporulis ad apices non attenuatis.

39. **Phyllosticta Bizzozeriana** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 79, t. I, 4902
f. II. — Peritheciis punctiformibus, nigris, hypophyllis vel subamphigenis, globoso-conicis, prominulis, poro pertusis, erumpentibus, 50-80 μ., in maculis parvis, irregularibus, exaridis dense aggregatis; sporulis perexiguis, hyalinis, breviter bacillaribus, continuis, utrinque obtusis, 2,5-3,5 ≈ 1,5.

Hab. in foliis Vitis viniferæ, Calavena prope Tregnago agri Veronensis. — A *Ph. viticola* et *Ph. Vitis* satis diversa.

40. **Phyllosticta neurospilea** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, n. 37. — 4903
Maculis epiphyllis, nervis exacte limitatis, hinc angulosis, rufo-ochraceis; peritheciis globoso-depressis, parcissimis, innato-prominulis, punctiformibus; sporulis ovato-oblongis, 8-10 ≈ 5-6, intus granulosis, hyalinis; basidiis brevibus e basi stromatica, densiuscula oriundis.

Hab. in foliis Vitis antarcticæ, Logan Australiæ.

41. **Phyllosticta Monspessulani** Pass. in Brun. Champ. Saint. V, p. 4. 4904
— Maculis minutis, griseis dein albis, angulosis; peritheciis parcis, punctiformibus, nigris; sporulis fusoideo-bacillaribus, hyalinis, continuis, 8-10 ≈ 2,5.

Hab. in foliis Aceris monspessulani, Rochefort Galliæ.

42. **Phyllosticta minutissima** Ell. et Ev. Proc. Ac. Phil. 1891, p. 76. 4905
— Maculis amphigenis irregularibus, suborbicularibus, 4-9 mm. diam., supra rubenti-brunneis, dilutius marginatis, infra pallidioribus; peritheciis hypophyllis, minutis, 75-85 μ. diam., globosis,

subprominulis, copiosis; sporulis minutissimis, subellipticis, hyalinis, 1,5-2 ≃ 0,5.

Hab. in foliis vivis Aceris glabri, Nebraska Amer. bor. (H. J. Webber).

43. **Phyllosticta Saccharini** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, pag. 130. — Maculis amphigenis, definitis, parvis, 1-2 mm. diam., albis, margine rubiginoso-brunneo, irregulariter sparsis; peritheciis epiphyllis, in pagina superiore conspicuis, lenticularibus, atris, 100-120 μ. diam.; sporulis oblongis, 3,5-4,5 ≃ 1-1,3, hyalinis. 4906

Hab. in foliis vivis Aceris saccharini, Missouri Americæ borealis.

44. **Phyllosticta campestris** Pass. in litt. Brun. in Rev. Myc. 1886, pag. 139. — Maculis parvis, angulosis, brunneis, centro pallidioribus, subinde folium ad marginem decolorantibus; peritheciis minutis, punctiformibus, parcis, nigris; sporulis minutis, oblongis, hyalinis, enucleatis, 2 ≃ 1. 4907

Hab. in foliis Aceris campestris prope Saintes Galliæ (Brunaud).

45. **Phyllosticta rubra** Peck in Thirty-fifth Rep. St. Mus. Bot. 1884, p. 138. — Maculis parvis, angulatis vel irregularibus, quandoque confluentibus, rubris; peritheciis 1-5 in quaque macula, epiphyllis, minutis, nigris; sporulis late ellipticis vel subglobosis, 8 ≃ 6, hyalinis. 4908

Hab. in foliis vivis Cratægi tomentosæ, Albany Americæ borealis.

46. **Phyllosticta Treleasei** Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4214, *Phyllosticta* sp. Trel. Paras. Fungi Visc. pag. 17. — Maculis rotundatis vel oblongis, 3-8 mm. diam., rufo-brunneis; peritheciis minutis, atris; sporulis ellipsoideis, hyalinis, 7-8 ≃ 2-4, unicellularibus. 4909

Hab. in foliis Pruni serotinæ, Madison Amer. bor. — Verisimiliter a *P. serotina* non distinguenda.

47. **Phyllosticta Passerinii** Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4215, *Phyllosticta Mahaleb* Pass. Fung. Gall. novi, in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, pag. 16. — Maculis subrotundis, minutis, fuscis, arescendo ochraceis, margine tenui elevato cinctis; peritheciis paucis, hinc inde congregatis, globoso-lenticularibus, pertusis; sporulis bacillaribus, minimis, $2\frac{1}{2}$ ≃ $\frac{3}{4}$, hyalinis. 4910

Hab. in foliis languidis Pruni Mahaleb in Gallia (Brunaud). — «Non *Ph. Mahaleb* Thüm. — Sacc. Syll. III, p. 5».

48. **Phyllosticta vindobonensis** Thuem. Pilze d. Aprik. p. 2. — Ma- 4911

culis magnis, plus minusve orbicularibus, sordide griseo-fuscis, arescendo suberosis; peritheciis numerosis, punctiformibus, atris, gregariis; sporulis numerosissimis, breve ellipsoideis vel subcylindraceis, utrinque rotundatis, simplicibus, eguttulatis, homogeneis, nubiloso-hyalinis vel dilute fumigatis, 3,5–5 ≃ 1,5–2,5.

Hab. in fructibus Armeniacæ, Wien Austriæ.

49. **Phyllosticta Rosarum** Pass. Erb. critt. it. II, n. 1092. — Maculis parvulis discoideis, atro-sanguineis, centro albicantibus ibique perithecia punctiformia atra aggregata foventibus; sporulis ellipticis, simplicibus, hyalinis, 5 ≃ 2,5 μ. 4912

Hab. in foliis Rosarum cultarum, Vigheffio prope Parma Ital. bor.

50. **Phyllosticta Pallor** (Berk.) Oud. Contr. Myc. Pays-bas XIII, pag. 34, t. IX, f. 21. — Ita nuncupanda est, teste Oud. loc. cit. *Ascochyta Pallor* Berk. — Syll. III, p. 399 — nam sporulæ continuæ, granulosæ, subinde curvulæ, hyalinæ, 14-18 ≃ 4-5. Nascitur quoque in sarmentis Rubi idæi in Nederlandia.

51. **Phyllosticta arbutifolia** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, pag. 129. — Maculis epiphyllis, minutis, 1 mm. vel minus, diam., albis, in pagina inferiore foliorum; peritheciis sæpe singulis in centro cujusdam maculæ, subastomis, emergentibus, atris, 70-80 μ. diam.; sporulis subglobosis, hyalinis, 6-8 μ. long. 4913

Hab. in foliis vivis Piri arbutifoliæ, Newfield Amer. bor.

52. **Phyllosticta piriseda** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 9. — Peritheciis epiphyllis, lenticularibus, prominulis in maculis parvulis discoideis albicantibus sæpe circinatis; sporulis ovoideo-oblongis, hyalinis, 2,5–3 ≃ 1,5. 4914

Hab. in foliis languidis Piri communis, socia *Asteromella bacillari*, Parma. — A *Ph. pirina* differt sporulis brevioribus angustioribusque, et ob maculas evidentes, perithecia sæpius ordinata sporulasque paullo grandiores, a *Ph. piricola* pariter diversa.

53. **Phyllosticta Mali** Prillieux et Delacroix, Bull. Soc. Myc. Fr. 1890, p. 180, f. III, planche XX. — Maculis parvis, elongatis vel subcircularibus, primum brunneo-ochraceis, demum sordide griseis, margine fusco, leniter incrassato; peritheciis parcis, subapplanatis, poro pertusis, 130-170 ≃ 100-120; sporulis ovoideis, 6,5-8,5 ≃ 4-4,5 μ. 4915

Hab. in pagina superiore foliorum Mali communis, Lorient Galliæ.

54. **Phyllosticta Briardi** Sacc. *Phyllosticta Mali* Briard Suppl. p. 79, 4916

nec Prill. — Maculis variis, brunneis vel ochraceis, margine concolore, utrinque visibilibus; peritheciis epiphyllis punctiformibus, innatis, nigris, 80-100 μ. diam., hinc inde cæspitoso-aggregatis; sporulis cylindraceis obtusis, 4-5 ≍ 1,5-2, hyalinis.

Hab. in foliis viventibus Mali communis, Aube Galliæ.

55. **Phyllosticta variabilis** Peck in Thirty-fifth Rep. St. Mus. Bot. 1884, p. 138. — Maculis parvis vel majusculis, suborbicularibus vel irregularibus, brunneis aut purpureo-brunneis, centro primum areolis aridis, albis punctatis, denique undique aridis; peritheciis minutis, epiphyllis, nigris; sporulis oblongo-ellipsoideis, 5-7 ≍ 2,5-3. 4917

Hab. in foliis vivis Rubi odorati, Albany Amer. bor.

56. **Phyllosticta bicolor** Peck 43 Rep. p. 26. — Maculis majusculis, 4-12 mm. lat., irregularibus, primo brunneis, dein centro albidis, late brunneo-cinctis, subtus brunneis; peritheciis epiphyllis, centro maculæ insidentibus, minutis 100-125 μ. lat., nigris; sporulis minutis, oblongis, hyalinis, 5-6,5 ≍ 2-2,5. 4918

Hab. in foliis vivis Rubi odorati, Whitehall Amer. bor.

57. **Phyllosticta Crenatæ** Brun. Miscell. mycol. p. 14. — Maculis supra nigricantibus vel brunneo-nigris, subtus brunneo-griseis, magnitudine et forma variis, sæpius oblongis v. angulatis; peritheciis hypophyllis, sparsis, punctiformibus, erumpentibus, brunneis; sporulis ovoideis, continuis vel interdum 2-guttatis, 4-5 ≍ 2,5-3, hyalinis. 4919

Hab. in foliis Spirææ crenatæ, Saintes Galliæ.

58. **Phyllosticta Metrosideri** Brun. Miscell. mycol. p. 14. — Maculis orbicularibus, pallide griseo-brunneis, margine rubro-brunneo cinctis; peritheciis globosis, minutissimis, parum numerosis, nigris; sporulis ovoideo-oblongis, hyalinis, 5 ≍ 2. 4920

Hab. in foliis Metrosideri villosæ, in insul. Tahiti (Gaston Brunaud).

59. **Phyllosticta Globuli** Passer. Diagn. F. N. III, n. 56. — Peritheciis hypophyllis, dense gregariis, in maculis parvulis amphigenis subdiscoideis, umbrinis; sporulis bacillari-fusiformibus, integris, hyalinis, 10-12,5 ≍ 1,5-1,8. 4921

Hab. in foliis dejectis Eucalypti Globuli in horto botanico, Parma Ital. bor.

60 **Phyllosticta myrticola** Speg. F. Puigg. n. 409. — Maculis amphigenis, orbicularibus, candidis, determinatis, 2-5 mm. diam., angustissime vinoso-marginatis; peritheciis minutis, membranaceis, 4922

ostiolatis, 80-90 μ. diam.; sporulis ellipsoideo-ovoideis, hyalinis, 3-5 ≃ 1-1,5, biguttulatis.

Hab. ad folia viva Eugeniæ speciei cujusdam in dumetis pr. Apiahy Brasiliæ.

61. **Phyllosticta Mayteni** Speg. F. Fueg. n. 370. — Maculis arescenti-albis, amphigenis determinatis, linea stricta rufescente cinctis; peritheciis innato-immersis, lenticularibus, majusculis, 200-250 μ. diam., coriacellis, ostiolo vix papillulato, contextu densissime subimperspicueque parenchymatico fusco; sporulis ellipticis vel ovoideis, utrinque acutiusculis, 6-9 ≃ 2-3, ac sæpe 1-guttulatis, sterigmatibus breviusculis, 6-10 ≃ 1,5-2, suffultis, hyalinis. 4923

Hab. ad folia languida Mayteni magellanicæ in silvis pr. Shammacus et in Picton island Fuegiæ. — Perithecia in parte infera tenuissime membranacea, subevanida, an dimidiata?. Sporulæ per ætatem sæpe medio 1-septulatæ.

62. **Phyllosticta Cyrillæ** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, p. 130. — Maculis latis, marginis apicem basimque foliorum occupantibus, primo rufo-brunneis dein griseo-brunneis; peritheciis atris, subglobosis, pertusis, valde immersis, dein erumpentibus, sæpe epiphyllis, aggregatis, 110-140 μ. diam.; sporulis hyalinis, ovoideis, granulosis, 8-10 ≃ 5-7. 4924

Hab. in foliis vivis Cyrillæ racemifloræ, Green Cove Springs, Florida Amer. bor.

63. **Phyllosticta Camusiana** Sacc. in Atti Soc. Nat. Mod. 1888, p. 109, *Ph. Paliuri* P. Brun. Champ. nouv. VI, p. 2. — Maculis amphigenis, minutis, valde ramosis, gregariis (topographiam fere imitantibus!), pallide ochraceis, mox dealbatis, anguste rufo-marginatis; peritheciis globoso-lenticularibus, epidermide velatis, nigricantibus, poro pertusis; sporulis ellipsoideis, dilute olivaceis, 6-8 ≃ 3-4. 4925

Hab. in foliis vivis Paliuri australis, Modena Ital. bor. et Rochefort Galliæ. — Differt ab affini *Ph. Zizyphi* sporulis leniter coloratis, maculis candidis etc.

64. **Phyllosticta Paliuri** (Lév.) Cooke Grev. XIII, pag. 45, *Dothidea* Lév. Demid. II, p. 107, t. V, f. 6. — Hypophylla, atra, maculiformis; peritheciis minutissimis, confertis, albo-farctis, stromate tenui impositis; sporulis ovato-linearibus, pellucidis, curvatis, simplicibus, obtusis, 6 ≃ 2. 4926

Hab. in foliis Paliuri australis, Yalta in Tauria.

65. **Phyllosticta Alaterni** Pass. in litt. Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 139. — Maculis orbicularibus, albo-griseis, amphigenis, nigro-brunneo- 4927

marginatis; peritheciis sparsis, paucis, parvis, globulosis, atris; sporulis ovoideis, hyalinis, eguttulatis, 5 ≃ 3,5-4.

Hab. in foliis Rhamni Alaterni, Saintes Galliæ (Brunaud).

66. **Phyllosticta advena** Passer. Diagn. F. N. V. n. 24. — Maculis ovalibus aut vagis, amphigenis, superne albo-cinereis, fusco-cinctis, subtus fuscis; peritheciis epiphyllis punctiformibus sparsis v. raro subcircinantibus, atris; sporulis ovalibus, integris, hyalinis, 3,5-4 ≃ 2,5. 4928

Hab. in foliis languidis Rhamni corymbosi (?) (in hortis nomine *Guevinæ Avellanæ* culti) San Remo Ital. bor. (F. Panizzi).

67. **Phyllosticta sardoa** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 8. — Maculis amplis, exaridis candicantibus, fusco-cinctis; peritheciis illis *Pyrenophoræ coronatæ* var. *Evonymi* similibus, amphigenis; sporulis elongato-fusiformibus, integris, hyalinis, endoplasmate granuloso, 18-22,5 ≃ 5-7, basidiis subæquilongis fultis. 4929

Hab. in foliis languidis Evonymi japonici, Sassari Sardiniæ et Livorno.

68. **Phyllosticta Prini** Peck 43 Rep. p. 26. — Maculis parvis, suborbicularibus, supra albis v. griseolis, subtus brunneolis; peritheciis parvis, 175 μ. lat., epiphyllis, depressis, nigris; sporulis ellipsoideis v. oblongis, 7,5-12,5 ≃ 4. 4930

Hab. in foliis Ilicis (Prini) verticillatæ, Catskill mountains Americæ borealis.

69. **Phyllosticta concomitans** Ell. et Ev. Journ. of Myc. 1888, p. 9. — Maculis amphigenis, 2-3 mm. diam., margine elevato purpureo cinctis zonaque; peritheciis minutis sparsis, immersis, pertusis, basi subtus leniter prominulis; sporulis oblongis, hyalinis, 5-7 ≃ 1,5-2. 4931

Hab. in foliis vivis Ilicis deciduæ, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

70. **Phyllosticta terminalis** Ell. et M. Am. Nat. 1884, p. 70. — Maculis sæpius apicem vel quandoque marginem foliorum occupantibus, linea purpureo-nigra circumscriptis; peritheciis globosis, parenchymate immersis, epidermidem nigrescentem vix elevantibus; sporulis oblongis, 3-4 ≃ 1; basidiis cylindraceis, sporulas longitudine æquantibus. 4932

Hab. in foliis Ilicis Dahoonis, New Florida Amer. bor.

71. **Phyllosticta Monetiæ** Speg. Guar. I, p. 142. — Maculis amphigenis, orbicularibus, pallidis, obsolete marginatis; peritheciis lenticularibus tectis, 100-150 μ. diam., sparsis, atris, pertusis, demum col- 4933

labentibus, contextu olivaceo; sporulis ellipsoideis, 3,5-4 ≃ 1,5-2, utrinque obtusissimis, sæpe 2-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Monetiæ pr. Paraguary Brasiliæ.

72. **Phyllosticta symphoriella** Sacc. et March. in Rev. Myc. 1885, 4934
p. 147. — Maculis vagis, fuscescentibus, amphigenis; peritheciis sparsis, lenticularibus, punctiformibus, pertusis; sporulis ellipsoideis, olivaceo-fuscellis, 4-6 ≃ 3.

Hab. in foliis Symphoricarpi in Belgio. — A *Ph. Symphoricarpi* differt sporulis coloratis, quibus ad *Coniothyrium* aliquid accedit.

73. **Phyllosticta Implexæ** Passer. Diagn. F. N. III, n. 59. — Maculis 4935
discoideis v late expansis, folium dimidium et ultra occupantibus; peritheciis epiphyllis sparsis vel subgregariis, punctiformibus, depressis, opacis; sporidiis fusiformibus, continuis, acervatim visis flavidulis, singulatim hyalinis, 5-7,5 ≃ 2,5.

Hab. in foliis languidis Loniceræ implexæ, sociâ subinde *Sphærellâ Implexæ*, in horto botanico Parma Ital. bor. — Præter sporulas non atomisticas, peritheciis non prominulis neque nitidulis a *Ph. nitidula* differt.

74. **Phyllosticta Lantanæ** Pass. Erb. critt. it. II, n. 1290. — Macu- 4936
lis vagis, irregularibus, parvulis, mox laceratis, albis, nitidis, perithecia epiphylla, minima, atra, sparsa foventibus; sporulis integris, hyalinis, 5 ≃ 2,5.

Hab. in foliis Viburni Lantanæ, Vigheffio pr. Parma Ital. bor. — A *Ph. Viburni* Grog. in Roumeguère, Fungi gallici 2236 plane diversa.

75. **Phyllosticta Lantanoidis** Peck in 38 Rep. St. Mus. pag. 94. — 4937
Maculis latis, suborbicularibus, cinereis, sæpe brunneo-marginatis; peritheciis minutis, 100 μ. diam., vix prominulis, epiphyllis, atris; sporulis ellipticis, binucleatis, 6-8 ≃ 4, hyalinis.

Hab. in foliis vivis Viburni lantanoidis, Caroga Amer. bor. — Differt a *P. tinea* magnitudine atque sporulis.

76. **Phyllosticta Viburni** Pass. in litt. Brunaud in Rev. Myc. 1886, 4938
p. 139. — Maculis irregularibus, majusculis, griseis v. griseo-roseis, crasse rufo-brunneo-marginatis; peritheciis parcis, sparsis, minutis, nigris; sporulis oblongo-navicularibus, biguttulatis, 10-12 ≃ 2,5-3.

Hab. in foliis Viburni Tini, Saintes Galliæ (Brunaud).

77. **Phyllosticta limbalis** Pers. — Syll. III, pag. 24. — Sec. Celott. Mic. Montp. p. 12, sporulæ metiuntur 6 ≃ 3. Nascitur quoque in Buxi foliis, Montpellier Galliæ.

78. **Phyllosticta Stillingiæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 130. — 4939
Maculis amphigenis, definitis, rubenti-brunneis, non copiosis, 2-3 mm. diam.; peritheciis epiphyllis, sparsis, paucis, atris, convexis; sporulis oblongo-ellipsoideis, 2-guttatis, hyalinis, 5-7 ≃ 2,5-3.

Hab. in foliis Stillingiæ sebiferæ, Point à la Hache, Louisiana Amer. bor. (Rev. A. B. Langlois).

79. **Phyllosticta Halstedii** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 146. — 4940
Maculis amphigenis, subrotundis, rubro-brunneis, $^1/_4$-$1^1/_4$ cm. diam., concentrice corrugatis vel zonatis, margine definito, angusto, atro cinctis; peritheciis paucis, lenticularibus, 100-150 μ. diam., innatis, in utraque folii pagina plerumque perspicuis; sporulis latis, fusoideo-oblongis, rectis, granulosis, utrinque rotundatis, 15-20 ≃ 5-7.

Hab. in foliis vivis Syringæ vulgaris, New Brunswick, N. J. Amer. bor. (Dr. B. D. Halsted).

80. **Phyllosticta viridis** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, pag. 142. — 4941
Maculis magnis, subindefinitis, 0,5-1 cm. lat., amphigenis, margine subpallidioribus; peritheciis hypophyllis, numerosis, suberumpentibus, parvis, 65-80 μ. lat.; contextu grosse parenchymatico; sporulis copiosis, oblongis, minutis, 2 ≃ 0,5.

Hab. in foliis Fraxini viridis, Rocks County, Kansas Amer. (Bartholomew).

81. **Phyllosticta variegata** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 145. — 4942
Maculis numerosis, angulosis, pallide flavis, 1-3 mm. diam., margine angusto, definito, saturatius colorato cinctis; peritheciis epiphyllis, lenticularibus, nigris, 90-100 μ. diam.; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, 4-5 ≃ 1,5-2.

Hab. in foliis Fraxini, London, Canada Amer. bor. (F. Dearness).

82. **Phyllosticta Fraxini** Ell. et M. in Am. Nat. 1884, p. 189. — 4943
Maculis brunneolis, margine obscure purpuraceo, $^1/_2$-1 cm. diam.; peritheciis epiphyllis, sparsis, lentiformibus, atris 150 μ. diam.; sporulis oblongis vel oblongo-ellipsoideis, hyalinis, 1-2 nucleatis, 7-9 ≃ 2,5-3.

Hab. in foliis Fraxini, Bethlehem Amer. bor.

83. **Phyllosticta fraxinifolia** Pass. in litt. Brun. in Rev. Myc. 1886, 4944
p. 139. — Maculis epiphyllis, albis, suborbicularibus, minutis, non vel vix brunneo-marginatis; peritheciis parcis, minutis, atris; sporulis oblongis, hyalinis, obscure biguttulatis, 5 ≃ 2,5.

Hab. in foliis Negundinis fraxinifoliæ, Saintes Galliæ (Brunaud).

84. **Phyllosticta sinuosa** Ell. et Mart. Am. Nat. 1884, p. 1264. — Maculis orbicularibus, 1,5-6 (plerumque 2-3) mm. lat., rubenti-brunneis, dein subnigris, margine elevato, rufescenti-nigro cinctis; peritheciis epiphyllis, sparsis, lenticularibus, 150 μ. diam., plerumque ad marginem folii; sporulis oblongis vel clavato-oblongis, hyalinis, 3,5 (immaturis?)-15 ≍ 1,5-2. 4945

Hab. in foliis Oleæ americanæ, Green Cove Springs, Florida Amer. bor.

85. **Phyllosticta Ovalifolii** Brun. Miscell. mycol. p. 14. — Maculis irregularibus, majusculis, ochraceo-pallidis, brunneo-marginatis; peritheciis globosis, punctiformibus, sparsis, nigris; sporulis oblongo-elongatis, hyalinis, 2-guttatis, 8-10 ≍ 3. 4946

Hab. in foliis Ligustri ovalifolii, Saintes, Rochefort Galliæ.

86. **Phyllosticta Epigeæ** Peck in 38 Rep. Stat. Mus. p. 94. — Maculis latis, irregularibus, brunneis vel rufo-brunneis; peritheciis minutis, 110-130 μ. diam., epidermide tectis, erumpentibus, epiphyllis, atris; sporulis ellipticis, 8 ≍ 4, hyalinis. 4947

Hab. in foliis vivis Epigeæ repentis, Caroga Amer. bor.

87. **Phyllosticta Gaultheriæ** E. et E. in Jour. of Myc. I, p. 153. — Maculis amphigenis, sparsis, atro-roseo-purpureis, minutis, 1-2 mm., margine fusco-purpureo cinctis; peritheciis amphigenis, sublenticularibus, atris, crasse parenchymaticis, leniter prominentibus, cuticula tectis, 100-115 μ. diam.; sporulis ellipticis, hyalinis, granularibus, 5-7 ≍ 4-5. 4948

Hab. in foliis vivis Gaultheriæ procumbentis, Newfield Amer. bor.

88. **Phyllosticta garryæcola** Pass. in litt. Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 140. — Maculis rotundatis vel suborbicularibus, brunneis, dein pallidis, demum griseo-viridibus v. griseo-brunneis; peritheciis punctiformibus, nigris; sporulis oblongis, hyalinis, 5,6 ≍ 2,5-3. 4949

Hab. in foliis Garryæ ellipticæ, Préguillac in Gallia (Brunaud).

89. **Phyllosticta Arbuti-Unedonis** Pass. Fung. Gall. novi, in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 16. — Peritheciis minutissimis, atris, in maculis e fusco albicantibus, margine tenui, elevato-brunneo-cinctis; sporulis exiguis, elliptico-oblongis, hyalinis. 4950

Hab. in foliis languidis Arbuti Unedonis, prope Breuil-Magné, Saintes in Gallia (Brunaud).

90. **Phyllosticta Maximi** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 123. — Maculis magnis, rubenti-brunneis, saturatius marginatis, plerumque 4951

terminalibus v. lateralibus, 3-5 cm. lat.; peritheciis sparsis, epiphyllis, minutis $^1/_3$ mm. diam., apice subacuto subprominulis; sporulis globoso-ellipsoideis, hyalinis, granulosis, 10-12 ≈ 6-8; basidiis gracilibus sporularum diametro circ. æquilongis.

Hab. in foliis Rhododendri maximi, Bedford Mass. Amer. bor. — *Ph. sphæropsideæ* et *P. terminali* similis.

91. **Phyllosticta rhododendricola** Brun. Miscell. mycol. pag. 14. — Maculis majusculis, oblongis v. irregularibus, ultra tertiam partem foliis interdum occupantibus, griseo-cinereis, anguste brunneo-marginatis; peritheciis sparsis, minutis, globosis, tectis, dein erumpentibus, nigris, nitentibus, pertusis; sporulis oblongis, elongatis, 8-10 ≈ 3, hyalinis. 4952

Hab. in foliis languidis Rhododendri culti, Saintes Galliæ.

92. **Phyllosticta Leucothöes** Ellis New North Am. Fung. in Am. Nat. 1884, p. 1264. — Peritheciis in parte superiore foliorum decolorata, distincte marginata, brunneo rubiginosa sparsis, globosis, 150-200 μ. diam., parcis, parenchymate immersis apicibus vix prominulis, sed epidermide tectis; sporulis ovato-oblongis, 15-21 ≈ 6-7, granulosis vel 2-3-nucleatis. 4953

Hab. in foliis Leucothöes acuminatæ, Green Cove Springs Amer. bor. — Differt a *Ph. terminali* folio diverse decolorato nec non sporulis multo majoribus.

93. **Phyllosticta papuensis** Cooke in Grevillea XV, pag. 18. — Epiphylla vel amphigena; peritheciis gregariis, punctiformibus, semiimmersis, atris, nitidis, poro pertusis; sporulis linearibus, rectis, hyalinis, 10 ≈ 1. 4954

Hab. in foliis emortuis plantæ subfruticosæ, New Guinea (Rev. S. Chalmers).

94. **Phyllosticta Nubecula** Pass. Erb. critt. it. II, n. 1474. — Peritheciis hypophyllis, gregariis, nubeculas griseas vagas efformantibus; sporulis tenuibus, cylindricis, rectis, 2,5 ≈ 1,8. 4955

Hab. in foliis Castaneæ vescæ, Vigheffio prope Parma Ital. bor. — A *Ph. maculæformi* Sacc. sporularum tenuitate diversa.

95. **Phyllosticta fagicola** Ell. et Mart. Journ. Myc. 1888, p. 10. — Maculis amphigenis, orbicularibus, 1 cm. diam., sordide albis, anguste 1 mm. diam., rubro-marginatis; peritheciis nigris, sparsis, prominentibus, plerumque epiphyllis; sporulis anguste ellipsoideis, 10-13 ≈ 3-4, pallide flavidis. 4956

Hab. in foliis Fagi ferrugineæ, Ohio Amer. bor.

96. **Phyllosticta faginea** Peck 40 Rep. p. 58. — Maculis suborbicularibus, parvis, sæpe seriatis v. subconfluentibus, foliorum venis parallele dispositis, cinereis v. griseo-rubentibus margineque rubenti-brunneis v. omnino rubenti-brunneis, subtus subferrugineis; peritheciis paucis, epiphyllis, minutis, 75 μ. lat., nigris; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, 7,5-10 ≈ 5-6,5. 4957

Hab. in foliis vivis Fagi ferrugineæ Argusville et Elizabethtown Amer. bor.

97. **Phyllosticta bellunensis** Mart. N. Giorn. bot. it. 1888, p. 395. — Maculis magnis, irregularibus, subrotundis, obscuris; peritheciis punctiformibus, ubique sparsis, obscuris; sporulis bacillaribus, minutissimis. 4958

Hab. in foliis Ulmi deciduis in agro bellunensi Ital. bor.

98. **Phyllosticta ulmaria** Passer. Diagn. F. N. V, n. 25. — Maculis subdiscoideis, exaridis, albidis, fusco-cinctis; peritheciis epiphyllis sparsis, punctiformibus, atris; sporulis ellipticis, hyalinis, 3,5-4 ≈ 2,5-3. 4959

Hab. in foliis Ulmi campestris in viridario publico, Parma Ital bor. — Maculis albidis et minutie sporularum a *Phyllosticta ulmicola* diversa. Maculæ sæpius steriles.

99. **Phyllosticta lacerans** Passer. Diagn. F. N. III, n. 62. — Maculis vagis, exaridis, griseis, plus minus amplis et confluentibus, mox laceris; peritheciis exiguis punctiformibus tectis; sporulis ovoideis vel elliptico-oblongis, hyalinis, 4-7,5 ≈ 2,5-3. 4960

Hab. in foliorum vivorum partibus exaridis, quas lacerat, Ulmi campestris, Parma Ital. bor. — A *Ph. ulmicola* differt maculis laceris et sporulis hyalinis, et a *Ph. Ulmi* sporulis minoribus.

100. **Phyllosticta alnicola** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 80, t. I, f. 4. — Maculis crebris, minutis, angulosis, internerviis, sæpe confluentibus, subferrugineis; peritheciis punctiformibus, nigris, amphigenis, globulosis, prominulo-erumpentibus, 50-90 μ. diam., in soros parvos aggregatis; sporulis hyalinis, minutissimis, brevissime bacillaribus, 2-3,8 ≈ 0,7-1, utrinque evanide subincrassato-rotundatis. 4961

Hab. in foliis languidis Alni glutinosæ prope Verona Ital. bor. — A *Ph. alnigena* satis diversa.

101. **Phyllosticta corylina** Ellis New North Am. Fungi in Amer. Nat. 1884, p. 1264. — Maculis rufo-brunneis, rotundis, 2-5 mm. diam., sæpius confluentibus et ad margines foliorum dispositis; peritheciis brunneo-nigris, erumpentibus, lenticularibus, amphigenis, 4962

90-120 μ. diam.; sporulis subhyalinis, oblongis, utrinqne nucleatis, 12-15 ≈ 6-7.

Hab. in foliis Coryli americanæ, Newfield N. J. Amer. bor. — A *Ph. Coryli* et *Ph. corylaria* sporulis latioribus, characteribus macularum differt.

102. **Phyllosticta ludoviciana** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, pag. 130. — Peritheciis amphigenis, in parte superiore magis prominulis, brunneis, laxis, erumpentibus. 150 μ. diam., in areolis rufo-brunneis, sæpe lateralibus vel in maculis ovoideis vel subangularibus, obscure subtiliterque marginatis, definitis, sparsis; sporulis ovoideis, hyalinis, 5-8 ≈ 2-3. 4963

Hab. in foliis vivis Quercus aquaticæ, Louisiana Americæ borealis.

103. **Phyllosticta ilicicola** Pass. Fung. Gall. novi, in Journ. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 54. — Maculis rotundis, brunneis, arescendo griseo-cinereis, marginatis; peritheciis lenticularibus, minutis, numerosis, nigris; sporulis minutis, ellipticis, hyalinis, 5-6 ≈ 1½-2. 4964

Hab. in foliis Quercus Ilicis prope Saintes, Saujon in Gallia (Brunaud).

104. **Phyllosticta marginalis** Ell. et Ever. Journ. of Myc. 1888, p. 9. — Maculis apicalibus et marginalibus rubiginoso-brunneis, indefinitis, zona purpurescenti vage limitatis; peritheciis hypophyllis, sparsis, 150 μ. diam., prominulis, subcutaneis, nigricantibus; sporulis oblongo-ellipsoideis, hyalinis, 6-7 ≈ 2,5-3; basidiis cylindraceis, 12 ≈ 1,5. 4965

Hab. in foliis Quercus aquaticæ, Point à la Hache Louisiana Amer. bor. (Langlois). — Sporulæ subinde apiculatæ.

105. **Phyllosticta Virentis** Ell. et Langl. Journ. myc 1890, p. 36. — Maculis amphigenis, 1 cm. diam., pallide griseo-brunneis, subirregularibus, linea subsaturatiore definite limitatis; peritheciis partim erumpentibus, parvis, 75-100 μ. lat.; sporulis oblongo-ellipsoideis, subovato-ellipsoideis vel subfusoideis, hyalinis, 4-7 ≈ 1,5-2,5. 4966

Hab. in foliis vivis Quercus virentis, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

106. **Phyllosticta tumoricola** Peck 40 Rep. p. 57. — Maculis subor-bicularibus, aridis, pallidis, margine rubente vel rubenti-brunneo cinctis; peritheciis amphigenis vel epiphyllis, minutis, 125-175 μ. lat., depressis, brunneolis; sporulis oblongis vel anguste ellipsoideis, hyalinis, 10-12,5 ≈ 5-6,5. 4967

Hab. in foliis galligeris Quercus albæ, Karner Amer. bor.

107. **Phyllosticta salicicola** Thüm. Fung. Gall. novi, in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 55. — Peritheciis epiphyllis, plerumque solitariis, parvis, hemisphærico-subemersis, lenticularibus, nigris, in macula plus minusve orbiculata, arescendo albo-grisea, sordide fusca irregulariterque marginata; sporulis numerosissimis, simplicibus, cylindrico-ellipticis, utrinque rotundatis, enucleatis, achrois, $3^1/_2$-4 ≈ $1^1/_2$-2. 4968

Hab. in foliis Salicis albæ pr. Saintes in Gallia (Brunaud).

108. **Phyllosticta cinerea** Passer. Diagn. F. N. V, n. 26. — Maculis epiphyllis albido-cinereis; peritheciis sparsis, punctiformibus atris; sporulis minutis, integris, hyalinis, ovalibus, 5 ≈ 2-2,5. 4969

Hab. in foliis languentibus Populi albæ, Vigheffio prov. Parma Ital. bor.

109. **Phyllosticta caryogena** Sacc. *Phyllosticta Caryæ* E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 107, an Peck. — Maculis subrotundis, brunneis, centro pallidioribus, utrinque sæpe acutis, folii nervo sæpe percursis, $^1/_2$-1 cm. diam., definite marginatis; peritheciis sparsis, epiphyllis, minutis, lenticularibus, nigro-brunneis, numerosiusculis; sporulis oblongis, hyalinis, circ. 5-8 ≈ 1,5-2. 4970
11. **Aposphæria citricola** Penz. et Sacc. Monogr. Agr. pag. 361, t. XXXIII, f. 3. — Peritheciis superficialibus v. vix basi ligno insculptis, gregariis, exiguis, globoso-depressis, carbonaceis, aterrimis; basidiis nullis; sporulis minutissimis, oblongis, utrinque rotundatis, hyalinis, eguttatis, 1,5-2 ≃ 0,6-0,7. 5460

Hab. in ligno vetusto nigrescente Citri, Port'Ercole in Monte Argentano Toscana.

12. **Aposphæria compressa** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 96. — Peritheciis sparsis v. gregariis superficialibus, ligno nigrificato innatis, sphæroideis, ostiolo compresso, lophiostomaceo; sporulis tenuissimis, bacillaribus, rectis vel curvulis 5 μ. long. 5461

Hab. in ligno indurato Persicæ vulgaris, Vigheffio pr. Parmam Ital. bor. — An *Lophidii compressi* (Pers.) spermogonium?

13. **Aposphæria Amelanchieris** Karst. Fragm. Myc. XXIV, p. 3. — Peritheciis gregariis, sphæroideo-hemisphæricis v. oblongatis v. globuloso-difformibus, in ligno ramorum cortice orbatorum immersis dein emergentibus, nigricantibus, vertice obtusis v. conoideo-attenuatis, sæpe minute papillatis, basi tenuissimis, pallescentibus, albofarctis, 0,2-0,3 mm. diam.; sporulis oblongatis, eguttulatis, rectis, hyalinis, 4-5 ≃ 1,5-2. 5462

Hab. ad ramos decorticatos dejectos Amelanchieris vulgaris in horto mustialensi Fenniæ.

14. **Aposphæria longipes** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 43. — Peritheciis superficialibus, sparsis v. subgregariis, pusillis, subglobosis, minute ostiolatis; sporulis cylindricis, eguttulatis, rectis, hyalinis, 5–6 ≍ 1,5, basidiis filiformibus, multoties longioribus, fultis. 5463

Hab. in ramo Chimonanthi fragrantis in horto botanico parmensi Ital. bor.

15. **Aposphæria inophila** (Berk.) Sacc. Syll. III, p. 175. — Var. **opaca** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIII, p. 10. — Peritheciis superficialibus, confertis, nonnumquam concrescentibus, verticalibus oblongatis, rotundatis, ovoideis vel conoideis, poro pertusis, atris, 0,1 mm. diam. v. ultra; sporulis elongatis, rectis, hyalinis, 2-3 ≍ 0,5-1 mm. 5464

Hab. in asseribus Aceris platanoidis ad Mustiala Fenniæ.

16. **Aposphæria nitidiuscula** Karst. in Hedwigia 1884, pag. 6. — Peritheciis sphæroideis, concavis vel cupulato-collapsis, subsuperficialibus, astomis, atris, nitidis, exiguis; sporulis elongatis, rectis, hyalinis, 3–4 ≍ 0,5. 5465

Hab. in ramulis siccis Aceris platanoidis in parœcia Nerpes Fenniæ.

17. **Aposphæria Leptospermi** Cooke in Grev. XIX, p. 91. — Peritheciis sparsis, erumpentibus, dein superficialibus, minutis, nigris, papillatis, intus albis; sporulis minutis, ovoideis, hyalinis, 3 ≍ 1. 5466

Hab. in cortice Leptospermi, Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

18. **Aposphæria subcorticalis** Karst. in Hedw. 1885, p. 74. — Peritheciis latere interiori corticis insidentibus, subgregariis vel sparsis, cupulato-collapsis, atris, glabris, subastomis, superficialibus, 0,2-0,3 mm. diam.; sporulis oblongatis, eguttulatis, rectis, hyalinis, 4 ≍ 1-2. 5467

Hab. ad ramos emortuos Sambuci, Aboa Fenniæ.

19. **Aposphæria nitens** Cooke et Mass. in Grev. XVI, p. 7. — Peritheciis gregariis, erumpentibus, nigris, nitentibus, globosis, papillatis, minusculis, demum fere superficialibus; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis, continuis, hyalinis, 10 ≍ 2-3. 5468

Hab. in ligno pineo dejecto, Kew Britanniæ.

20. **Aposphæria Broomeiana** Berk. Grev. XVI, p. 7. — Sporulis minutis, 2 ≍ 1,5. 5469

Hab. in ligno, Mortlake, King's Cliffe Britanniæ.

21. **Aposphæria coniosporioides** Karst. Hedw. 1889. — Peritheciis superficialibus, in acervulos exiguos conglomeratis, sphæroideis, 5470

atris, brunneis sub lente astomis, diam. usque ad 30 μ.; sporulis ellipsoideis, eguttulatis, hyalinis, 1 ≍ 0,5.

Hab. ad lignum mucidum in Minas Geraes Sitio.

22. **Aposphæria elevata** (Peck) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4354, 5471
Phoma elevatum Peck in 38 Rep. St. Mus. p. 95. — Peritheciis numerosis, minutis, rotundis, ovalibus vel hysteriformibus, matrice immersis sed pustulas elevatas vel rimas occupantibus, nigris; sporulis ovatis vel subellipticis, 8 ≍ 4, hyalinis.

Hab. in ligno decorticato arborum in montibus Adirondack Amer. bor.

23. **Aposphæria Aranea** Peck 42 Rep. p. 30. — Peritheciis sparsis 5472
v. gregariis, superficialibus, astomis, subglobosis, submembranaceis, irregulariter dehiscentibus, nigris, filamentis arachnoideis pallidis insidentibus et conspersis; sporulis ovoideis 3-4 ≍ 2,5.

Hab. ad dolium ligneum udum in cella vinaria, Flatbush Long Island Amer. bor. (Zabriskie).

24. **Aposphæria Cercidis** Wint. et Brun. Esp. Sphærops. p. 1. — Pe- 5473
ritheciis sparsis vel subconfertis, erumpenti-superficialibus, subconicis, nigris, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. diam., intus griseo-corneis, pertusis; sporulis ovoideis vel ovoideo-oblongis, 2-guttatis, hyalinis, 7-9 ≍ 3.

Hab. in seminibus ad legumina putria Cercidis Siliquastri, Rochefort Galliæ.

25. **Aposphæria leptosphærioides** Passer. Diagn. F. N. V, n. 31. — 5474
Peritheciis crebre sparsis ligno innatis dein erumpentibus, superficialibus, globosis atris, ostiolo acuto; sporulis cylindricis utrinque rotundatis, 2-guttulatis, hyalinis, 8-10 ≍ 2-2,5.

Hab. in caule sicco Pulicariæ viscosæ, Vigheffio prope Parma Ital. bor. — *Melanommatis leptosphærioidis* probabiliter spermogonium.

DENDROPHOMA Sacc. — Syll. III. p. 178.

1. **Dendrophoma Gleditschiæ** Pass. in Journ. hist. nat. Bord. 1885, 5475
p. 136, Brun. List. Sphærops. p. 21. — Peritheciis membranaceis, carbonaceis, sparsis vel gregariis, globulosis, erumpentibus, nigris; sporulis bacillaribus, hyalinis, 10-12 ≍ 3-3,5; basidiis longe ramosis, ramis in ramulos divisis.

Hab. in ramis emortuis Gleditschiæ Triacanthi, Saintes Galliæ.

2. **Dendrophoma affinis** Sacc. F. Rom. n. 47, fig. 8. — Peritheciis 5476
epiphyllis, areis arescentibus, pallidis, innatis, tectis, prominulis,

globulosis, minutis, $^1/_5$ mm. diam., poro pertusis, nigris; sporulis ovoideis, 2-guttulatis, exiguis, 3-4 ≍ 1, in basidiorum bacillarium rectorum, 25-30 ≍ 2, ramulis brevibus lateralibus insertis.

Hab. in foliis semi-emortuis Theophrastæ imperialis in hortis Romæ Italiæ. — Affinis *D. valsisporæ* sed basidiis non verticillato-ramulosis.

3. **Dendrophoma Tiliæ** Peck 39 Rep. p. 45. — Peritheciis minutis, 5477
sparsis, erumpentibus, nigris, intus albis; sporulis oblongis vel subcylindraceis, obtusis, hyalinis, 15-25 ≍ 7-5-8,75; basidiis filiformibus, ramosis.

Hab. in ramis emortuis Tiliæ Americanæ, Quaker Street Amer. bor.

4. **Dendrophoma Cephalanthi** Peck 39 Rep. p. 45. — Peritheciis mi- 5478
nutis, 500-625 μ. lat., erumpentibus, depressis, nigris; ostiolo papillato; sporulis copiosis, rectis vel subincurvis, hyalinis, 4-5 μ. long.; basidiis gracillimis, supra ramosis, 25-37,5 μ. long.

Hab. ad ramos emortuos Cephalanthi occidentalis, Karner Amer. bor.

5. **Dendrophoma Pini** Rich. Cat. Champ. Marn. p. 544. — Perithe- 5479
ciis hemisphæricis, rimoso-dehiscentibus; sporulis minutis, cylindraceis, curvis, basidiis ramosis fultis.

Hab. ad ramos ramulosque Pini silvestris, St.-Amand Loulanges Galliæ. — Spermogonium dicitur *Coccomycetis Pini.*

6. **Dendrophoma Mori** Berl. Add. Syll. n. 4651, F. Moric. tab. 49, 5480
f. 7-12. — Peritheciis ligno immersis, parte superiori pellucida, pertusa, conoidea, tantum prominulis; sporulis sphæroideis vel vix ovoideis enucleatis, 3-4 ≍ 3, denticulis basidiorum brevibus insertis vel acrogenis; basidiis cylindraceis septatis, ad septa denticulato-dilatatis vel nodulosis, 40-50 ≍ 3,5.

Hab. in ligno emortuo Mori albæ, Fiumicello Ital. bor.

7. **Dendrophoma teres** Berl. Add. Syll. n. 4650, F. Moric. tab. 49, 5481
f. 1-6. — Peritheciis globoso-conoideis, minutis 100-120 μ. diam., basi hyphis fuligineis cinctis, contextu laxe parenchymatico, sursum ostiolatis; sporulis numerosis, ovoideis, enucleatis, in cirrum expulsis, 3 ≍ 1,5; basidiis tereti-fusoideis, denticulatis vel brevissime ramosis furcatisque; denticulis sporulas sustinentibus, crassiusculis, subinde brevissimis.

Hab. in ramis emortuis Mori albæ, Fiumicello Ital. bor.

8. **Dendrophoma phyllogena** Trail Scot. Nat. 1887, p. 87, Grev. XV, 5482
p. 108. — Maculis pallidis; peritheciis numerosis, subepidermicis,

nigris, ellipsoideis, subpapillatis; sporulis cylindraceis, hyalinis, 8–12 ∞ 1,5–2; basidiis fasciculatis, 30-35 μ. long., 2 μ. basi crass., hyalinis, cylindraceis, ramulis brevibus, alternis præditis.

Hab. in foliis Ilicis Aquifolii, Aberdeen Scotiæ.

9. **Dendrophoma Marconii** Cav. App. Pat. Veg. p. 4, t. VI, f. 11-14. — Peritheciis sparsis, maculis cinereis, epidermide tectis, globoso-depressis, ostiolo subprominulo, 130-150 μ. diam.; basidiis simplicibus vel vage dichotomo-ramosis, septatis, hyalinis; sporulis pleiomorphis, ovatis ellipticis, teretiusculis, continuis, hyalinis, 4,5-6,5 ∞ 2–1,5. 5483

Hab. in caulibus Cannabis sativæ, Forlì Italiæ.

10. **Dendrophoma Convallariæ** Cav. Mat. Lomb. p. 18, t. II, f. 6. — Maculis oblongis, nervisequis, amphigenis, rufo-ochraceis; peritheciis tectis, minutissimis, nigris, globosis, astomis, 80-100 μ. lat.; basidiis cylindricis, septulatis, vage ramosis, hyalinis; sporulis perexiguis, bacillaribus, utrinque leviter incrassatis, 4-5 ∞ 1–1,5. 5484

Hab. in Convallaria majali, in horto botanico Pavia Ital.

11. **Dendrophoma coprophila** March. Champ. copr. VI, p. 9. — Peritheciis gregariis, superficialibus, e mycelio brunneo, copioso oriundis, globoso-depressis, 290-360 μ. diam., fuscescentibus; contextu dense parenchymatico, apice late pertusis, ore zona nigra papillosa distincte marginato; sporulis acrogenis, 2-guttulatis, ellipsoideis, rectis, utrinque rotundatis, 5,5–7 ∞ 2–3, tranquillis, in globulum mucosum, roseum denique expulsis; basidiis copiosis, fasciculatis, parum ramosis, irregulariter noduloso-articulatis, hyalinis, 15–25 μ. long. 5485

Hab. in fimo leporino, Boitsfort Belgii.

ASTEROMELLA Pass. et Thüm. — Syll. III, p. 182.

1. **Asteromella quercifolii** C. Mass. Contr. Mic. Ver. pag. 131, t. 5, f. 32. — Peritheciis minutis, subglobulosis, hypophyllis, nigris, parietibus membranaceis, in soros punctiformes coalitis; soris crebre disseminatis, maculas parvas, amphigenas, rufescentes, in pagina superiore folii sæpe obscuriores, efficientibus, primum epidermide tumidula velatis, demum rimose erumpentibus; sporulis exilissimis, breviter bacillaribus, hyalinis, continuis, utrinque obtusis, 2–4 ∞ 0,7-1. 5486

Hab. in foliis languidis vel emortuis Quercus Roboris, Tregnago in agro veronensi Ital. bor.

2. **Asteromella vulgaris** Thuem. M. U. n. 1892 et 2092. — Perithe- 5487

ciis numerosissimis maculas parvas indistinctas griseas efficientibus, dense gregariis, hypophyllis, subglobosis, subemersis, nigricantibus; sporulis numerosis, bacillaribus, continuis, plerumque subcurvis, utrinque truncatis, 3,5-4 ≃ 1, hyalinis.

Hab. ad folia languida Cratægi oxyacanthoidis et Gleditschiæ Triacanthi, Parma Ital. bor. (Passerini).

3. **Asteromella epitrema** Cooke in Grev. XX, p. 6. — Maculis epiphyllis, nigris, suborbicularibus vel confluentibus, mycelio ex hyphis brunneis sejunctis efformato; peritheciis minutis, subglobosis, membranaceis; sporulis numerosis, subfusoideis vel anguste ellipsoideis, continuis, guttulatis, hyalinis, 10-12 ≃ 3. 5488

Hab. in foliis Tremæ asperæ, Zandina, Queensland Australiæ (Bailey) socio *Dimerosporio parvulo.*

4. **Asteromella Acaciæ** Cooke in Grev. XIX, pag. 5. — Peritheciis numerosissimis, maculam atram efficientibus, dense congestis, minutis, vix 25 μ. excedentibus, atris membranaceis, poro pertusis; sporulis arcte ellipticis, continuis, hyalinis, rectis, 2,5 ≃ 1. 5489

Hab. in phyllodiis Acaciæ, Wedderburn Australiæ (Martin).

5. **Asteromella æsculicarpa** Cooke et Mass. in Grev. XVI, p. 7. — Maculis effusis; peritheciis immersis, sparsis, minutis, nigris, epidermidem demum rumpentibus; sporulis subcylindricis, obtusis vel allantoideis, continuis, hyalinis, 10-12 ≃ 3-4. 5490

Hab. in pericarpio Æsculi Hippocastani dejecto in horto kewensi Britanniæ.

6. **Asteromella gaboonensis** Cooke et Mass. in Grev. XV, p. 111. — Epiphylla; maculis fumosis, orbicularibus vel confluentibus; peritheciis gregariis, minutis, atris, hemisphæricis, membranaceis; sporulis ovalibus, continuis, hyalinis, 6 ≃ 4. 5491

Hab. in foliis herbaceis subemortuis, Gaboon Africæ occid.

7. **Asteromella myriadea** Cooke in Grev. XIX, p. 3. — Peritheciis minutissimis, numerosis, hypophyllis, maculam obscuram efficientibus, dense gregariis, globosis, emersis, atris; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis vel paullum curvulis, 12 ≃ 2-3, hyalinis. 5492

Hab. in foliis coriaceis, Nova Zelandia (Colenso).

8. **Asteromella perpusilla** Speg. F. Puigg. n. 415. — Maculis epiphyllis, pallescentibus, determinatis 2-5 mm. diam., linea tenuissima rufescente cinctis; peritheciis laxe gregariis, superficialibus, globosis, 40-50 μ. diam., olivaceo-atris; sporulis cylindraceis, hyalinis, 7-8 ≃ 2,5-3, utrinque obtusissimis. 5493

Hab. ad folia viva plantæ cujusdam ignotæ pr. Apiahy Brasiliæ.

CLEROTIOPSIS Speg. — Syll. III, p. 184.

Sclerotiopsis Cheiri Oud. Microm. I, p. 4. — Perithecns numerosissimis, sclerotio brunneo, apice multo pallidiore v. albo, ceraceo-fragili immersis, sporulis ellipticis, 3 ≈ 1,5, hyalinis, utrinque obtusis, 2-guttatis; basidiis 1-sporis, numerosissimis, 23-25 ≈ $1\frac{1}{6}$. 5494

Hab. in caule putrescente Cheiranthi Cheiri in horto botanico Amstelædamensi Hollandiæ. — Sclerotia seminis *Sinapeos albæ* magnitudine, inter fibras annuli lignosi abscondita.

LENODOMUS Preuss — Syll. III, p. 184.

Plenodomus microsporus Berl. Exc. Frioul p. 22. — Peritheciis sparsis, primo tectis, dein epidermide secendente liberis superficialibusque, sæpe difformibus, irregulariter plicatis tuberculatis, forma variis, usque ad $^3/_4$ mm. diam., nigris, sursum depressis et subinde umbilicatis, primo astomis, dein pertusis, intus cavitate unica præditis, tunica peritheciorum, e stratibus pluribus cellularum, carnem ceraceam facillime in laminas tenuissimas cultro scissam, cum carne sclerotiorum plurimorum comparandam efficientibus formata; basidiis brevissimis, ambitum totius cavitatis obtegentibus, 1-sporis; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, utrinque 1-guttatis, 10-12 ≈ 2,5 ≈ 3. 5495

Hab. in caulibus emortuis Sedi Telephii, Osoppo ia agro forojuliensi Ital. bor.

Plenodomus Mollerianus Bres. Fung. Lusit. p. 6. — Peritheciis carbonaceis, rigidis, subhemisphæricis, basi subapplanatis, superficialibus, glabris, atris, primum clausis, demum substellatim v. irregulariter ruptis, $^3/_4$–1 mm. lat.; contextu parenchymatico; sporulis hyalinis, subfusoideo-curvatis, utrinque subacutis, 6-8 ≈ 1,5-2, basidiis flocciformibus seu ex hyphis filiformibus, ramosis v. subverticillato-ramosis compositis, duplo v. triplo quam sporulis longioribus. 5496

Hab. in foliis Eucalypti Globuli ad Cerca de S. Bento pr. Coimbra Lusitaniæ. — Species ad *Dendrophomam* vergens.

SPHÆRONÆMA Fr. — Sacc. Syll. III, p. 185.

Sphæronæma levirostre (Karst.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4356, *Rhynchophoma levirostris* Karsten Symb. pag. 154. — Peritheciis 5497

superficialibus, sparsis vel gregariis, sphæroideis vel subovoideo-sphæroideis, fragilibus, rugulosis, atris, opacis, rostro cylindraceo-flexuoso, levi perithecio duplo vel quadruplo longiore, circit. 0,4 mm. diam.; sporulis ellipsoideis vel oblongatis, rectis vel leniter curvulis simplicibus, 4–6 ≈ 2.

Hab. supra lignum vetustum Populi tremulæ in regione mustialensi Fenniæ.

2. **Sphæronæma Solandri** Cooke in Grev. XIX, p. 3. — Peritheciis gregariis, cylindricis, subtruncatis, atris, levibus; sporulis ovatis, hyalinis, 3–5 ≈ 2. 5498

Hab. in ligno Fagi Solandri, Nova Zelandia.

3. **Sphæronæma disseminatum** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 358. — Peritheciis sparsis v. superficialibus, ovoideo-conoideis, glabris, levibus, atro-olivaceis?, 0,3 mm. alt.; sporulis fusoideo-oblongatis, rectis, eguttatis, hyalinis, 3–4 ≈ 1. 5499

Hab. in ligno mucido Pini pr. Burdigalam Galliæ (Durieu de Maissonneuve).

4. **Sphæronæma canum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 147. — Peritheciis primo cortice tectis, depresso-hemisphæricis, 1 mm. v. ultra diam.; collo centrali, cylindraceo, valido, recto, nigro, circ. 1 mm. longo, apice incrassato subovato, griseo, strigoso; sporulis ovato-oblongis v. ovato-ellipsoideis, guttatis, hyalinis, 7–10 ≈ 3–4, basidiis cylindraceis, 15–20 ≈ 2 fultis, stratum compactum, corneo-albidum efformantibus. 5500

Hab, in ramis emortuis Negundinis aceroidis, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman et Swingle). — Habitus *Sph. pruinosi* et *Stilbi gigantei*.

5. **Sphæronæma exiguum** Karst. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Peritheciis sparsis, e basi cortice insculptis, superficialibus, inferne conoideo-ovoideis, sursum in ostiolum cylindraceum, breve attenuatis, nigris, circ. 150 μ. diam; sporulis ellipsoideis, continuis, eguttulatis, hyalinis, 3–4 ≈ 2. 5501

Hab. in cortice vetusto Betulæ in Gallia (P. Hariot).

6. **Sphæronæma sphæropsideum** E. et Ev. Proc. Ac. Phil. 1891, p. 78. — Peritheciis sparsis, conicis, 0,5 mm. diam., cortice interiore immersis, per epidermidem ruptam erumpentibus; collo subulato, gracili, 0,5–1 mm. long.; sporulis oblongis, hyalinis, 12–20 ≈ 6–8, in globulum albidum expulsis; basidiis sporulis subæquilongis, 2,5–3 μ. cr., filamentis (basidiis sterilibus?) sporulas ad paraphysum instar superantibus, immixtis. 5502

Hab. in ramis emortuis Fraxini, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

7. **Sphæronæma tenuirostre** Cooke in Grev. XVI, p. 15. — Gregarium; peritheciis nigris, depresso-globosis, subepidermicis; collo epidermidem perforante, longo, gracili, apicem pallidum versus sensim attenuato, perithecii diametro 3-4-plo longiore; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis v. subcurvis, continuis, hyalinis, 21 ≈ 5; basidiis longis. 5503

Hab. in corticibus, Westbrook Maine (Rev. E. C. Bolles).

8. **Sphæronæma leporum** March. Cham. copr. VI, p. 10. — Peritheciis sparsis, superficialibus, sphæroideis, contextu sat dense celluloso, 500-700 μ. diam., fusco-atris, ostiolo brevi, circiter 60-90 μ. long.; sporulis elliptico-oblongis, rectis, utrinque obtusiusculis, chlorino-hyalinis, eguttulatis, 4,5-5,4 ≈ 1,6; basidiis obsoletis. 5504

Hab. supra fimum leporinum in silvis abiegnis Eelen, Limbourg Belgii, sociâ *Philocoprâ pleiosporâ*, cujus forte status spermogonicus.

9. **Sphæronæma sticticum** Berk. Fl. Antarc. II, 450. — Minutissimum, punctiforme, innatum, atrum, nitidum, demum collapsum; sporulis minutissimis, ellipticis. 5505

Hab. in foliis Fagi antarcticæ ad Caput Storn Amer. austr.

10. **Sphæronæma nigrificans** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIV, p. 17. — Peritheciis sparsis, erumpenti-superficialibus, macula ambiente, indeterminata, nigricante insidentibus, irregularibus, rotundato-depressis, varie compressis v. inæqualibus, recentibus, olivascentibus, mollibus, siccis, atris, nitidulis, rostro cylindraceo, diametrum perithecii nonnumquam æquante instructis, 0,3-0,4 mm. lat.; sporulis oblongatis, utrinque obtusis, rectis, sæpe guttulis 2-minutis apicalibus præditis, hyalinis, 6-9 ≈ 2-3. 5506

Hab. in petiolis foliorum putrescentium Cochleariæ Armoraciæ in horto mustialensi Fenniæ.

11. **Sphæronæma innatum** Karst. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Peritheciis innatis, sphæroideis fragilibus, atris, intus nitidis, circ. 0,2 mm. diam.; rostro erumpente, cylindraceo, stricto v. flexuoso, truncato, atro, perithecio duplo longiore; sporulis cylindraceis, leniter curvulis, guttulis 2 apicalibus præditis, hyalinis, 4-6 ≈ 2. 5507

Hab. ad caules aridos Passifloræ cœruleæ, quos, ut videtur, nigrificat, in Gallia (P. Hariot). — Forte est species *Ceratostomellæ* sed asci non inventi.

12. **Sphæronæma fimbriatum** (E. et H.) Sacc. *Ceratocystis fimbria-* 5508

ta Ell. et Halst. Bull. N. Jers. Agr. Stat. n. 76, p. 14. — Peritheciis globulosis, hyphulis hyalinis septatis cinctis, 100-200 μ. diam. in ostiolum cylindricum quadruplo longius 20-30 μ. cr. productis, ostiolo apice fimbriato pallidiore; sporulis globoso-ellipsoideis intus granulosis, hyalinis, 5-9 μ. diam. (diu aqua immersis, 12-17 ≈ 9-15).

Hab. in tuberculis Batatæ edulis, cui morbum (*Sweet-potato black rot*) affert, New Jersey Amer. bor. — Adsunt simul et forte metagenetice connexæ formæ *Chalaræ* v. *Cylindrio* et *Hadrotricho* affines.

13. **Sphæronæma Lycopersici** Plowr. Fung. Dis. Tomato p. 3. f. 1. 5509
— Peritheciis minutis, 150 μ. diam. sphæricis, subconcentrice dispositis; sporulis minutis, cylindraceis vel subbotuliformibus, hyalinis, non vel guttatis, 10 ≈ 2-3, in globulum sordide carneum expulsis.

Hab. in fructibus Solani Lycopersici prope King's Lynn in Britannia. — *Sphæronæma concors* B. et C., Sacc. Syll. III, p. 198, sec. specim. orig. (ad folia Cyperi in Carolina) in Ravenel Carol. II, n. 64 est *Darluca Filum* (Biv.) Cast.

CHÆTOPHOMA Cooke — Sacc. Syll. III, p. 199.

1. **Chætophoma eutricha** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 8. — My- 5510
celio epiphyllo, maculas nigras, epiphyllas, sæpe confluentes, senio sæpe pulveraceo-secedentes formante; hyphis mycelicis effusis, filiformibus, ramoso-anastomoticis, subseptatis, ubique nodulos hemisphæricos, unilaterales gerentibus, fuligineis; peritheciis punctiformibus, subastomis, nigris, hyphis cinctis; sporulis oblongo-allantoideis, curvulis, 4 ≈ 1,5, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Castanospermi australis, Logan Australiæ (Rev. Scortechini). — Habitus *Meliolæ*, cujus spermogonium verisimiliter sistit.

2. **Chætophoma Sollæ** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 46. — Hypophyl- 5511
la, sparsa v. maculiformis; hyphis byssoideis repentibus parcis fuligineis; peritheciis globosis, fuscis, gregariis v. sparsis, 30-75 μ. diam., contextu fibroso, fumido; sporulis bacteroideis, hyalinis, 2,5 ≈ 1,5.

Hab. in foliis Quercus pubescentis pr. Trieste (prof. Solla). — A speciebus omnibus quercicolis a Cooke in Grevillea descriptis (vol. 7, p. 24, tab. 118, f. 1-3) videtur diversa.

3. **Chætophoma microstoma** Speg. F. Puigg. n. 413. — Peritheciis 5512

sparsis, globulosis, atris, glabris, minute ostiolatis; sporulis ellipsoideis, utrinque obtusis, majuscule 2-guttatis, 5-6 ≈ 2,5-3.

Hab. ad folia languida Sapindaceæ cujusdam in dumetis prope Apiahy Brasiliæ. — Mycelium ac perithecia ut in *Dimerosporio? microstomo*, cujus statum sporuliferum sistit.

4. **Chætophoma Melianthi** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 178. — Peritheciis minutis, 50-60 μ. diam., subglobosis, glabris, pallide brunneis, apice pertusis; sporulis ovoideis, hyalinis, 3-4 ≈ 2, demum cirrose expulsis. 5513

Hab. in foliis Melianthi majoris, socio *Cladosporio*, Quito Amer. austr. (Lagerheim).

5. **Chætophoma macrospora** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 358. — Subiculis rotundato-difformibus, sæpe confluentibus, plano-convexulis, velutinis, circ. 3 mm. lat., ex hyphis densissime intricatis, ramosis, articulatis, fuscis, contextis; peritheciis in subiculo nidulantibus, membranaceis, tenuissimis, fragillimis exiguis, sphæroideis; sporulis ellipsoideis, hyalinis, 26-28 ≈ 12-14. 5514

Hab. ad corticem Sciadophylli capitati, Saint Thomas Indiæ occidentalis (Eggers).

6. **Chætophoma? Ampullula** Speg. Guar. I, p. 143. — Peritheciis superficialibus, globosis, brevissime subampulliformibus ex ostiolo papillulato, crassissimo, late perforato, margine fimbriatulo, minutis, 60-70 μ. diam., membranaceis, contextu parenchymatico, olivaceo-fuligineo, subiculo parcissimo, radiante, fibrillis atris, opacis, rectiusculis constituto, insidentibus; sporulis ellipticis, utrinque obtusiusculis, 2-guttatis, 5-6 ≈ 2,5-3, hyalinis vel chlorino-fumosis. 5515

Hab. ad folia viva plantæ ignotæ cujusdam, sociâ *Meliolâ dubiâ*, in silvis prope Guarapi Brasiliæ. — Species pulcherrima, peritheciis vere singularibus distinctissima.

7. **Chætophoma? Asterinarum** Speg. F. Puigg. n. 412. — Peritheciis sparsis, globosis, astomis, atris, pilis circinatis adspersis; sporulis cylindraceo-fusoideis utrinque subtruncatulis 20-22 ≈ 2,2-5, continuis v. rarius spurie 1-pseudoseptatis, chlorinis. 5516

Hab. ad folia viva plantæ ignotæ in Asterina parasitans pr. Apiahy Brasiliæ. — Mycelium et perithecia ut in *Dimerosporio Asterinarum*, cujus statum sporuliferum sistit.

8. **Chætophoma? perpusilla** Speg. F. Puigg. n. 414. — Peritheciis globoso-ovatis, atris, glabris, astomis, 40-60 μ. diam.; mycelio tenuissimo olivaceo, ex hyphis 2-4 μ. cr. composito; sporulis naviculari-elongatis, chlorinis, 10 ≈ 2,5-3, utrinque obtusiusculis. 5517

Hab. in mycelio Asterinæ pseudopelliculosæ parasitans ad folia viva Ipomeæ cujusdam pr. Apiahy Brasiliæ.

9. **Chætophoma maculans** Winter in Journ. of Myc. 1885, p. 123. — 5518
Peritheciis minutis, globosis, poro pertusis, fuscis, membranaceis, 70 μ. diam., in macula rotundata vel subirregulari, magna (usque 25 mm. lata), fusca, demum fusco-atra, margine indeterminato, pallidiore cincta, interdum autem a linea atra limitata, amphigenis, superficialibus, mycelio repente, ramoso, septato, fusco, subdenso insidentibus; sporulis numerosissimis et minutissimis, ellipticis, hyalinis, unicellularibus, vix 2 μ. longis.

Hab. ad folia viva languidave Silphii terebinthacei, Missouri Amer. bor.

10. **Chætophoma Antirrhini** Rich. Cat. Champ. Marn. n. Suppl. — 5519
Peritheciis brunneis, subsphæricis, dein collapsis, glabris basi fibrillis radiantibus præditis; ostiolo centrali; sporulis ovato-oblongis, hyalinis, numerosissimis, 4 μ. long.

Hab. in capsulis Antirrhini majoris, St.-Amand Galliæ.

11. **Chætophoma? Maydis** Speg. F. Guar. I, pag. 143. — Peritheciis 5520
globosis, 50-90 μ. diam., astomis (an semper?), primo pellucidis, ex hyalino chlorinis, dein præcipue in parte supera, atris, glabris, levibus, tenui-membranaceis, sparsis v. hinc inde laxe glomerulatis, contextu pellucido, indistincto donatis, hypothallo mucoso-granuloso, sæpe per ætatem evanescente insidentibus; sporulis ellipticis, utrinque obtuse rotundatis, 2,5-3,5 ≃ 1,5-2, hyalinis.

Hab. ad folia dejecta putrescentia Zeæ Maydis nec non (rarius) Sacchari officinarum pr. Guarapì Brasiliæ.

12. **Chætophoma filamentifera** (Karst.) Berl. et Vogl. Add. Syll. 5521
n. 4359, *Phoma filamentifera* Karst. Symb. XV, p. 153. — Peritheciis laxe gregariis, innatis, oblongatis vel ellipsoideis, raro rotundatis, hyphis repentibus, ramosis, septatis, fuscescentibus, longis obsessis, contextu distincte laxiuscule celluloso, fuligineo, ostiolo obtusiusculo, brevi, perforante, circiter 0,2 mm. lat.; sporulis oblongis, rectis, eguttulatis, chlorino-hyalinis, 8-9 ≃ 3-3,5.

Hab. in foliis exsiccatis Graminum ad Mustiala Fenniæ.

13. **Chætophoma Oryzæ** Cav. Mat. Lomb. p. 48, t. II, f. 7. — Peri- 5522
theciis superficialibus, seriatis, atro-olivaceis, globoso-depressis, medio subexcavatis, ostiolo prominulo pertusis, primo filamentis byssoideis, fuligineis, septatis ramosisque, tectis, demum glabris, nitentibus, 300-350 μ. diam.; basidiis papillæformibus hyalinis, bre-

vissimis; sporulis oblongis, ellipticis vel ovatis, dilute olivaceis, 10–13 = 4–5.

Hab. in vaginis, pedunculis et glumis Oryzæ sativæ, Carbonara al Ticino pr. Pavia Italiæ bor.

ASTEROMA DC. — Syll. III, p. 201.

1. **Asteroma ribicolum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 148. — Epiphyllum; fibrillis ramosis, radiatim effusis, maculas atras, orbiculares, 1 cm. vel ultra diam. efformatibus, dense gregatis; peritheciis, apice evanido excepto, nigris, sterilibus, minutis, tectis. 5523

Hab. in foliis vivis Ribis floribundi, Helena, Montana Amer. bor. (Rev. F. D. Kelsey).

2. **Asteroma Solidaginis** Cooke in Grevillea XIV, p. 40. — Peritheciis minutis, in maculis obscuris suborbicularibus collectis, mycelio tenui, brunneo, crustaceo, reticulato, plus minusve radiante insidentibus; sporulis ellipsoideis, minutis, hyalinis, continuis. 5524

Hab. in foliis vivis Solidaginis ellipticæ, Kew Britanniæ.

3. **Asteroma Daturæ** Brun. Miscell. mycol. p. 16. — Maculis primo rotundatis, dein irregularibus, nigro-brunneis, fibrillis marginalibus, ramosis, gracillimis præditis; peritheciis valde adproximatis, numerosissimis, globosis, nigris, minutissimis, acervulos maculiformes interdum latiusculos efformantibus; sporulis globulosis, admodum minutis, hyalinis. 5525

Hab. in caulibus emortuis Daturæ Stramonii, Clermont-Ferrand Galliæ (Héribaud).

4. **Asteroma Scrophulariæ** Brun. Miscell. mycol. p. 16. — Maculis oblongo-elongatis, brunneis, fibrillis marginalibus, parum distinctis, dein evanidis præditis, demum nigrescentibus; peritheciis numerosis, nigris, nitentibus, minutis, astomis; sporulis perexiguis. 5526

Hab. in caulibus emortuis Scrophulariæ nodosæ, Clermont-Ferrand Galliæ (Héribaud).

5. **Asteroma Phaseoli** Brun. Champ. Saint. p. 338. — Maculis rotundis vel subrotundis, sparsis, subinde confluentibus, nigro-brunneis, fibrillis pallidioribus, longis, interdum ramosis; peritheciis parum numerosis, sparsis, globulosis, erumpentibus; sporulis oblongis, 3–4 = 2,5, hyalinis. 5527

Hab. in leguminibus exsiccatis Phaseoli vulgaris, Pessines prope Saintes Galliæ. — *Asteroma corallinum* Mont. in Lév. Ann. Sc. nat. 1846, p. 284 (nomen), Syll. III, p. 215, est *Meliola corallina* Mont., Syll. I, p. 62.

CICINNOBOLUS Ehrenb. — Syll. III, p. 216.

1. **Cicinnobolus Plantaginis** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 38. — Peritheciis setis erectis, brevibus, hyalinis præditis, acrogenis, clavatis v. piriformibus, 70 ≃ 35, stramineis, vertice pertusis; sporulis breviter ovoideis, rectis, utrinque rotundatis, hyalinis, 7 ≃ 3⅔, eguttatis, tandem in cirros exsilientibus. 5528

Hab. parasiticus in mycelio *Oidii erysiphoidis* ad folia Plantaginis majoris, La Haye Nederlandiæ (Destrée).

2. **Cicinnobolus Humuli** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 73. — Peritheciis pycniformibus, ovoideis, oblongis nec non globulosis, minutissimis, pedicellatis aut sessilibus; sporulis oblongis, ovoideis, rectis minimeve curvulis, 2-guttulatis, 4,6 ≃ 3, in maturitate 9,8 ≃ 3. 5529

Hab. supra Oidium erysiphoides in foliis Humuli Lupuli in Gallia (F. Fautrey).

3. **Cicinnobolus cotoneus** Pass. in Thuem. M. U. n. 1668, Diagn. p. 13. — Peritheciis clavatis v. ellipsoideis, fusco-luteis, reticulatis; sporulis immersis, cylindricis, apicibus subrotundatis, utrinque 1-guttatis, 7 ≃ 2,5. 5530

Hab. ad folia viva Cydoniæ vulgaris in horto botanico parmensi Ital. bor. (prof. Passerini).

4. **Cicinnobolus parasiticus** (Cocc.) Sacc., *Phyllosticta parasitica* Cocc. Simb. funghi p. 20, t. I, f. 2. — Peritheciis globulosis, membranaceis, 75 μ. diam., poro rotundo pertusis; sporulis cirrose expulsis, ovoideis, continuis, hyalinis, 4-5 ≃ 2,5-3. 5531

Hab. parasitice ad perithecia Phyllactiniæ suffultæ Porretta Italiæ.

SIROCOCCUS Preuss — Syll. III, p. 217.

1. **Sirococcus brasiliensis** Speg. F. Puigg. n. 416. — Maculis nullis; peritheciis subepidermicis, lenticularibus, 3-5-gregariis, 150-200 μ. diam., atris, glabris, ostiolatis; contextu parenchymatico parum distincto; ostiolo rotundo, 10 μ. diam.; sporulis ellipticis, catenulatis, hyalinis. 5532

Hab. ad folia dejecta putrescentia Bignoniaceæ cujusdam in silvis pr. Apiahy Brasiliæ.

PYRENOCHÆTA De Not. — Sacc. Syll. III, p. 219.

1. **Pyrenochæta Berberidis** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1630. — Peritheciis pilis nigris coronatis; sporulis basidiis dendroideo-ramosis fultis. 5533

Hab. in ramis decorticatis Berberidis vulgaris, St.-Amand Marne Galliæ.

2. **Pyrenochæta Briardi** P. Har. Journ. de Bot. 1891, p. 170. — Peritheciis apice pilosis, congestis v. sparsis, interdum confluentibus, $^1/_5$-$^1/_3$ mm. diam., subepidermicis, erumpentibus, atris, lenticularibus, depressis, pilis rigidis, subulatis, atris, continuis, 48-60 ≍ 4-6; sporulis oblongis, cylindraceo-fusiformibus, obtusis, rectis v. curvulis, hyalinis, aliquando 1-2-guttatis, 16-20 ≍ 5-7. 5534

Hab. ad ramos aridos Rubi Idæi, Méry-sur-Seine, Aube Galliæ.

3. **Pyrenochæta Rubi-idæi** Cav. Mat. Lomb. p. 18, t. II, f. 8. — Maculis hypophyllis, amplis, orbicularibus, fusco-olivaceis; peritheciis superficialibus, sparsis, globoso-piriformibus, initio flavescentibus, pellucidis, demum olivaceo-brunneis, setis rigidiusculis, septulatis, superne vestitis; contextu parenchymatico, tenui, laxo; ostiolo obsoleto v. nullo; basidiis cylindraceis, simplicibus aut ramosis, septulatis, 12-30 ≍ 2; sporulis bacillaribus, rectis vel curvulis, hyalinis, 2-3-guttatis, 5,5-6,5 ≍ 1,5-2. 5535

Hab. in foliis Rubi idæi pr. Pavia Italiæ.

4. **Pyrenochæta Vitis** Viala et Sauv. in Journ. de Bot. 1891, p. 357, t. V, f. 1-9. — Peritheciis globoso-conicis, immersis, ostiolo erumpente prominulo hyphis filiformibus, flexuosis, brunneis, asperulis, deflexis coronato; sporulis tereti-oblongis, obtusulis, leviter curvis, hyalinis, nubilosis, 19 ≍ 5; basidiis teretiusculis sporulâ paullo brevioribus. 5536

Hab. in foliis Vitis ripariæ, V. Labruscæ, V. cordifoliæ, V. æstivalis Massachussetts, Texas Amer. bor. — Socia adest *Phomæ* species peritheciis lenticularibus, 93 ≍ 75; sporulis bacillaribus 4 ≍ 1,5 hyalinis.

5. **Pyrenochæta Myrtacearum** Speg. F. Puigg. n. 417. — Maculis orbicularibus, determinatis, albido- vel cinerescenti-arescentibus, 2-3 mm. lat,; peritheciis laxe gregariis, lenticularibus, 80-90 μ. diam., ostiolato-barbatulis; ostiolo rotundo, pilis paucis, rigidis, 20-50 ≍ 5 coronato; sporulis e globoso-ovoideis, hyalinis, 2-4 ≍ 2. 5537

Hab. ad folia viva Myrtaceæ cujusdam in dumetis pr. Apiahy Brasiliæ.

6. **Pyrenochæta Engleri** Speg. F. Guar. II, n. 161. — Peritheciis parvulis, 150-180 μ. diam., globoso-conoideis, atris, epidermide velatis, apice erumpentibus, ac pilis nonnullis atro-fuligineis, continuis, 40-60 ≍ 4-5, obtusiusculis, rectis v. vix flexuosulis subpenicillatim 5538

laxe vestitis, subastomis, membranaceis, pellucidis, parenchymatico-olivaceis, densiuscule aggregatis, plagulas atras, velutinas, latiusculas efficientibus; sporulis elliptico-ovoideis vel subcylindraceis, utrinque obtusis, 16-20 ≈ 5, rectis v. inæquilateralibus, non v. granuloso-farctis, hyalinis.

Hab. ad petiolos emortuos putrescentes Pothi pinnatifidæ in silvis pr. Guarapì Brasiliæ.

7. **Pyrenochæta leptospora** Sacc. et Briard, Rev. myc. 1889, p. 16. 5539
— Peritheciis innatis, subepidermicis, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. diam., pilis brunneis, simplicibus, 150-170 ≈ 4-5, obsitis; sporulis numerosis, subosciliantibus, oblongis vel ovoideis, cylindraceis, obtusis, hyalinis, 4-5 ≈ 1,5.

Hab. in culmis siccis Milii effusi, Troyes Galliæ.

8. **Pyrenochæta decipiens** March. Champ. copr. VI, p. 8. — Peritheciis sparsis, superficialibus, globosis, 150-200 μ. diam., contextu densiuscule parenchymatico, rufo-brunneis, vertice paulum attenuatis, setis rigidis fuscis, 50-80 ≈ 3,8-4,5, parce septatis, ostiolo minuto pertusis, basidiis exoletis; sporulis copiosissimis, rectis, ovoideis, utrinque rotundatis, 3,5-4,5 ≈ 2-2,3, 2-guttulatis, hyalinis. 5540

Hab. in fimo leporino, Malaise, Brabant.

VERMICULARIA Fr. — Sacc. Syll. III, pag. 221.

1. **Vermicularia minuta** (Link) Lib. Crypt. IV, n. 350 (1837), Syll. III, pag. 228. — Setæ perithecii aciculares basi bulbillosæ, septulatæ, 150 ≈ 5; sporulæ cylindraceo-fusoideæ vel subclavatæ, utrinque obtusiusculæ 20-22 ≈ 4 continuæ. — Occurrit quoque in caulibus herbarum in Arduennis.

2. **Vermicularia velutina** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 54. — Dense gregaria; peritheciis membranaceis, erumpentibus, depresso-hemisphæricis, 70-80 μ. diam., pilis rectis, nigro-ardosiacis, 50-100 ≈ 3-4 dense vestitis; sporulis leniter incurvis, subhyalinis, guttulatis, 18-22 ≈ 3-3$^1/_4$, utrinque subacutis. 5541

Hab. in caulibus dejectis herbaceis, St. Martinsville, Louisiana Amer. bor. (Rev. A. B. Langlois).

3. **Vermicularia asclepiadea** Pass. I. Elenc. Funghi Parm. n. 40 in Comm. Soc. critt. ital. II, p. 440. — A *V. Dematio* differt setis crassioribus, subclavatis, parum numerosis. 5542

Hab. in caulibus siccis Asclepiadis phytolaccoidis, Parma Ital. bor.

4. **Vermicularia solanoica** Fairm. Contr. Myc. West. N. Y. p. 49. — 5543

Peritheciis superficialibus, numerosis, nigris, 150-175 μ. diam.; setulis paucis, plerumque 1-septatis, subinde continuis, longitudine variis, majoribus sensim acuminato-attenuatis, brunneolis, apicibus subhyalinis, 75-100 ≍ 5 (basi); sporulis oblongis, fusoideis, subarcuatis, 25-30 ≍ 2,5-3, dilute viridibus, continuis vel prope centrum vix 1-septatis, granulosis, guttatis.

Hab. in caulibus emortuis Solani Dulcamaræ, Ridgeway Orleans Co, New York Amer. bor.

5. **Vermicularia Dematium** (Pers.) Fr. — Syll. III, p. 215. — Var. **fennica** Kart. Symb. XX, p. 95. — Peritheciis oblongatis vel conoideo-rotundatis, subinde confluentibus, vertice setulis atris, usque ad 0,4 mm. long. obsessis, usque ad 0,5 mm. lat.; sporulis fusoideo-elongatis, utrinque apice acutiusculis, curvulis, sæpe spurie 1-septatis, 21-24 ≍ 2,5-4. 5544

Hab. in caulibus emortuis Umbelliferarum prope Mustiala Fenniæ.

6. **Vermicularia complanata** Karst. Sphærops. Fennic. pag. 67. — Peritheciis gregariis, raro sparsis, superficialibus, liberis, complanatis, orbicularibus, subastomis, pallescentibus, intus albidis, membranaceis, tenuissimis, contextu arcte minuteque celluloso, undique pilis fuscis, decumbentibus, repentibus, æqualibus vix articulatis, unicoloribus, usque ad 425 μ. longis et 3-5 μ. cr. densissime vestitis, 0,1 mm. vel paullo ultra latis; sporulis fusoideo-elongatis vel cylindraceis, rectis vel leniter curvulis, simplicibus, hyalinis, 4-6 ≍ 0,5-1; basidiis filiformibus, ramosis, 30-45 ≍ 2-3. 5545

Hab. in caulibus aridis Umbelliferarum majorum prope Mustiala Fenniæ. — Ubi basidia constanter ramosa, genus novum *Pyrenochætella* a cl. Karsten propositum (Hedw. 1885, pag. 74) servari meretur.

7. **Vermicularia phlogina** Fairm. Bot. Gaz. 1887, p. 67. — Peritheciis teneris, minutis, superficialibus, setulis varie longis, continuis vel septatis, fuscis, sursum pallidioribus, 60-100 ≍ 5-7, apice obtusis laxe vestitis; sporulis oblongo-fusoideis, curvulis, plasmate medio imperfecte partito, 15-20 ≍ 2,5-3. 5546

Hab. in foliis Phlogis divaricatæ, Ridgeway Orleans County N. Y. Amer. bor. — A *V. coptina* peritheciis minoribus, pallidioribus etc. differt.

8. **Vermicularia Ranunculi** Briard Rev. Myc. 1889, p. 16. — Peritheciis epiphyllis, globulosis, nigris, nitentibus, $^1/_8$-$^1/_7$ mm. diam., pilis rectis, rigidis, cuspidatis, basi saturate brunneis supra sub- 5547

hyalinis, 1-2-septatis, 60-100 ≃ 8; sporulis fusoideis, obtusiusculis, guttulato-granulosis, curvis vel subrectis, hyalinis, 24-28 ≃ 4.

Hab. in foliis emortuis Ranunculi auricomi, sociâ *Ramulariâ æquivocâ*, Aube Galliæ.

9. **Vermicularia sparsipila** Ell. et Kell. in Journ. Myc. 1888, p. 26. — Maculis sordide brunneis, irregularibus, 0,5-1 cm. diam.; peritheciis epiphyllis erumpentibus, pallidis, 75 μ. diam., subastomis, dense sparsis, prope apicem pilis paucis (2-6), erectis, atro-brunneis, continuis, 40-60 ≃ 5 præditis; sporulis oblongo-ellipsoideis, 2-guttatis, 18-20 ≃ 5-6, utrinque obtusis. 5548

Hab. in foliis viventibus Callirrhois involucratæ, Rooks Co., Kansas Amer. bor. (E. Bartholomew), socio *Æcidio tuberculato.*

10. **Vermicularia Telephii** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVIII, p. 13. — Peritheciis sparsis, erumpenti-superficialibus, sphæroideis, atris, punctiformibus, vertice setis divergentibus, strictis, inarticulatis, atris, 100-150 μ. long. coronatis; sporulis fusoideo-bacillaribus, utrinque acutato-angulatis, curvulis, guttulatis, hyalinis, 22-32 ≃ 4. 15 ≃ 4-5. 5549

Hab. in foliis Sedi Thelephii aridis ad Aboam Fenniæ (Karsten).

11. **Vermicularia Clarkiæ** Fautrey Rev. Myc. 1891, p. 78. — Maculis orbicularibus, dein irregularibus vel confluentibus, ochraceis, rubro-cinctis; peritheciis epiphyllis, secus orbes dispositis, innatis, prominulis, astomis, pilis paucis, subulatis, rigidis, divergentibus; sporulis cylindraceo-rotundatis, simplicibus, hyalinis, granulosis, 18-20 ≃ 5-6. 5550

Hab. in foliis Clarkiæ elegantis, Noidan Côte-d'Or Galliæ.

12. **Vermicularia microchæta** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 47. — Peritheciis in maculis exaridis, albicantibus, sparsis, punctiformibus, atris, basi setulis rigidis, integris, fuscis, 40-50 μ. long. cinctis; sporulis elongatis, rectis, utrinque rotundatis, hyalinis, 12,5- 5551

Hab. in foliis vivis Camelliæ japonicæ in horto botanico parmensi Ital. bor.

13. **Vermicularia? Melastomacearum** Speg. F. Puigg. n. 418. — Maculis cinerescentibus, determinatis, epiphyllis, orbicularibus, 2-5 mm. lat.; peritheciis epiphyllis, lenticularibus, astomis, 80-90 μ. diam., superne setulis paucis, rigidulis, 30 ≃ 3, fuligineis, 2-3-septatis præditis; sporulis cylindraceis, hyalinis supra obtusis, subtus acutiusculis, 12-15 ≃ 4, 5552

Hab. ad folia viva Melastomaceæ cujusdam in silvis prope Apiahy Brasiliæ.

14. **Vermicularia acuum** Oud. Contr. Flor. Myc. Pays-Bas XI. p. 28. 5553
— Peritheciis seriatim dispositis, nigris, 100-120 μ. diam., subsphæricis, sursum plus minusve conoideis, contextu parenchymatico, minuto, setis raris, carneis, atris 4-septatis ornatis, astomis; sporulis hyalinis, ellipsoideis, 7 ≍ 3,5.

Hab. in acubus Abietis excelsæ, Putten Hollandiæ.

15. **Vermicularia Libertiana** Roum. in Rev. Myc. 1886, pag. 91. — 5554
Peritheciis minutis, globulosis, atris, erumpentibus, leniter depressis, vix $^1/_6$ mm. diam., pilis rigidis brunneis, apice pallidioribus, 40-45 ≍ 2-3, irregulariter septatis; sporulis curvatis, fusiformibus, hyalinis, 8-10 ≍ 3.

Hab. in acubus delapsis Pini, Malmedy Galliæ.

16. **Vermicularia tenuissima** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, pag. 121. — 5555
Peritheciis numerosis, sparsis, punctiformibus, nigris, subepidermicis, pilis brunneis, basi incrassatis, septatis, 65-80 ≍ 3-6 præditis; sporulis ovoideo-oblongatis, rectis, vix luteolis, 26 ≍ 6.

Hab. in foliis coriaceis, Puerto-Zamuro Venezuelæ.

17. **Vermicularia Syringæ** Oud. Aanw. IX-X, p. 32. — Peritheciis 5556
membranaceis, immersis, fuscescentibus, vertice setis 5-7, angulatim flexuosis, articulatis, sursum conidia 2-3-septata, ovalia vel oblonga, dilutius colorata sustinentibus præditis; sporulis hyalinis, minutissimis, ellipsoideis, continuis.

Hab. in capsulis effœtis Syringæ vulgaris, Putten Hollandiæ.

18. **Vermicularia hibiscina** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 123. — 5557
Peritheciis erumpentibus, subseriatis, 0,5 mm. diam., setulis nigris, dense vestitis, 80-100 ≍ 4; sporulis falcato-fusoideis, 15-20 ≍ 3-4.

Hab. in Hibisco Manioth, Pointe à la Hache, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

19. **Vermicularia corvina** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 359. 5558
— Peritheciis sparsis, superficialibus, rotundatis, leniter applanatis vel lenticularibus, atris, undique setulis divergentibus, strictis, continuis, concoloribus, 85-100 ≍ 8, obsitis, ostiolo in statu humido sat lato pertusis, circ. 0,2 mm. diam.; sporulis fusoideo-bacillaribus, curvulis, continuis, hyalinis, 20-22 ≍ 2-3; basidiis 70-80 ≍ 0,5.

Hab. in ligno denudato et semiputrescenti Salicum, Taurini in Italia boreali (de Notaris). — *V. epixylæ* affinis.

20. **Vermicularia Tofieldiæ** Pat. in Rev. Myc, 1886, pag. 83. — Peritheciis minutis, sparsis, superficialibus, pilis filiformibus, nigris, circiter perithecio duplo longioribus; sporulis 21 μ. longis, hyalinis, curvis, continuis. 5559

Hab. in foliis exsiccatis Tofieldiæ, Thibet orient. Asiæ (Ab. David).

21. **Vermicularia Asparagi** Delacr. Bull. Soc. Myc. VI, 1890, p. 100, t. XV, f. VII. — Peritheciis subsuperficialibus, depressis, 250 ≃ 160 astomis, atris, setulis rigidis fuscis, apice pallidioribus, septatis, 60-100 ≃ 5 vestitis, gregariis, mycelio dematioideo intermixtis; sporulis hyalinis, cylindraceis, utrinque rotundatis, guttulatis, curvulis vel subrectis, 15-23 ≃ 2. 5560

Hab. in caule sicco Asparagi officinalis, Herblay prope Paris Galliæ. — *V. Dematio* sat affinis sed sporulis teretibus, dimidio angustioribus diversa.

22. **Vermicularia heterochæta** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 99. — Peritheciis sparsis vel subgregariis, erumpentibus, atris, setosis, setis atris, brevibus, nonnullis 3-4-plo longioribus; sporulis fusiformibus, hyalinis, leniter curvis, muticis, 20 ≃ 3-4. 5561

Hab. in scapo Muscari comosi, Vigheffio prope Parma Italiæ borealis.

23. **Vermicularia Ophiopogonis** Pat. in Rev. Myc. 1886, pag. 83. — Peritheciis primo epidermide tectis dein liberis, atris, rotundis vel parum elongatis, setis nigris continuis præditis; sporulis fusiformibus, rectis vel parum curvatis, hyalinis, uniseptatis, 24-27 μ. longis. 5562

Hab. in foliis Ophiopogonis gracilis, Thibet Orient. Asiæ.

24. **Vermicularia veratrina** Ell. et Ev. Proc. Ac. Phil. 1891, p. 78. — Peritheciis irregulariter sparsis, minutis 75 μ. diam., plerumque supra imperfectis, lateraliter setis nigris, erectis, 70-150 ≃ 4-5 vestitis; sporulis fusoideo-cylindraceis, guttatis, utrinque subincurvis, 15-22 ≃ 2,5-3. 5563

Hab. in foliis subemortuis Veratri viridis, Wilmington Del. Amer. bor. (Commons).

25. **Vermicularia Heleocharidis** Pat. in Rev. Myc. 1886, pag. 181. — Minuta; peritheciis epidermide tectis, apice fasciculo parvo setarum septatarum, 50-65 μ. long. ornatis; sporulis hyalinis, continuis, fusoideis, rectis vel curvulis, uno apice acute mucronatis, 15-17 ≃ 5. 5564

Hab. in Heleocharide, Yunnan Sinarum (Ab. Delavay).

26. **Vermicularia Davalliana** Briard et Har. Rev. Myc. 1889, p. 16. — Peritheciis innatis, minutissimis, sparsis, subseriatis, $^1/_9$-$^1/_8$ mm.; pilis subulatis, nigris, opacis, 72-100 ≈ 5-6; sporulis fusoideis, leniter curvulis, obtusiusculis, obscure guttulatis, hyalinis, 24 ≈ 3-4. 5565

Hab. in foliis emortuis Caricis Davallianæ, Aube Galliæ.

27. **Vermicularia affinis** Sacc. et Briard in Rev. Myc. 1885. — Peritheciis nigris, innatis, in series parallelas dispositis, pilis brevibus rectis, paucis, epidermidem perforantibus præditis; sporulis falciformibus, hyalinis, simplicibus, 20-24 ≈ 4. 5566

Hab. in culmis siccis Graminaceæ cujusdam prope Troyes Galliæ.

28. **Vermicularia straminis** Cooke et Hark. in Grevillea XIII, p. 112. — Peritheciis subgregariis, globoso-depressis, atris, $^1/_3$ mm. diam., setis rigidis, 15 μ. long., sparsis, erectis ornatis; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis, continuis, hyalinis, 12 ≈ 3,5. 5567

Hab. in culmis in California (Harkness).

29. **Vermicularia Graminum** Bacc. Funghi Avellin. p. 372. — Peritheciis sparsis, globoso-depressis, nigris, setis rigidulis, basi atro-fuligineis, apice expallescentibus, obsolete septulatis vel continuis vestitis, membranaceis, nigro-viescentibus; sporulis navicularibus, utrinque obtusulis, 14 ≈ 2. 5568

Hab. in culmis putridis Graminum prope Scholam Œnologicam, Avellino Ital. inf.

30. **Vermicularia minima** Karst. Fr. XXIV, p. 24. — Peritheciis sparsis, innatis sphæroideis, fuligineo-atris, 50-75 μ. diam., setulis epidermidem perforantibus, longitudine peritheciorum; sporulis cylindraceis, rectis, eguttulatis, hyalinis, circ. 4-5 ≈ 1. 5569

Hab. in culmis aridis graminum (Poæ?) pr. Mustiala Fennæ.

31. **Vermicularie Lolii** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 131. — Setis divaricatis, incurvis, 1-10 in acervos longe seriatos dispositis; sporulis fusoideis, acutis, incurvis, 22-26 ≈ 5,6. 5570

Hab. in caulibus et glumis Lolii perennis, Noidan Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey), sociâ *Pucciniâ coronatâ*. — «An *Colletotrichum?*».

32. **Vermicularia sanguinea** Ell. et Halst. in Journ. Myc. 1888, p. 8. — Maculis amphigenis, subellipsoideis, 2-3 mm. diam., primo minoribus et purpureis, dein majoribus et nigris, tandem centro albis, purpureo-cinctis; peritheciis erumpentibus, subconcentrice dispositis vel irregulariter sparsis vel in centro maculæ dense gregariis, depresso-globosis, supra pertusis, setis rectis, nigris, con- 5571

tinuis vel parce septatis, 60–90 ≃ 3-3,5 præditis; sporulis latis, arcuato-fusoideis, supra angustioribus et acutioribus, hyalinis, granulosis, guttatis, 20-22 ≃ 6.

Hab. in foliis Panici sp., Ames, Jowa Amer. bor. (Halsted).

33. **Vermicularia discoidea** Ell. et Langl. Journ. of Mycol. 1890, p. 37. 5572
— Peritheciis epidermide primo tectis, discoideis, 0,5-1 mm. diam., orbicularibus vel subellipsoideis, setulis rectis, continuis, nigris, 79-80 ≃ 4-5, basi subbulbosis, densiuscule et æqualiter vestitis; sporulis falcatis, utrinque acutis, 3-4-guttatis, hyalinis, 35-40 ≃ 5.

Hab. in culmis Panici proliferi, Pointe à la Hache Louisiana Amer. bor. (Langlois).

34. **Vermicularia Scolopendrii** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 98. — Peritheciis epiphyllis, crebre sparsis, in macula ampla, castaneo-fusca v. marginali v. folii partem magnam occupante, tectis, lenticularibus, membranaceis, fuscis, setis brevibus aut longiusculis, fusco-nigris, apice pellucidis, integris basi præsertim, vestitis; sporulis oblongo-ellipticis, integris, hyalinis, endoplasmate granuloso, 12-15 ≃ 4-5, interdum guttulatis, basidiis brevibus, crassiusculis fultis. 5573

Hab. in foliis Scolopendrii officinarum in vase culti, Parma Ital. bor.

35. **Vermicularia cicadina** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 126. — Peritheciis sparsis, depresso-hemisphæricis, 100-120 μ. diam., setis erectis, diffusis, opacis, continuis, 75 μ. long., basi subbulbosis, parce vestitis; sporulis arcuato-fusoideis, utrinque subacutis, hyalinis, circ. 22 ≃ 2,5, basidiis clavato-oblongis, circ. 10 ≃ 2,5. 5574

Hab. in alis Cicadæ emortuæ, Manhattan, Kansas Americæ borealis.

DOTHIOPSIS Karst. Hedw. 1884, p. 20, Sphærops. Fenn. p. 15 (Etym. *Dothidea* et *opsis* facies), *Dothiora* et *Dothiorella* Auct. p. p. — Stromata depressa, erumpentia, subcarbonacea, atra, intus griseo-atra, unilocularia. Sporulæ ovales v. suballantoideæ, continuæ, hyalinæ. — Ad hoc genus præter species sequentes, spectant teste auctore quoque *D. pyrenophora* (Fr.) Karst. Cfr. Syll. III, p. 238 et *D. Syringæ* Karst. Cfr. Syll. III, p. 239.

1. **Dothiopsis Spirææ** Karst. et Har. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Stromatibus gregariis, per epidermidem fissam erumpentibus, ab laciniis ejus cinctis, pulvinatis v. globulosis, unilocularibus, atris, in- 5575

tus pallidis, minutis; sporulis fusoideo-elongatis, rectis, 7-8 ≍ 1-1,5; basidiis falcatis, 18-21 ≍ 0,5.

Hab. in ramulis siccis Spirææ salicifoliæ, Torino Ital. bor. (DE NOTARIS). — *Dothiopsidi pyrenophoræ* var. *Salicis* Karst. proxima.

2. **Dothiopsis eunomia** Karst. Hedw. 1884, p. 20 et Sphærops. Fenn. 5576
p. 17. — Stromatibus gregariis, peridermio elevato rimose fisso tectis, vulgo rotundatis unilocularibus, 0,3-0,6 mm. lat., atris, intus in griseum vergentibus; sporulis elongatis, rectis vel leniter curvulis, eguttatis, hyalinis, 4-5 ≍ 0,5-1.

Hab. in ramulis Fraxini excelsioris exsiccatis in agro mustialensi Fenniæ. — « An *Dendrophoma pruinosa*, prætervisis basidiis? ».

DOTHIORELLA Sacc. Syll. III, p. 235.

1. **Dothiorella diatrypoides** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 29, t. IX, 5577
f. 15. — Acervulis transverse erumpentibus, pulvinatis, diatrypoideis, atris, 2 mm. latis; peritheciis dense congestis, globosis, minute papillatis, 1/6 mm. diam.; sporulis oblongo-fusoideis, 28-31 ≍ 9-11, pluriguttulatis, hyalinis; basidiis sporulâ paullo brevioribus, bacillaribus fasciculatis.

Hab. in ramis emortuis corticatis Cerasi, Fiumicello prope Padova Ital. bor.

2. **Dothiorella Amygdali** Cooke et Massee Grev. XIX, p. 91. — Pe- 5578
ritheciis innatis, botryose aggregatis, transverse erumpentibus, opace nigris, non papillatis, udis setis gelatinosis; sporulis ellipsoideis, hyalinis, intus granulosis, 22-25 ≍ 8-10; basidiis crassiusculis sporulas æquantibus.

Hab. in cortice Persicæ et Amygdali communis, Victoria Australiæ (Mrs. MARTIN).

3. **Dothiorella Eucalypti** (B. et Br.) Sacc., *Sphæropsis* B. et Br. Brisb. 5579
III, p. 221, t. XXIX, f. 15-17. — Peritheciis globosis, in corpore sclerotioideo insidentibus, nigris, nitidis; sporulis linearibus, hyalinis, 25 μ. longis.

Hab. in foliis Eucalypti, ut videtur, Melbourne Australiæ (Miss. CAMPBELL). — Stromata seu sclerotia laxe spongiosa, intus pallide brunnea, 4-7 perithecia ferentia.

4. **Dothiorella Robiniæ** Prill. et Delacr. Bull. Soc. Mycol. 1890, p. 137. 5580
— Peritheciis plus minus elongatis et irregularibus, stromate immersis; stromatibus fuscis, in cortice tumido apiceque perforato ni-

dulantibus, librum infarcientibus; sporulis utrinque acutiusculis, biguttatis v. interdum triguttatis, 10,5-12 ≈ 3,5-4; basidiis rectis v. sæpius curvulis, acutis, 30 ≈ 1.

Hab. in cortice ramorum Robiniæ Pseudacaciæ, Herblay et Joinville-le-Pont pr. Paris Galliæ.

5. **Dothiorella Fraxini** (Lib.) Sacc. F. Ardenn. n. 150, *Ascochyta Fraxini* Lib. Crypt. I, n. 48 (1830). — Erumpenti-innata, difformis, atra; stromate ambiente effuso; peritheciis erumpentibus, connatis, globosis, papillatis; cirris albis; sporulis ovato-oblongis, 26-30 ≈ 12, granulosis, hyalinis, basidiis brevissimis suffultis. 5581

Hab. in cortice Fraxini excelsioris in Arduennis.

6. **Dothiorella Chimonanthi** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 10. — Peritheciis cæspitoso-aggregatis, erumpentibus, globosis vel depressis, atris; sporulis ovalibus, hyalinis, integris, 5-7,5 ≈ 2,5-3; basidiis fasciculatis, continuis, ramosis, 20 μ. circiter longis. 5582

Hab. in ramulis aridis Chimonanthi fragrantis, Parma in horto botanico, Ital. bor. — Occurrunt quoque perithecia prorsus similia sed sporulis bacillaribus minutissimis hyalinis repleta, basidiisque nullis visis. An *Dothiorellæ* forma altera?

7. **Dothiorella guaranitica** Speg. F. Guar. II, n. 162. — Peritheciis v. loculis minutis, 80-90 μ. diam., globosis, dense constipatis, stromatibus verrucæformibus erumpenti-subsuperficialibus, laxe gregariis, atro-carbonaceis, contextu indistincto donatis immersis, albo-farctis; sporulis ovoideis, majusculis, 24-26 ≈ 12-15, crassiuscule tunicatis, granuloso-farctis, hyalinis, sterigmatibus papillæformibus brevibus ac crassis suffultis, atque paraphysibus longioribus filiformibus, densiusculis obvallatis. 5583

Hab. ad corticem ramulorum Citri Aurantii in cultis prope Guarapi Brasiliæ. — Stromata hemisphærico-suborbicularia, 0,5-1 mm. diam., atra, levia, apothecia lichenina simulantia. An status immaturus *Haplosporellæ* cujusdam?

8. **Dothiorella ilicicola** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 38, t. 8, f. 24. — Stromatibus carnosis, pulvinatis, erumpentibus, peridermate lacerato cinctis, undique sub villo pallide ochraceo, ex hyphis subtilissimis, p. m. crispatis, ramosis intertexto, absconditis, intus cavernis pluribus, ex ambitu globosis vel mutua pressione angulatis, pariete proprio carentibus præditis; sporulis maturis dilute roseis, sterigmate brevi, crassiusculo, hyalino suffultis, ovalibus, ovatis vel ovato-oblongis, continuis, episporio crassiusculo, intus densissime granulosis, 35 ≈ 12. 5584

Hab. in ramis Ilicis opacæ in horto botanico Amsterdam Nederlandiæ (PLEMPER VAN BALEN). — «An potius *Fusicocci* species?».

9. **Dothiorella Myricariæ** Cooke et Massee Grev. XVI, p. 7. — Stromatibus gregariis, erumpentibus verruciformibus; peritheciis minutis, atris, subpapillatis, in quoque stromate haud numerosis; sporulis ovato-oblongis, 8-10 ≃ 6. 5585

Hab. in ramulis Myricariæ dahuricæ, Kew London Britanniæ.

10. **Dothiorella Winterii** Speg. F. Fueg. n. 391. — Stromatibus tuberculoso-subhemisphæricis, 1-3 mm. diam. cortice insidentibus, per peridermium erumpentibus ac subsuperficialibus, atris; peritheciis in stromate peripherice constipatis semiexsertis, globulosis, 150-180 μ., atris, glabris, astomis, subcarbonaceis, contextu indistincto; sterigmatibus di- v. tri-chotomis 18-20 ≃ 0,5-1, ramulis sæpius ovatis v. obclavatis, apice acutis, hyalinis; sporulis cylindraceis v. allantoideis, minutissimis 2-2,5 ≃ 0,5-0,8, hyalinis. 5586

Hab. in ramis emortuis Drymidis Winterii prope Port Cook in Staten island Fuegiæ.

11. **Dothiorella Mahagoni** Thüm. in Hanausek. Cfr. Bot. Centralblatt 1881, III, p. 33. — Stromate basilari subfusco, peritheciis simplicibus vel plerumque botryose aggregatis confluentibusque subdepresso-hemisphæricis, obscure fuscis, opacis; sporulis numerosis, pro ratione magnis, ellipticis vel interdum ovoideo-ellipsoideis utrinque rotundatis, pedicellatis vel basidiis brevibus hyalinis fultis, simplicibus, hyalinis vel pallidissime luteolo-tinctis, episporio levi, subcrasso, 21-25 ≃ 10-11. 5587

Hab. in fructibus Swieteniæ Mahagoni, ubi maculas nigras efficit, in India occidentali.

12. **Dothiorella Cedrelæ** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 178. — Stromatibus erumpentibus, 0,5-1 mm. diam., nigris, in cortice interiore nidulantibus, gregariis sed liberis, coriaceis, 3-6-locularibus; loculis 100-150 ≃ 120; basidiis linearibus, hyalinis, simplicibus, 20 μ. longis; sporulis ovoideo-fusoideis, continuis, hyalinis, utrinque acutatis, 2-guttatis, 8-10 ≃ 2-5. 5588

Hab. in fructibus Cedrelæ bogotensis, Quito Æquatoriæ (LAGERHEIM).

13. **Dothiorella dryophila** Sacc. et Br. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Peritheciis cæspitosis v. sparsis, innato-erumpentibus, initio albo-flavidis, dein nigris, oblongis v. globulosis, sæpe secus fibras ligni se- 5589

riatis; sporulis ovato-globulosis, hyalinis, sub microscopio lucentibus, 5–6 ≃ 3,5–4; basidiis brevissimis.

Hab. in schidiis quercinis, Saint Cloud Seine et Oise Galliæ (herb. Tulasne).

14. **Dothiorella Mori** Berl. Fungi Moricolæ fasc. I, tab. 8. — Erumpens, epidermide laceratâ cincta; peritheciis aggregatis vel in stromate nidulantibus, vix papillatis, atris; nucleo albido, pulposo; sporulis ovato-oblongis, episporio crassiusculo donatis, intus granulosis vel minute guttulatis, hyalinis, 28-30 ≃ 12–14, continuis; basidiis filiformibus crassiusculis, brevibus suffultis, hyalinis, junioribus apice inflatis guttuligerisque, 20–30 ≃ 3-4. 5590

Hab. in ramis corticatis emortuis Mori albæ et nigræ, Fiumicello Ital. bor.

15. **Dothiorella endorrhodia** Berl. Fungi Mor. fasc. I, tab. 8. — Peritheciis 3-6-aggregatis, in stromate tecto dein epidermide scissa erumpente nidulantibus, atris, perforatis, globosis vel mutua pressione angulatis, nucleo amœne roseo farctis, demum evacuatis; sporulis ovato-oblongis, episporio crassiusculo, granulosis vel pluriguttulatis, continuis, dilute roseis, 25–28 ≃ 10-12; basidiis brevibus, crassiusculis, juvenilibus apice inflato, guttuligero, 20-25 ≃ 3-4, suffultis, hyalinis. 5591

Hab. in ramis crassioribus emortuis Mori albæ, Padova Ital. bor. — Species perpulchra, peritheciis nucleo læte roseo donatis mox dignoscenda.

16. **Dothiorella corylina** Karst. Sphærops. Fenn. p. 46. — Peritheciis subcæspitosis v. solitariis, sphæroideis, atris, exiguis; sporulis elongatis, continuis, 3-4 ≃ 0,5–1. 5592

Hab. in ramulis emortuis Coryli Avellanæ in Fennia meridionali, sociâ *Otthiâ corylinâ* Karst.

17. **Dothiorella decorticata** Ell. et Ev. Journ. Mycol. 1888. p. 50. — Peritheciis erumpentibus, supra depressis, plus minus confluentibus vel connatis, tubercula sparsa, minuta, 1–2 mm. lat. formantibus, subinde hyphis brunneis conspersis; sporulis ovoideis strato subgelatinoso obductis, hyalinis, 18-23 ≃ 12–16; basidiis obtusis sporulas subæquantibus. 5593

Hab. in ramis decorticatis Populi, Louisiana Amer. borealis (Langlois).

18. **Dothiorella populina** Karst. Sphærops. Fenn. p. 45. — Peritheciis erumpentibus, sphæroideis, atris, exiguis; sporulis oblongatis, continuis, 5-6 ≃ 2. 5594

Hab. in ramulis exsiccatis Populi nigræ in horto mustialensi Fenniæ. — Socia adest *Olthia populina* Karst.

19. **Dothiorella Celtidis** Peck 44 Rep. pag. 23. — Stromate minuto, depresso, suborbiculari, cortice interiori innato, dein erumpente; peritheciis stromate immersis; sporulis oblongis, obovatis v. subfusoideis, sæpe 2-nucleatis vel 3-nucleatis, hyalinis, 20-25 ≃ 7-8,5, subinde in massam albidam eructatis. 5595

Hab. in ramis emortuis Celtidis occidentalis, Saugerties Amer. bor.

20. **Dothiorella strobilina** (Lib.) Sacc. *Ascochyta strobilina* Lib. Crypt. III, n. 150 (1832). — Erumpens, rotunda, epidermide lacerata cincta, stromate nigro; peritheciis immersis, confertis, minutis, ostiolis globosis; cirris albis; sporulis cylindraceis utrinque rotundatis, 12-15 ≃ 2,5-3, hyalinis, basidiis plus dimidio brevioribus acicularibus suffultis. 5596

Hab. in pag. exteriore squamarum Abietum in Arduennis.

21. **Dothiorella Viscariæ** Karst. in Hedw. 1887, p. 127. — Stromatibus gregariis nonnumquam subconfluentibus, per epidermidem laciniatim fissam erumpentibus, planiusculis, forma variis ut plurimum rotundatis, fusco-atris usque ad 1 mm. latis; peritheciis stromate basi innatis, ovoideis, sæpe in papillam conoideam attenuatis, nigris, nitidis, exiguis; sporulis fusoideo-elongatis, rectis, 12-15 ≃ 3. 5597

Hab. in foliis putrescentibus Viscariæ vulgaris prope Mustiala Fenniæ (Onni Karsten).

22. **Dothiorella Nelumbii** Ell. et Anders. Bot. Gaz. 1891, p. 46. — Peritheciis sparsis, semierumpentibus, rugosis, nigris, supra pertusis, 150 μ. diam., depresso-sphæroideis vel sublenticularibus; sporulis oblongo-fusoideis, hyalinis, 15-22 ≃ 6-7. 5598

Hab. in receptaculo Nelumbii, Washington Amer. bor. — Facie *Sphærellæ* describitur, an ergo potius *Macrophoma*?

23. **Dothiorella pericarpica** Sacc. Myc. Austral. n. 83, fig. 5. — Peritheciis in cæspitulos erumpentes, atros, pulvinatos, tuberculosos, inæquales vix 1 mm. lat., botryose aggregatis, globoso-angulosis, minutis, intus pallidioribus; sporulis breve fusoideis rectis, rarius curvulis, 5-6 ≃ 2, hyalinis, continuis; basidiis e basi sporigera ochracea fasciculatim oriundis, bacillaribus, 25-30 ≃ 1,5, hyalinis. 5599

Hab. in pericarpio Macrozamiæ Denisonii, Australia.

RABENHORSTIA Fr. — Syll. III, p. 243.

1. **Rabenhorstia ribesia** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 7. — Stroma- 5600

te v. conceptaculo erumpente, globoso-truncato, sæpe discoideo intus pluriloculari, subcarbonaceo, atro; sporulis ellipsoideis, continuis, hyalinis, 20 ≈ 10.

Hab. in ramulis tenellis Ribis aurei, Kew London Britanniæ. — Habitus omnino *Plowrightiæ ribesiæ.*

2. **Rabenhorstia Fourcroyæ** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 100. — Stromatibus superficialibus aggregatis subglobosis, granuloso-rugosis atris et pruina crystalloidea, alba conspersis, intus subcarnosis fumidis, varie locellatis; sporulis minutulis oblongo-ovalibus integris ad polos nitide nucleatis, 5 ≈ 2, hyalinis; basidiis filiformibus, 15-20 μ. long. 5601

Hab. in vagina putrescente foliorum caulinorum Fourcroyæ giganteæ in horto botanico Parma Ital. bor.

FUCKELIA Bon. — Syll. III, p. 244.

1. **Fuckelia? antarctica** Speg. F. Fueg. n. 394. — Stromatibus ellipticis 2-5 mm. long., 1-2 mm. lat., densiuscule sparsis transverse erumpentibus pulvinulatis, margine truncatis, rarius subeffusis, superne applanatis, non v. vix scrupuloso-rugulosis, coriaceo-carnosulis ex atro v. fusco purpurascentibus; contextu densissime parenchymatico plus minusve distincto; loculis dense constipatis, non v. vix prominulis minutis 80-100 μ. diam.; sporulis globosis v. ovoideis 8-12 ≈ 8-10, inferne subapiculato-angulatis, crassiuscule tunicatis granuloso-farctis hyalinis; basidiis filiformibus longiusculis 10-15 ≈ 1-2, concoloribus. 5602

Hab. ad ramos emortuos subputrescentes Fagorum in Staten island et propre Ushuvaia Fuegiæ. — Species statum spermogonicum *Cenangii australis* sistens, a genere satis tamen desciscens.

PLACOSPHÆRIA Sacc. Syll. III, p. 244.

1. **Placosphæria clypeata** Br. et Har. Journ. de Bot. 1891, p. 171. — Stromate innato, oblongo-lanceolato, convexo, intus et extus atrato, epidermide tumefacta et nigrificata, 1-2 mm. long., 0,3-0,5 mm. lat., obscure pluriloculari; ostiolis leniter prominentibus; sporulis numerosis, oblongis, obtusis, 2-guttatis, hyalinis, 6-8 ≈ 2,5-3; basidiis brevibus, sporulas æquantibus. 5603

Hab. ad caules siccos Spirææ Ulmariæ, Droupt Sainte-Marie (Aube) Galliæ (P. Hariot).

2. **Placosphæria citricola** Berl. in Roum. Rev. mycol. 1888, pag. 78, 5604

t. 47. f. 3. — Stromatibus sparsis v. subgregariis, minutis, 150-200 μ. diam., erumpentibus, late conoideis, vix prominulis, atris, nitidis, carbonaceis; loculis haud bene distinctis, nucleis forma variis; sporulis minutissimis, 3-4,5 ≈ 2, numerosis, hyalinis; basidiis sporulas æquantibus v. vix excedentibus.

Hab. in foliis adhuc vivis Citri Bigaradiæ, Tonkin (Balansa).

3. **Placosphæria Onobrychidis** (DC.) Sacc. Syll. III, p. 245. — Var. **minuta** Brunaud Liste Sphærops. pag. 24. — Stromatibus 4-5 mm. longis, 2-3 mm. latis. 5605

Hab. in foliis et caulibus Onobrychidis sativæ pr. Saintes Galliæ. — Var. **exappendiculata** Brun. l. c. Stromatibus crustaceis, nigris vel brunneo-nigris, ovoideis, oblongis vel irregularibus, minutis, totum folium vel partem ejus tegentibus, sæpe caulicolis, intus fuscescentibus; sporulis subsphæroideis vel ovoideis, irregularibus, hyalinis, 7-8 ≈ 4-5, exappendiculatis. In p. sup. et inf. foliorum et in caulibus Onobrychidis sativæ, Arces Galliæ.

4. **Placosphæria Sedi** Sacc. — Syll. III, p. 245 — var. **Loti** Berl. Exc. Frioul p. 23. — Stromatibus sparsis, piceis, parum prominentibus, intus obscure locellatis, ellipsoideis, epidermide velatis, usque 1 mm. long.; sporulis cylindraceis, valde curvatis, utrinque rotundatis, continuis, non guttulatis, 21-24 ≈ 3, hyalinis; basidiis brevibus. 5606

Hab. in caulibus emortuis Loti corniculati, Osoppo Friuli Ital. bor.

5. **Placosphæria Genistæ** Brun. Miscell. Mycol. p. 17. — Stromatibus sparsis, brunneo-nigris, nitidis, planis, circularibus v. suboblongis, intus brunneis; sporulis ovoideis, hyalinis, 4 ≈ 2,7-3, continuis. 5607

Hab. in foliis ramulisque Genistæ tinctoriæ, Fouras Galliæ.

6. **Placosphæria Bartsiæ** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 86, t. II, f. 11. — Peritheciis sæpe confluentibus, dein erumpentibus, sepimentis locellatis, in stromate applanato, maculiformi, epidermide velato, nigro, intus pallido insidentibus; basidiis tennissimis, 18 μ. circiter long., ramosis; sporulis breviter cylindraceis, extremitatibus obtusis, hyalinis, 4-5 ≈ 1,8. 5608

Hab. in pag. inf. foliorum Bartsiæ alpinæ, Passo della Lora in prov. veronensi.

7. **Placosphæria Campanulæ** (DC.) Bäuml. Crypt. Presb. p. 10, *Xyloma* DC. Mem. Mus. H. N. III, p. 323, t. III, f. 10, *Phyllachora* Fuck., Syll. II, pag. 615. — Stromatibus folio innatis, gregariis, 5609

70-300 μ. diam., fusco-nigris, intus 1-8-locellatis; sporulis cylindraceis 3-5 ≍ 1, subrectis, hyalinis; basidiis 10-15 ≍ 1.

Hab. in foliis Campanulæ Trachelii in Gallia, Germania, Hungaria. — *Pyrenopeziza Campanulæ* Fuck., Syll. VIII, p. 357, forte in Placosphæria parasitatur.

8. **Placosphæria Urticæ** (Lib.) Sacc. Fung. Ard. n. 153, *Xeilaria* Lib. Crypt. I, n. 62 (1830). — Habitus *Rhytismatis Urticæ* (Cfr. Syll. VIII, p. 755), sporulis fusoideis, curvulis, granulosis, hyalinis, 20-25 ≍ 4; basidiis teretiusculis 15-18 ≍ 3. 5610

Hab. ad caules Urticæ dioicæ in Arduennis (Libert).

9. **Placosphæria Caa-catù** Speg. Guar. I, p. 144. — Maculis nullis vel hypophyllis, minutis, fuscescentibus, stromatibus sparsis, irregulariter subelliptico-orbicularibus, 1-1,5 mm. diam. vix pulvinulato-prominulis, atro-fuscis, glabris, rugulosis, coriacellis, contextu indistincto, opaco; loculis paucis globulosis vel e mutua pressione angulosis, 100-150 μ. diam.; sporulis ellipticis v. subnavicularibus, utrinque obtusis 12-16 ≍ 4-6, dense granuloso-nubilosis. 5611

Hab. ad folia viva arboris cujusdam Caa-catù vocatæ in silva subvirginea Caa-guazù Brasiliæ.

10. **Placosphæria Pestis-nigra** Speg. Guar. I, pag. 144. — Stromate parum manifesto, innato, ramulos foliaque omnia ac tota ambiente eaque tamen vix deformante, sed intense nigrificante; loculis parenchymate immersis vix ad epiphyllum prominulis ac perspicuis, minutis, globoso-lenticularibus 90-110 μ. diam. densiuscule sparsis, non confluentibus, atris, glabris, levibus; sporulis ellipticis, utrinque obtusatulo-rotundatis, 2,5-3 ≍ 1, hyalinis. 5612

Hab. ad folia viva Malpighiaceæ cujusdam in dumetis pr. Paraguarì Brasiliæ. — Status spermogonicus *Phyllachoræ Pestis-nigræ.*

11. **Placosphæria? acalyptosporides** Speg. Guar. I, p. 144. — Maculis determinatis, stromatibus atris, amphigenis, tenuibus, coriacellis, irregulariter angulosis, majusculis 3-6 mm. diam., sæpius secundum nervos secundarios evolutis, glabris vel minute rugulosis; stromate intus albo, loculis minutis, densissimis, labyrinthoideo-cerebrinis; sporulis non visis. 5613

Hab. ad folia viva Eugeniæ speciei cujusdam in dumetis pr. Guarapì Brasiliæ.

12. **Placosphæria Allii** Karst. et Har. Rev. myc. 1890, n. 47. — Stromatibus gregariis, parallelis, per rimas epidermidis erumpentibus, linearibus, angustissimis, convexis, atris, intus pallidis, uni- v. plu- 5614

rilocularibus, usque ad 1 mm. longis; sporulis oblongatis, rectis, vulgo 2-guttulatis, 5-7 ≃ 1,5-2; basidiis brevissimis.

Hab. ad Allium Porrum in Gallia circa Andegavum (herb. Guèpin). — Vergit ad *Fusicoccum* nec non paullulum ad *Leptostroma*.

13. **Placosphæria Calami** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. X. — Stromatibus in longitudinem et parallele seriatis, atris, epidermide tectis, intus diverse locellatis; sporulis ovoideis, continuis, hyalinis, 14- ≃ 7-8; basidiis minimis. 5615

Hab. in culmis Calami, Tonkin Sinarum.

14. **Placosphæria Balanseana** Sacc. et Roum. in Rev. Myc. 1886, p. 20. — Stromatibus parallele seriatis, elongatis, utrinque acutis, prominentibus, sæpius hypophyllis, colliculosis, atris, plurilocellatis; sporulis fusoideis, 6-8 ≃ 1,5-2, hyalinis; basidiis filiformibus, simplicibus vel ramulosis, 20-25 ≃ 1-1,5. 5616

Hab. in foliis vivis Palmarum, Paraguay Brasiliæ.

15. **Placosphæria? scirrhioides** Speg. Guar. I, p. 143. — Maculis nullis vel hypophyllis, parvulis, linearibus, ferrugineis; stromatibus epiphyllis longitudinalibus, laxe gregariis vel sparsis, lineari-elongatis 1-5 mm. long., 0,20-0,25 lat. rectis epidermide fissa tectis, atris, glabris; peritheciis stromate immersis, globulosis e mutua pressione e latere compressis 150-180 ≃ 100, ostiolo parvulo papillulato perforatis, membranaceis, contextu indistincto, fusco; sporulis ellipticis vel ovoideis, utrinque obtusiusculis 5 ≃ 1,5, primo hyalino-chlorinis, dein dilute fumosis. 5617

Hab. ad folia viva Bambusaceæ cujusdam in silva subvirginea Caa-guazù vocata in Brasilia. — Ob sporulas subcoloratas facile novi generis typus.

16. **Placosphæria rimosa** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 39. — Stromatibus nigris, caulicolis (neutiquam foliicolis aut vaginicolis), numerosis, pulvinatis in longitudinem culmi elongatis, $^1/_2$-3 mm. longis, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. latis, in vertice suo sulco exaratis, infra epidermidem strataque cellularum corticalium 1 ad 2 hyalina, celatis, locellorum, nunc majori, tunc iterum minori numero in series dispositorum, strato unico (an semper?); sporulis hyalinis, singulis basidio hyalino suffultis, oblongis, 12 ≃ $2^2/_3$ rectis aut subcurvatis 2-4-guttulatis. 5618

Hab. in culmis Phragmitis communis, Loosduinen Nederlandiæ (Dom. Destrée).

17. **Placosphæria? magellanica** Speg. F. Pat. n 168. — Stromatibus 5619

sparsis parenchymate innatis, prominulis, lenticularibus v. lenticulari-subconoideis 280-350 μ. diam., atris, glabris, rugulosis, 1-3-locularibus, membranaceo-coriacellis, contextu grosse parenchymatico-celluloso, fuligineo-atro; basidiis non visis; sporulis minutissimis, cylindraceis 3-4 ≈ 0,5, utrinque truncatis sæpeque minute biguttulatis, hyalinis.

Hab. ad folia emortua putrescentia Bromi macranthi pr. Gregory bay Patagoniæ. — Species facillime ad genus *Melasmia* transferenda.

ANTHRACODERMA Speg. F. Fueg. n. 392 (Etym. *anthrax* carbo et *derma*). — Stroma innato-superficiale atrum carbonaceum rigidum, loculis plus minusve prominulis denseque constipatis præditum. Sporulæ elongatulæ, continuæ, hyalinæ. — Genus singulare in Cyttarieis parasiticum.

1. **Anthracoderma Hookeri** Speg. F. Fueg. n. 392. — Stromate atro carbonaceo totam matricem crusta carbonacea fragili obtegente; loculis dense constipatis globulosis 150-180 μ. diam. vix prominulis rugulosis atris, astomis? (an minute perforatis?), contextu indistincto; sporulis fusoideis utrinque attenuatis ac acutato-obtusatis 10-15 ≈ 3-4, inæquilateralibus, non vel granuloso-farctis, hyalinis. 5620

Hab. ad Cyttariam Hookeri emortuam in ramulis Fagorum in Basket island Fuegiæ.

2. **Anthracoderma selenospermum** Speg. F. Fueg. n. 393. — Stromate sæpius basin matricis tantum anulatim cingente, rarius per totam matricem diffuso, tumidulo carbonaceo atro glabro; loculis ovoideis vel obovatis, plus minusve exsertis, 350-450 ≈ 150-200, sursum obtusis non vel vix ostiolato-perforatis levissimis glabris atris carbonaceis, contextu indistincto; sporulis e strato proligero immediate oriundis, cylindraceis, falcatis vel uncinatis, utrinque obtusiusculis 12-20 ≈ 2-2,5, granuloso-farctis, hyalinis. 5621

Hab. ad Cyttariam Hookeri? languidam in ramulis Fagorum prope Agaia et Brecknok pass Fuegiæ.

GAMOSPORELLA Speg. F. Guar. II, n. 165 (Etym. a *Gamospora* cui affine genus). — Stromata erumpentia atra subcarbonacea intus dense minuteque peritheciigera vel loculigera. Sporulæ fusoideæ multiguttulatæ, quaternatim basi connatæ, hyalinæ, in sterigmatibus minutis acrogenæ.

1. **Gamosporella hysterioides** Speg. F. Guar. II, n. 165. — Stroma- 5622

tibus linearibus utrinque acutiusculis, laxe gregariis sæpe subseriatis minutis 1-1,5 mm. long., 0,25-0,3 mm. lat., epidermide primo tectis dein erumpentibus, atris carbonaceis; loculis (an peritheciis?) minutis 80-100 μ. diam. dense constipatis sæpeque confluentibus stromate immersis albo-farctis; sporulis fusoideis utrinque acutis 15-20 ≈ 2-2,5, 5-9-guttulatis, continuis, quaternatim basi aggregatis, centrali ceteris sæpius longiore, in sterigmatibus minutis papillæformibus e strato proligero prominulis acrogenis.

Hab. ad culmos dejectos putrescentes Paniceæ cujusdam in silvis uliginosis prope Paraguari Brasiliæ.

FUSICOCCUM Corda. — Syll. III, p. 247.

1. **Fusicoccum complanatum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, pag. 110, t. VIII, f. *k*. — Stromatibus elongatis, nigris, peridermio innatis, loculis parcis, compressis, ostiolo communi; sporulis fusoideis, hyalinis, guttulatis, 9-10 ≈ 3,5, apice basidiorum acicularium 15-18 ≈ 1 acrogenis; pseudoparaphysibus (in loculis vetustis) tortuosis, septatis, guttulatis, 4-5 μ. cr. 5623

Hab. in ramis exsiccatis Piri Mali, Coigny (Manche) Galliæ.

2. **Fusicoccum Malorum** Oud. Contr. Flor. Myc. Pays-Bas XI, p. 29. — Stromatibus verruciformibus, nigris, erumpentibus, forma variis, superficie valde inæquali, intus spurie plurilocularibus, loculis circumcirca basidiis rectis longiusculis vestitis, singulis sporulas fusiformes, hyalinas, continuas, utrinque angustatas, 7-9 ≈ 2-3, seriatim gerentibus. 5624

Hab. in epicarpio Malorum putrescentium, Amsterdam Hollandiæ.

3. **Fusicoccum? Cactorum** Speg. F. Guar. II, n. 163. — Stromatibus parenchymate innatis majusculis, 0,5-1 mm., epidermide tectis adnatisque extus non vel vix manifestis, inferne hemisphærico-conoideis, superne applanatis, papillula (ostiolo?) epidermidem perforante donatis, atris, glabris, coriaceis, duris, fere sclerotiaceis, intus pallescentibus ac irregulariter (tuberis instar) loculis minutis 60-70 μ. diam., sæpe in unum apicalem confluentibus ornatis; sporulis ellipticis vel subovoideis 1-15 ≈ 5-6 non vel granuloso-farctis, hyalinis. 5625

Hab. ad ramos dejectos putrescentes Cerei arborei cujusdam in silvis Calle-poi prope Yaguaron Brasiliæ. — Species anomala perpulchra in parte interna corticis tantum manifesta.

4. **Fusicoccum cryptosporioides** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. 5626

Belg. IV, p. 80. — Stromate applanato, subepidermico, udo brunneo-nigricante, sicco magis depresso griseo-olivaceo, *Tympanidis* fere instar, 1-2 mm. diam., peridermio cincto; peritheciis confertis; sporulis subfusoideis utrinque obtusulis curvulis, hyalinis, granulosis medio 1-guttatis, 27-34 ≃ 6-7; basidiis cylindraceis tortuosis, 21-40 ≃ 3-4.

Hab. in ramis corticatis emortuis Fraxini excelsioris, Haeren, Peuthy Belgii.

5. **Fusicoccum macrosporum** Sacc. et Briard in Rev. Myc. 1886, p. 156. — Stromate parum elevato, convexo, obtuso, epidermidem elevante atque demum rumpente, eaque cincto, pluriloculari, nucleis albis farcto; sporulis oblongis, hyalinis, guttulatis, granulosisque, obtusis, sed utrinque vix attenuatis, 44-48 ≃ 12-14; basidiis hyalinis, brevissimis. 5627

Hab. in ramis emortuis delapsisque Fagi silvaticæ, socio *Asterosporio Hoffmanni,* Troyes Galliæ.

6. **Fusicoccum umbrinum** (Bonord.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4657, *Coronium umbrinum* Bon. Abh. Geb. Myk. pag. 132. — Gregarium; stromate ovato, subtus plano, umbrino, cortici adnato, epidermide fissa erumpente, ostiolo simplici pertuso; sporulis fusiformibus, minutis, hyalinis, uno latere rectis, altero curvatis; pustulis ellipticis. 5628

Hab. in cortice Coryli in Guestphalia.

7. **Fusicoccum asperum** (Bonord.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4656, *Coronium asperum* Bon. Abh. Geb. Myk. p. 132. — Gregarium; pustulis oblongis seu ellipticis, stromate ceraceo, griseo, disco pallido, erumpente, poro simplici pertuso; basidiis virgato-ramosis; sporulis longis, fusiformibus, utrinque acutissimis, curvatis, hyalinis. 5629

Hab. in ramis Quercus in Guestphalia.

8. **Fusicoccum Brunaudi** Pass. in Journ. hist. nat. Bord. 1885, p. 136. Brun. Liste Sphærops. p. 25. — Pulvinatum, erumpens, sursum et intus album, obscure locellatum; sporulis cylindraceo-fusiformibus, hyalinis, 17-18 ≃ 2,5-3. 5630

Hab. in ramis crassioribus Quercus, Pessines, Cozes, Bougnaud Galliæ.

9. **Fusicoccum Quercus** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 42. — Stromatibus in longitudinem ramorum erumpentibus, 3 mm. ad maximum longit., rotundis vel ellipticis peridermatis laciniis circumdatis, nigris, primitus connexis, exsiccando applanatis, intus distincte plu- 5631

rilocellatis; sporulis in quocumque locello numerosissimis, achromis, continuis, utrinque obtusis, 14 ≃ 3½.

Hab. in ramis Quercus Roboris, Schéveningue Nederlandiæ (Dom. Destrée). — A *F. quercino* satis diversum.

10. **Fusicoccum coronatum** Karst. — Syll. III, p. 250. — Var. **salicinum** Karst. Symb. myc. XXVI, p. 17. — Typo simillimum, laciniis vero epidermidis non nigrificatis cinctum; sporulis 10-15 ≃ 2-2,5. 5632

Hab. in foliis putrescentibus Salicis phylicæfoliæ pr. prædium Saaris in parœcia Tammela Fenniæ.

11. **Fusicoccum Betulæ** Cooke Grev. XVI, p. 48. — Stromatibus nigris erumpentibus, sparsis, verruciformibus, nucleo albo; sporulis fusoideis, continuis, hyalinis, 20-25 ≃ 6; basidiis simplicibus v. furcatis. 5633

Hab. in ramis Betulæ papyraceæ, Kew London Britanniæ.

12. **Fusicoccum populinum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891. p. 110, t. VIII, f. 1. — Stromatibus subcutaneis, epidermide tumida et fissa erumpentibus, conicis, intus sordide albidis, parietibus longitudinalibus, dilute olivaceo-fuscis, in 4-5 locellos divisis; sporulis ovoideis basi attenuatis, apice basidiorum acicularium, 18-20 ≃ 1,5, acrogenis; pseudoparaphysibus (in peritheciis vetustis) 3 μ. cr., septatis, interdum sursum furcatis. 5634

Hab. in cortice Populi fastigiatæ pr. Chartres (Eure-et-Loire) et Egly (Seine-et-Oise) Galliæ. — A *Dothiorella populea* diversum.

13. **Fusicoccum microspermum** Har. et Karst. Rev. Myc. 1890, p. 2. — Stromatibus solitariis v. concrescentibus, erumpenti-superficialibus, verruciformibus v. pulvinatis, colliculosis, coriaceo-carbonaceis, atris, intus plurilocularibus, 2-3 mm. latis; sporulis oblongatis, rectis, continuis, hyalinis, 3 ≃ 0,5-1. 5635

Hab. ad Terminaliam (?) in insula Ceylon. — Fere æquo jure ad *Rabenhorstiam* ducitur.

14. **Fusicoccum abietinum** (Hart.) Prillieux et Delacroix, *Phoma abietina* Hartig, *Dothiorella pitya* Bull. et Delacr. Bulletin de la Société Mycologique de France Année 1890, fasc. II, p. 98, planche XV, figures IX, X, XI, nec Sacc. — Stromatibus atris, conicis, subgregariis, peridermio tumido apiceque pertuso immersis, 400-600 μ. circiter diam., intus plurilocellatis; centralibus disseptis tenuibus, dilute fulvo-olivaceis; sporulis hyalinis, fusoideis utrinque acutis, rectis, pluriguttatis, 12-14 ≃ 5-6, basidiis acutatis, 10-15 ≃ 1,5-2. 5636

Hab. in cortice Abietis excelsæ, quam valde vexat, in Bavaria (Hartig), Gerardmer in Vogesis (Mer, d'Arbois de Jubain-

VILLE). — Non idem ac *Dothiorella pitya* Sacc., a qua præcipue stromatum forma differt.

15. **Fusicoccum bacillare** Sacc. et Penz. Syll. III. p. 248 — var. **acuum** 5637
Fautr. Rev. myc. 1892, p. 9. — Sporulis 14-16 ≃ 2-2,5.

Hab. in acubus Abietis excelsæ, Côte-d'Or Galliæ.

CYTOSPORELLA Sacc. — Syll. III, p. 251.

1. **Cytosporella aculeorum** Passer. Diagn. F. N. p. 10. — Stromate 5638
subsupe ciali, sphæroideo, atro, nitido, pauciloculari; sporulis minutissimis, ovoideis, oblongis, in cirros longissimos protrusis, acervatim pallide olivaceis, singulatim hyalinis.

Hab. in aculeis Rosæ caninæ, Vigheffio pr. Parma Ital. bor.

2. **Cytosporella conspersa** Rich. Cat. Champ. Marn. in Suppl. p. 543. 5639
— Peritheciis e stromate pycnidiophoro orientibus, ovoideis, nigris; sporulis hyalinis, ellipsoideis, 3 μ. long.; sporophoris continuis, simplicibus v. subramulosis.

Hab. ad ramos emortuos Pini Mali, St.-Amand et St.-Lumier, Marno Galliæ. — Pycnidium *Tympanidis conspersæ* sistit.

3. **Cytosporella subsimplex** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 65. — Stro- 5640
matibus sparsis, conoideis, tectis, intus vix 2-4-locularibus v. etiam subinde unilocularibus, 0,5-0,6 mm. diam.; sporulis numerosissimis in cirrum lutescentem protrusis, ovoideis, 3-4 ≃ 2-2,5, basidiis longioribus, hyalinis.

Hab. in ramis emortuis Coluteæ arborescentis prope Trento.

4. **Cytosporella? antarctica** Speg. F. Fueg. n. 396. — Peritheciis pe- 5641
ridermio tectis, stromate nullo, subliberis, valsiformiter aggregatis, atris, subcarbonaceis, minutis, 180-200 μ. diam.; ostiolis minutis conniventibus ac disculum peridermium perforantem non vel vix exsertum efficientibus; sporulis minutis, cylindraceis v. suballantoideis, utrinque obtusis, 2-3 ≃ 0,8-1, hyalinis.

Hab. ad ramos emortuos Ribis magellanicæ in silvis pr. Ushuvaia Fuegiæ. — Statum spermogonicum *Cacosphæriæ antarcticæ* sistit.

5. **Cytosporella Populi** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 42. — Stromati- 5642
bus corticolis, innato-erumpentibus, applanato-verrucosis, 1-2 mm. latis, nigris nitidulis, ambitu irregulariter sinuosis, intus ubi lamellæ tenues contra lucem explorantur, hyalinis, imperfecte locellatis, basidiis p. m. 25 μ. longis; sporulis fere perfecte globosis, hyalinis, basi paullum contractis, 7 μ. diam.

Hab. in ramis Populi Schéveningue Nederlandiæ (Dom. DESTRÉE).

6. **Cytosporella? macrorrhyncha** Speg. F. Fueg. n. 395. — Stromatibus hinc inde sparsis, per peridermium tuberculose erumpentibus, 2-5 mm. lat., atris, subcarbonaceis, loculis distinctis, globulosis, 400-450 μ. diam., in ostiolum crassum longissimumque, 0,5-1,5 mm. long., 300-400 μ. cr., atrum, rectum v. tortuosum, apice truncatum v. bulloso-inflatum, carbonaceum productis; sporulis cylindraceo-ellipticis, utrinque truncatis v. rotundatis, 2-2,5 ≃ 1 ac minute 1-guttulatis, hyalinis; basidiis filiformibus longiusculis, 25 ≃ 0,8-1. 5643

Hab. in cortice vetusto subvivo Fagi betuloidis in Staten island Fuegiæ.

7. **Cytosporella Ostryæ** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 65. — Peritheciis acervulatim aggregatis, minutis, nucleo niveo farctis, stromate nigro immersis, epidermide orbiculatim nigrificata, clypeum stromaticum simulante tectis, areolis nigris, 1 mm. diam., subinde confluentibus, centro rimose ruptis; sporulis globosis, 4-5 μ. diam., hyalinis; basidiis sporula multo longioribus, subinde longissimis, ramosis, hyalinis, crassiusculis. 5644

Hab. in ramis corticatis Ostryæ carpinifoliæ, Trento.

8. **Cytosporella Chamæropis** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 101. — Pustulis globosis vel irregularibus, epidermide lacerata cinctis; peritheciis subglobosis, stromate atro insidentibus; sporulis minutissimis, innumeris, globosis, maxime refringentibus, basidiis filiformibus longiusculis. 5645

Hab. in petiolis putridis Chamæropis humilis in Horto botanico, Parma Ital. bor.

CYTOSPORA Ehrenb. — Syll. III, p. 252.

1. **Cytospora Ampelopsidis** C. Mass. Contr. Mic. Ver. pag. 86, t. II, f. 12. — Stromatibus subdisciformibus, convexo-applanatis, nigris, in cortice nidulantibus, eademque omnino occultis, poris minutis, apice perviis, intus multilocularibus, loculis polymorphis; sporulis 4-6 ≃ 1-1,5, numerosissimis, oblongis, subcurvulis, utrinque obtusis, basidiis fere 20 μ. long. suffultis, ex poris plerumque in cirros madore carneos, siccitate succineo-rubros expulsis. 5646

Hab. in ramis corticatis Ampelopsidis hederaceæ, Tregnago prov. Veronæ. — Stromatibus peridermio omnino tectis a *C. Vitis* in primis distincta.

2. **Cytospora evonymella** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 10. — Stromate subcutaneo-erumpente, subgloboso, pluriloculari, atro; sporulis minimis, allantoideis, hyalinis, 2,5 ≍ 0,5; basidiis fasciculatis, bacillaribus, longioribus crassioribusque. 5647

Hab. in foliis dejectis Evonymi japonici, Livorno Ital. mediæ.

3. **Cytospora Evonymi** Cooke in Grevillea XIV, pag. 4. — Gregaria; stromatibus conicis, epidermide brunneola tectis, parvis, demum nigrescentibus, lucidis; sporulis allantoideis, curvatis, hyalinis, 8 ≍ 2. 5648

Hab. in ramulis Evonymi americani, Kew Britanniæ.

4. **Cytospora cincta** Sacc. — Syll. III, p. 254. — ***amygdalina** Karst. Rev. Myc. 1889. — Stromatibus subcutaneis, depressis, disco erumpente albido, poro unico, loculis numerosissimis circinantibus; sporulis cylindraceis, curvulis, 7-10 ≍ 2, in cirrum crassum fuscescenti-fulvum protrusis. 5649

Hab. in ramis corticatis emortuis Amygdali nanæ ad Mustiala Fenniæ.

5. **Cytospora dendritica** Berl. et Vogl. Funghi Ancon. p. 4. — Stromatibus plurilocularibus intus nucleo albo farctis; basidiis pluries verticillato-ramosis; sporulis allantoideis, minutis, 3-4 ≍ 0,5, hyalinis. 5650

Hab. in sarmentis emortuis Rubi, Angelo prope Ancona, sociâ *Valsâ Rubi,* cujus est status spermogonicus.

6. **Cytospora microstoma** Sacc. Syll. III, p. 254. — Var. **Cotoneastri** Cooke in Grevillea XIII, p. 93: sporulis 6-7 ≍ 1,5. 5651

Hab. in Cotoneastro frigida, Kew. Brit. — Var. **Amelanchieris** Cooke l. c., sporulis 5-6 μ. long. — In Amelanchiere, Kew, London Brit.

7. **Cytospora Clematidis** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 43. — Stromatibus plurilocellatis, locellis piriformibus; basidiis brevibus; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis, curvulis, hyalinis, 7 ≍ 2, eguttulatis. 5652

Hab. in sarmentis Clematidis Vitalbæ, Bois de la Haye Nederlandiæ (Dom. Destree).

8. **Cytospora Viburni** Fautr. in Rev. Myc. 1891, p. 171. — Stromatibus majusculis, 1,5 mm. diam., griseis, loculis 15-20 immersis, longicollibus, in discum pulvereum desinentibus; sporulis cylindraceis, curvulis, attenuatis, 2-guttulatis, vibrantibus, 5,5 ≍ 0,7. 5653

Hab. in ramis emortuis Viburni Lantanæ, Noidan (Côte-d'Or) Galliæ.

9. **Cytospora Lantanæ** Bres. Rev. Myc. 1891, p. 28, t. 114, fig. VI. 5654
— Stromatibus conoideo-depressis, uni-plurilocularibus, subcutaneis, 0,5-0,6 mm. lat., ostiolo centrali subprominente, nucleo olivaceo-fuligineo; sporulis cylindraceis, curvulis, hyalinis, 7-8 ≃ 1,5-2; basidiis simplicibus, irregulariter ramosis vel verticillato-ramosis, 25-35 ≃ 2-3,5.

Hab. in ramis Viburni Lantanæ prope Leutschau Hungariæ.

10. **Cytospora Greschikii** Bres. Rev. Myc. 1891, p. 27, t. 114, f. V. 5655
— Stromatibus uni-plurilocularibus, conico-truncatis, gregariis, subcutaneis, 0,7 mm. diam., disco erumpente, circulari, albo, ostiolo centrali, nigro, subprominente; sporulis cylindraceis, curvulis, hyalinis, 8 ≃ 2; basidiis iterato furcatis.

Hab. in ramis Myricariæ germanicæ pr. Leibitz Hungariæ (V. Greschik).

11. **Cytospora grandis** Peck 40 Rep. pag. 60. — Pustulis latis, 4-6 5656
mm. diam., ellipsoideis v. suborbicularibus, cicatriciformibus, erumpentibus ferrugineis, loculis numerosis; sporulis minutis curvulis, 5 μ. long.

Hab. in cortice emortuo Rhois typhinæ, Gansevoort Americæ borealis.

12. **Cytospora magellanica** Speg. F. Fueg. n. 399. — Stromatibus 5657
laxe sparsis, cortice insidentibus, peridermio subrelaxato tectis, e clypeato-conoideis, 1-1,5 mm. diam., centro papilla conico-cylindracea atra perforante non v. vix exserta ac truncata donatis; loculis paucis, subcircinatis, parvulis, 150-180 μ. diam., albo-farctis, sporulis allantoideis, utrinque acutiuscule rotundatis, 5 ≃ 1, plus minusve curvulis, hyalinis.

Hab. ad ramos emortuos putrescentes Ribis magellanicæ in Hope harbour Fuegiæ.

13. **Cytospora Jasmini** Cooke in Grevillea XIV, p. 4. — Stromatibus 5658
conicis, subcutaneis, parvis, cuticula obscura tectis, laxe gregariis; sporulis linearibus, curvatis, obtusis (allantoideis), 6 ≃ 1.

Hab. in ramulis Jasmini officinalis, Kew Britanniæ.

14. **Cytospora Fraxini** Delacroix Bull. Soc. Myc. Fr. 1890, p. 184, plan- 5659
che XX, fig. V. — Stromatibus sparsis, minutis, subapplanatis, sub epidermide nigrificata rimose fissâ, secundum longitudinem dispositis, loculis satis numerosis, ostiolo communi centrali, leviter prominente; sporulis rectis hyalinis, ovato-cylindraceis, crasse 2-guttulatis, 7 ≃ 2,5; basidiis acicularibus, 10 μ. longis.

Hab. in ramis siccis corticatis Fraxini excelsioris, Mareil-Marly prope Parisios.

15. **Cytospora Staphyleæ** Cooke in Grevillea XIV, pag. 2. — Stromatibus sparsis, 2-3-loculatis, epidermide vix elevata tectis, poro minuto pertusis; sporulis linearibus, curvatis, obtusis, allantoideis, hyalinis, 6 ≃ 1. 5660

Hab. in ramis Staphyleæ pinnatæ et S. trifoliæ, Kew Britanniæ.

16. **Cytospora Corni** West. Lambotte Fl. Belg. II, p. 372. — Stromatibus parvis, brunneis, 3-5-locularibus, nigris, epidermide brunnea tectis; loculis ovoideis, compressis; ostiolis concoloribus, prominulis; cirro sporularum luteo-albo; sporulis minutis, cylindraceis, rectis vel leniter curvis. 5661

Hab in ramis Corni sanguineæ in Belgio.

17. **Cytospora albiceps** Ell. et Kellerm. Journ. Myc. 1889, p. 142. — Stromatibus semiemergentibus, gregariis, 0,5-0,7 mm. lat., depresso-conicis, poro singulo apice obtuso perviis, disco albo-furfuraceo, 5-6-locularibus, loculis initio indistinctis albidis; sporulis allantoideis, 4-7,5 ≃ 2,2-2. 5662

Hab. in cortice Juglandis nigræ, Manhattan Kans. Amer. bor. — Affinis *C. leucophthalmæ* in qua sporulæ minores, 3-4 ≃ 1.

18. **Cytospora antarctica** Speg. F. Fueg. n. 397. — Stromatibus minutis, elliptico-scutatis, peridermio tectis, 1-3 mm. diam., atris, centro papillatis ac perforanti-exsertulis; loculis ovatis, 300-400 μ. diam., radiatim dense constipatis; ostiolis conniventibus, atris, subcarbonaceis; sporulis allantoideis, plus minusve curvulis, utrinque acutiusculis, 3-4 ≃ 0,7-1 ac minute 1-guttulatis, chlorinulis. 5663

Hab. ad ramulos Fagi betuloidis prope Agaia et in Burnt island Fuegiæ

19. **Cytospora Salicis-babylonicæ** Schulz. Bot. Centr. 1883 XV, p. 3. — Stromatibus nigris, plerumque irregulariter multilocularibus, rarius simplicibus; sporulis cylindraceis, sæpe curvulis, hyalinis, 3-4 ≃ 1. 5664

Hab. in ramulis emortuis adhuc pendulis Salicis babylonicæ in Slavonia, sociâ *Calosphæriâ Salicis-babylonicæ* (Syll. IX, p. 448).

20. **Cytospora capitata** Fuck., in die zweite deutsch. Nordpolarf. 34, f. 8. — Stromatibus sub corticis epidermide nidulantibus multilocularibus, locellis radiatim dispositis, gelatinosis, olivaceis; disco perfecte globoso, 1 mm. diam., puberulo, olivaceo, poro centrali, 5665

puhctiformi, sporulis cylindraceis, curvatis, continuis, hyalinis, 8 ≃ 4.

Hab. in ramulis aridis Salicis arcticæ in Groenlandia.

21. **Cytospora Harioti** Briard Rev. myc. 1889, pag. 16. — Stromate conico, cortice fisso profunde immerso et cincto, subovato, pluriloculari, olivaceo-nigricante; sporulis botuliformibus, vibrantibus, copiosissimis, curvis v. subrectis, hyalinis, 5-6 ≃ 1,5-2. 5666

Hab. in cortice Populi, Aube Galliæ (P. Hariot).

22. **Cytospora betulicola** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 133. — Transverse erumpens; loculis ovoideis, 8 circa ostiolum nigrum circinantibus, applanatis, truncatis, nigris; sporulis curvulis, 5 ≃ 1; basidiis ramosissimis, ramulis bitrifidis, subulatis. 5667

Hab. in fragmentis Betulæ albæ, Noidan Galliæ.

23. **Cytospora Therryana** Thüm. M. U. n. 1979. — Peritheciis gregariis, verrucæformibus, submagnis, primo tectis demum elevatis perforatisve et cirros gelatinosos aureos perpellentibus; sporulis numerosissimis, plerumque rectis, raro subcurvis, continuis, utrinque rotundato-obtusis, cylindricis, hyalinis, 5 mm. long., 1,5 mm. crassis. 5668

Hab. in cortice antiquo Platani orientalis, Lyon Galliæ (Therry). — A *C. Platani* cirrorum colore, sporularum forma et magnitudine diversa.

24. **Cytospora quercella** Brun. Esp. Sphærops. p. 1. — Stromate pluriloculari exiguo, disco erumpente circulari, griseo-brunneo, nigro-brunneo marginato, poro centrali pertuso; sporulis oblongis, rectis, 5-6 ≃ 1-1,5. 5669

Hab. in ramulis emortuis Quercus pedunculatæ, Pessines Galliæ.

25. **Cytospora Quercus-ilicis** Pass. Fung. Gall. nov. in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 55. — Stromatibus epiphyllis, sparsis vel gregariis, conicis, nitidis, nucleo albo; sporulis cylindricis, hyalinis. 7-7½-2½. 5670

Hab. in foliis deciduis Quercus Ilicis prope Sanjou (Charente Inferieure) in Gallia (Brunaud).

26. **Cytospora Sphærula** Duby Bot. Gall. II, p. 725, Syll. III, p. 277. — Stromate erumpente prominulo, sphæroideo, atro, loculis numerosis, atris, orbicularibus ovatisve regulariter circinantibus, disco minuto subconcolore, ostiolis minutis. 5671

Hab. ad ramos emortuos Quercus in Vogesis (Mougeot). — Stroma epidermide lacerata cinctum; loculi nucleo griseo farcti.

27. **Cytospora taxifolia** Cooke et Mass. Grev. XVIII, pag. 73. — 5672
Stromatibus sparsis, globoso-conicis, levibus, nigris, erumpentibus, intus 3-4-loculatis, sphæriæformibus, ostiolo conico; basidiis minutis; sporulis allantoideis, minutis, hyalinis, 3 ≃ 1.

Hab. in foliis Taxi, New Carlisle Britanniæ.

28. **Cytospora Mayteni** Speg. F. Fueg. n. 400. — Stromatibus cortice 5673
innatis, tuberculoso-subeffusis, primo peridermio tectis, dein latiuscule erumpentibus, non v. vix exsertis, atris, coriacellis; contextu indistincto; loculis inordinatis, minutis, sæpius e mutua pressione difformibus, 90-120 μ. diam., albo-farctis; sporulis allantoideis, utrinque obtusiusculis, 6 ≃ 1, hyalinis.

Hab. ad ramulos emortuos dejectos Mayteni magellanicæ prope Shammacus Fuegiæ.

29. **Cytospora? durissima** Speg. F. Fueg. n. 398. — Stromatibus hinc 5674
inde per peridermium erumpentibus, tuberculoso-difformibus, minutis, 0,5-1 mm. diam., atro-olivaceis, corneis, durissimis, glabris, levibus, subrugulosis, contextu carnosulo indistincto olivaceo, loculis periphericis, subglobosis, 80-100 μ. diam., immersis, albo-farctis; sporulis cylindraceis, utrinque plus minusve obtusatis, 3,5 ≃ 1, hyalinis; basidiis filiformibus, 10-20 ≃ 1.

Hab. ad ramos emortuos Embotryi coccinei in Aicina insula Fuegiæ. — Species vulgatissima, rarissime tamen fertilis, fabrica nonnihil lichenina; gonidia vero non visa.

30. **Cytospora Asperulæ** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, pag. 140. — 5675
Peritheciis hypophyllis, non vel vix maculicolis; sporulis hyalinis ovato-cylindraceis, 1,5 ≃ 1; basidiis 15-18 ≃ 0,7.

Hab. in foliis vivis Asperulæ odoratæ, Saint-Dié, Vosges Galliæ.

31. **Cytospora pleurocolla** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, pag. 122. — 5676
Stromate punctiformi, 1 mm. diam., nigro, conico-truncato, vertice mamillato, innato-erumpente intus 2-3-locellato, nigro, ostiolo fusco-rufescente, cylindraceo, 1 mm. long., e basi stromatis oriundo, curvulo; sporulis curvulis, 6 ≃ 1, hyalinis, coacervatis brunneolis.

Hab. in fragmentis ligneis, Caracas Venezuelæ.

32. **Cytospora Verrucula** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 8. — Stro- 5677
matibus mox erumpentibus et subsuperficialibus, globulosis, subinde depressis, atris, ostiolis minutis punctatis; peritheciis paucis, globoso-conicis stromate omnino immersis; sporulis allantoideis, hyalinis, 6 ≃ 1-5; basidiis dichotome v. verticillato-ramosis, longis.

Hab. in ramis corticatis, Logan Australiæ (SCORTECHINI). — *Cytosporæ tumidæ* et *Cyt. epixylæ* affinis.

33. **Cytospora? Balansæ** Speg. F. Guar. II, n. 164. — Stromatibus minutis 0,5-1 mm. diam., verrucæ- v. subvalsæ-formibus carbonaceis, atris, ligno immersis, ostiolo tuberculoso crasso epidermidem perforante atque breviter exserto; peritheciis in quoque stromate paucis (2-3), parvulis 100-150 μ. diam. sæpe confluentibus; sporulis botuliformibus, utrinque obtusis 5-6 ≈ 1 atque 1-guttulatis, chlorinulis. 5678

Hab. ad ramulos dejectos putrescentes plantæ cujusdam in silvis prope Guarapì Brasiliæ.

34. **Cytospora vinosa** Delacroix Bull. Soc. Myc. France 1890, p. 181. — Stromatibus olivaceo-nigris, sub epidermide lacerata nidulantibus, paucilocellatis, in macula roseo-vinosa insidentibus; sporulis ovato-cylindraceis, rectis, bi-nucleatis, hyalinis, 7 ≈ 2; basidiis angustissimis, acutatis, fasciculatis, 25 ≈ 1. 5679

Hab. in foliis exsiccatis Yuccæ, Saône et Loire Galliæ. — *C. foliicolæ* satis affinis.

35. **Cytospora Smilacis** Cooke in Grevillea XIV, p. 14. — Stromatibus pustulatis, gregariis, convexis, innato-erumpentibus, paucilocularibus; sporulis minutissimis, cylindricis, vix curvulis, hyalinis; basidiis duplo longioribus, 4 ≈ 2. 5680

Hab. in radicibus expositis Smilacis, Darien Georgia Amer. bor. (RAVENEL).

36. **Cytospora Palmarum** Cooke in Grevillea XIII, pag. 95. — Stromatibus innato-erumpentibus, primo tectis, dein epidermidem perforantibus, $^1/_2$-1 mm. diam.; loculis parcis; sporulis allantoideis, 6 ≈ 1, hyalinis, profusis. 5681

Hab. in petiolis Palmarum etc., Kew Britanniæ.

37. **Cytospora Draconis** Sacc. et Berl. in Rev. Myc. 1886. — Stromatibus erumpentibus, intus dedaleæformibus, atris; sporulis subcylindraceis, 10 ≈ 2-2$^1/_2$, hyalinis, basidiis bacillaribus, simplicibus 30-40 ≈ 1$^1/_2$, suffultis. 5682

Hab. in fructibus Dracænæ Draconis in Algeria.

38. **Cytospora Bambusæ** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, pag. 122. — Stromate orbiculari, 1-2 mm. diam., subepidermico, dein erumpente laciniisque stellatis epidermidis cincto, nigro, intus pallido; peritheciis immersis; sporulis cylindraceis, curvulis, 7 ≈ 1,5, copiosis. 5683

Hab. in culmis Bambusæ putridis, Caracas Venezuelæ.

CEUTHOSPORA Grev. — Syll. III, p. 277.

1, **Ceuthospora fuegiana** Speg. F. Fueg. n. 401. — Stromatibus innatis densiuscule sparsis epi- v. hypophyllis impressulis irregulariter suborbicularibus 1-3 mm. diam. determinatis, subcarbonaceis, atris, glabris, levibus tenuiusculis, loculis centralibus paucis (rarius 1) depressis, anguloso-difformibus 150-250 μ. diam. albo-farctis; sporulis cylindraceis utrinque obtusis 12-15 ≃ 2-2,5 rectis, hyalinis non vel granuloso-farctis. 5684

Hab. ad folia dejecta putrescentia Mayteni magellanicæ in silvulis prope Shammacus Fuegiæ.

2. **Ceuthospora australis** Sacc. F. Rom. n. 48, f. 9. — Stromatibus amphigenis, innato-prominulis, conico-truncatis, atris, 0,3 mm. diam., disco albo furfuraceo; peritheciis globulosis circinantibus, 4-7 in colla cylindracea brevia sursum attenuatis; sporulis anguste cylindraceis, 2-guttatis, 11-13 ≃ 2, rectis, hyalinis; basidiis multo brevioribus tereti-conicis. 5685

Hab. in foliis emortuis Cneori tricocci in horto botanico, Roma.

3. **Ceuthospora Phyllosticta** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 87. — Stromatibus v. pseudoperitheciis 160-200 μ. diam. amphigenis, subgloboso-verruciformibus, nigris, intus sepimentis magis minusve completis, locellatis (rarissime subunilocularibus?), in maculis exaridis plerumque elliptico-oblongis, linea fusca subincrassata limitatis, et zona subatrosanguinea areolatis, laxe disseminatis; sporulis numerosissimis hyalinis, breviter bacillaribus, rectis utrinque obtusis 3-5 ≃ 1,5-1,8; basidiis 16 μ. circiter longis. 5686

Hab. in foliis adhuc vivis Punicæ Granati prope ecclesiam vici Mezzane di Sopra agri veronensis.

4. **Ceuthospora magellanica** Speg. F. Fueg. n. 402. — Stromatibus sparsis innatis prominulis sæpius epiphyllis, irregulariter suborbicularibus, 0,5-1 mm. diam. densiuscule sparsis, determinatis, sub carbonaceis, atris, subnitentibus, centro loculo unico (rarius 2-3) lenticulari 230-380 μ. diam. albo-farcto irregulariter (an laciniatim?) dehiscente donatis; sporulis cylindraceis utrinque obtusis 10-14 ≃ 2,5 rectis, hyalinis. 5687

Hab. ad folia dejecta putrescentia Berberidis buxifoliæ in dumosis prope Ushuvaia Fuegiæ.

5. **Ceuthospora abietina** Delacroix Bull. Soc. Myc. 1890. pag. 183, planche XX, f. VIII. — Stromatibus cuboideo-conicis, atro-olivaceis, 5688

ostiolo communi umbilicato, epiphyllis, epidermide lacerata velatis, plerumque trilocularibus, longitudinaliter elongatis, 600 ≈ 220 ≈ 120; sporulis ovoideis, utrinque rotundatis, 6 ≈ 2,5, hyalinis, biguttulatis; basidiis acutis 18-20 ≈ 1.

Hab. in pagina superiore acuum siccarum Abietis excelsæ, Langemer Vosges Galliæ. — Socia adest *Cytospora Pinastri*, a qua valde differt.

Sect. 2. Phæosporæ Sacc.

SPHÆROPSIS Lév. — Sacc. Syll. III, p. 291.

I. *Eu-Sphæropsis.* Perithecia typice corticicola, subtecta.

I. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

1. **Sphæropsis herbarum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 78. — Peritheciis minutis gregariis, nigris, punctiformibus, initio tectis, dein epidermide secedente expositis; sporulis late ellipsoideis, continuis, brunneis, purpureo tinctis, 7-10 ≈ 5-6. 5689

Hab. in caulibus herbaceis Compositarum et Umbelliferarum, Epping Britanniæ.

2. **Sphæropsis Lappæ** E. et E. in Fairm. Contr. Myc. West. N. Y. p 51. — Peritheciis sparsis, subglobosis, 0,3 mm. diam., epidermide initio tectis, dein erumpenti-superficialibus; sporulis ellipsoideis, brunneis, crasse 1-guttatis, 15-20 ≈ 8-10. 5690

Hab. in caulibus emortuis Lappæ majoris, Western New York Amer. bor.

3. **Sphæropsis Evolvuli** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 182. — Peritheciis epidermide tectis, nigris, globulosis, 200 μ. diam.; sporulis rufo-brunneis, ovoideis, 1-guttulatis, 10 ≈ 8. 5691

Hab. in caulibus exsiccatis Evolvuli, Yunnam Sinarum (Ab Delavay).

4. **Sphæropsis Lupini** Cooke et Hark. in Grevillea XIII, p. 111. — Caulicola, sparsa, erumpens; peritheciis globoso-depressis, atris, demum semiemergentibus, pertusis; sporulis globoso ovoideis, utrinque subacuminatis, continuis, demum atro-olivaceis, 15-17 ≈ 8-10. 5692

Hab. in caule Lupini in California (Harkness).

5. **Sphæropsis Rostrupii** Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4662, *Sphæropsis* sp. Rostrup Unders. Svamp. Rhizoct. p. 19, tab. I, fig. 1-5. — Peritheciis sparsis, pseudoparenchymaticis, rufo-brunneis; spo- 5693

rulis ovoideis vel sphæroideis, rufescentibus, basi apiculatis, guttulis 1-3 pallidioribus præditis, 6-8 ≃ 4-6.

Hab. in radicibus Trifolii hybridi in Islandia.

6. **Sphæropsis Smyrnii** Pass. Fung. Gall. nov. in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 55. — Peritheciis gregariis, sæpe confluentibus, seriatis, compressis, rimose erumpentibus, nigris; sporulis ellipticis vel ovoideis, continuis, fuligineis, 16-20 ≃ 9-12. 5694

Hab. in caulibus emortuis Smyrnii Olusatri prope Font couverte in Gallia (Brunaud).

7. **Sphæropsis sphærospora** Peck 39 Rep. p. 46. — Peritheciis numerosis, minutis, 150-175 μ. lat., subglobosis v. depressis, primo epidermide tectis, nigris, ostiolo minuto pertusis; sporulis globosis v. subovoideis, subcoloratis, 10-12,5 μ. long., plerumque ample 1-guttatis. 5695

Hab. in caule emortuo Asclepiadis Cornuti, Sandlake Americæ borealis.

8. **Sphæropsis Euphorbiæ** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 105. — Peritheciis sparsis vel subgregariis in ligno denudato superficialibus, atris subglobosis papillatis vel brevissime rostellatis; sporulis ovalibus apicibus subacutis vel subrotundatis, integris, flavo-fuscidulis, 12-15 ≃ 7-7,5, sterigmatibus crassiusculis longitudine varia fultis. 5696

Hab. in caulibus siccis Euphorbiæ in horto botanico, Parma Ital. bor.

II. *In Dicotyledoneis lignosis.*

9. **Sphæropsis zonata** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 106. — Peritheciis subcutaneis erumpentibus sparsis carbonaceis, subglobosis vix ostiolatis, rugosis, tandem deciduis, nucleo albo-zonato; sporulis magnitudine variis, ellipticis aut ovatis, integris castaneo-fuscis, ut plurimum 20-22 ≃ 10-12. 5697

Hab. in ramis siccis Loniceræ Xylostei, Vigheffio prope Parma.

10. **Sphæropsis Jasmini** Pat. in Rev. Myc. 1886, pag. 182. — Peritheciis punctiformibus, nigris, epidermide tectis; sporulis ovoideis rotundatis, brunneis, bi-trinucleatis, 6-7 ≃ 6. 5698

Hab. in ramulis emortuis Jasmini, Yunnam Sinarum (Ab. Delavay).

11. **Sphæropsis Helicis** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 8. — Peritheciis majusculis, nigris, semiimmersis, carbonaceis, ostiolo longo 5699

exserto; sporulis ovoideis, continuis, 12 ≈ 8, initio breve stipitatis, demum opace nigricantibus.

Hab. in ramis Hederæ Helicis, Kew London Britanniæ. — Perithecia stromati nigro (*Diaporthes pullæ*) plerumque innata. — «An *Nœmosphæræ* species?».

12. **Sphæropsis Staphyleæ** Brun. Champ. Saint. VII, p. 5. — Peritheciis sparsis, minutis, globosis, tectis, intus albo-corneis; sporulis ovoideis v. oblongis, fuligineis, continuis, 20-30 ≈ 9-11. 5700

Hab. in ramis emortuis Staphyleæ pinnatæ, Pessines pr. Saintes Galliæ. — Status forte imperfectus *Diplodiæ Staphyleæ.*

13. **Sphæropsis Lauri** Pass. et Brun. Mat. myc. Saint. p. 23. — Peritheciis tectis, seriatim dispositis, nigris, parvis, globoso-compressis; sporulis ellipsoideis v. obovatis, continuis, brunneis, 18 ≈ 10. 5701

Hab. in ramis emortuis Lauri nobilis, Saintes Galliæ. — *Sph. seriatæ* valde affinis.

14. **Sphæropsis Linderæ** Peck 39 Rep. p. 45. — Peritheciis numerosis, minutis, 125-250 μ. lat., erumpentibus, nigris, intus albis; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, primo pallidis, dein coloratis, 20-27,5 ≈ 12,5-15; basidiis sporulis brevioribus. 5702

Hab. in ramis Linderæ Benzoin, Albany Amer. bor. — *Sph. tiliaceæ* valde affinis.

15. **Sphæropsis minuta** Bel. et F. Sacc. Contr. Myc. Lus. p. 7. — Peritheciis minutis, epiphyllis, 150-200 μ. diam. pertusis, in maculis expallenti-ochraceis, subsparsis, contextu laxe parenchymatico, ochraceo; sporulis ovoideo-oblongis, utrinque rotundatis, 18-22 ≈ 8-9, ochraceo-lutescentibus, 1-2-guttatis v. protoplasmate ad medium partito. 5703

Hab. in foliis Aceris Pseudoplatani in Lusitania.

16. **Sphæropsis tiliacea** Peck 39 Rep. p. 45. — Peritheciis primo tectis, dein erumpentibus, subglobosis v. depressis, numerosis, minutis, 175-250 μ. lat., poro minuto pertusis, nigris; sporulis oblongis v. subellipsoideis, primo pallidis, dein coloratis, 17,5-22,5 ≈ 12,5-15; basidiis sporulá vix longioribus. 5704

Hab. in cortice emortuo Tiliæ americanæ, Albany Amer. borealis.

17. **Sphæropsis pallida** Peck 39 Rep. pag. 46. — Peritheciis cæspitosis, erumpentibus, 275-325 μ. lat., nigris; sporulis subglobosis, subcoloratis, 17,5-20 ≈ 16-18,5, basidiis brevissimis fultis, 1-3-guttatis. 5705

Hab. in ramis emortuis Rhois typhinæ, Saugerties Amer.

bor. — Differt a *Sph. Sumachi* peritheciis minoribus, sporulis subglobosis et pallidioribus.

18. **Sphæropsis? enormis** Sacc., *S. abnormis* Berk. et Thuem. M. U. n. 1675, Diagn. p. 16. — Peritheciis sparsis v. sæpius regulariter concentrice dispositis, amphigenis, elevatis, cephaloideis, aterrimis, magnis, durissimis; sporulis ovoideis v. subglobosis v. ellipsoideis, simplicibus, utrinque rotundatis, hyalinis vel dilute cinereis, 8-10 ≈ 4-6. 5706

Hab. in foliis vivis Capparidis Gueinzii ad promont. Bonæ Spei (Prof. P. Mac. Owan). — Nomen leviter mutavi ob homonymam speciem. Cfr. Syll. III, p. 301.

19. **Sphæropsis Visci** (Sollm.) Sacc. Mich. II, p. 105, *Ceuthospora* Sollm. in Hedw. II, n. 19, t. XIII. — Peritheciis laxe gregariis, subcutaneis, prominulis, globosis, nigris, vertice obtuse conoideis, nucleo initio albo; sporulis obovatis vel oblongis, 45-55 ≈ 18-26, continuis, olivaceo-fuligineis, granuloso-nucleatis, basidiis brevibus suffultis et pseudo-paraphysibus (an basidiis perfectioribus) bacillaribus, multo longioribus, hyalinis obvallatis. 5707

Hab. in foliis ramulisque Visci albi in Vogesis, Belgio, Helvetia, Tirolia. — «Ad basin peritheciorum adsunt hyphæ brunneæ ramulosæ septatæ, conidia ellipsoidea, continua fuliginea, 9-10 ≈ 5 gerentia» Stat. macrostylosp. *Gibberideæ Visci.*

20. **Sphæropsis endophlœa** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 102. — Peritheciis sparsis basi insculptis minutis prominulis, subglobosis, atris; sporulis ellipticis vel ovatis integris, olivaceo-fuscis, 18-20 ≈ 10-12. 5708

Hab. in cortice interiore relaxato Piri Mali, Collecchio prov. Parma.

21. **Sphæropsis lichenoides** Sacc. in Rev. Myc. 1885, p. 222. — Peritheciis gregariis, epidermide dealbata tectis, dein erumpentibus, globulosis, obtuse papillatis, $^1/_3$ mm. diam., atris; sporulis ellipsoideis, olivaceis, 14-18 = 7-8, initio stipitatis. 5709

Hab. in ramis exsiccatis Piri japonicæ cultæ, Toulouse Galliæ (Angela Roumeguère).

22. **Sphæropsis cydoniæcola** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 107. — Peritheciis creberrime sparsis vel subgregariis, sæpius in series lineares digestis, tectis, pustulæformibus, vix epidermidem findentibus; sporulis forma variis ellipticis, ovatis vel subglobosis, subinde irregularibus, castaneo-fuscis, integris, 15-25 ≈ 7,5-12,5; basidiis non visis. 5710

Hab. in ramis siccis Cydoniæ vulgaris, Parma.

23. **Sphæropsis demersa** (Bon.) Sacc. Syll. III, p. 293. — Sec. Celotti Mic. Montpell. p. 19, species nascitur quoque in ramis corticatis Cratægi Oxyacanthæ, C. Ariæ et Cerasi virginianæ, Montpellier, et præbet sporulas 20-25 ≃ 10-12.

24. **Sphæropsis phomatoidea** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 49. — 5711
Maculis hypophyllis irregularibus brunneis a larva quadam productis; peritheciis sparsis, convexis, initio tectis, nigris, poro pertusis; sporulis ellipsoideis, utrinque rotundatis, nucleatis, melleo-brunneis, 8 ≃ 4-5; basidiis brevibus, curvis.

Hab. in foliis Eucalypti, Victoria Australiæ (Martin).

25. **Sphæropsis Cercidis** Brun. Champ. Saint. p. 338. — Peritheciis 5712
penitus cortice immersis, primo tectis, dein vix erumpentibus conico-truncatis, pertusis, nigris, intus griseolis; sporulis oblongis, dilute olivaceis, continuis, 2-guttatis vel granulosis, 17-18 ≃ 7,

Hab. in ramis emortuis Cercidis Siliquastri, Saintes Galliæ.

26. **Sphæropsis viticola** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 10. — Perithe- 5713
ciis globosis, atris, lineatim digestis vel subgregariis vel etiam solitariis, ostiolo papillari; sporulis ellipticis, ovatis vel subglobosis, fuligineis, interdum biguttulatis, sed semper integris, regularibus, 12,5-20 ≃ 7,5-10.

Hab. in sarmentis dejectis Vitis viniferæ, Parma Ital. bor.
— A *Sph. fabæformi* sporulis regularibus angustioribus diversa.

27. **Sphæropsis oblongispora** Mass. Contr. Mic. Veron. pag. 141, — 5714
Peritheciis globulosis, 140 ≃ 180, densissime disseminatis, substratosis, hemisphærico-prominulis, epidermide velatis dein erumpentibus, poro perviis, contextu carbonaceis; sporulis oblongo-ellipticis vel subfusiformibus, dilute fuligineis, pellucidis, 18-28 ≃ 5-8.

Hab. in sarmentis siccis Vitis viniferæ, Tregnago in agro veronensi Ital. bor.

28. **Sphæropsis ribicola** C. et Ell. Grev. V, pag. 55, t. 80, f. 7. — 5715
Peritheciis gregariis, epidermide tectis, elevatis; sporulis ellipsoideis, brunneis, 22 ≃ 9.

Hab. in ramis Ribis, New Jersey Amer. bor.

29. **Sphæropsis Rhamni** Cooke Grev. V, p. 55, t. 80, f. 6. — Peri- 5716
theciis gregariis, primum epidermide tectis, demum ea transverse fissâ erumpentibus; sporulis arcte ellipticis, brunneis, 25 ≃ 7,5.

Hab. in cortice Rhamni, New Jersey Amer. bor. (Doct. Curtis). — *Sph. ribicolæ* affinis sed sporulis angustioribus.

30. **Sphæropsis quercina** Cooke et Harkn. in Grevillea XIII, p. 111. 5717

— Peritheciis sparsis, subcutaneis, globoso-depressis, vix promirulis; sporulis subellipticis, continuis, utrinque rotundatis, demum olivaceo-fuligineis, 20-24 ≈ 12.

Hab. in ramis vivis Quercus in California (Harkness).

31. **Sphæropsis alnicola** Peck in 38 Rep. St. Mus. p. 95. — Peritheciis numerosis, 350-500 μ. diam., prominulis, hemisphæricis, erumpentibus, sæpe confluentibus, in maculis nigris; sporulis oblongis, 15-22 ≈ 8-10. 5718

Hab. in ramulis emortuis Alni, West Albany Amer. bor.

32. **Sphæropsis salicicola** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 103. — Peritheciis sparsis vel gregariis globoso-conoideis erumpentibus, epidermide cinctis, atris, scabridis, ostiolo obtuso, fibrillis dematiaceis raris brevissimis consperso; sporulis ellipticis vel inæquilateralibus, raro subglobosis, basidiis hyalinis fultis, continuis, castaneo-fuscis, 15-22,5 ≈ 10. 5719

Hab. in ramo sicco Salicis, Parma Ital. bor.

33. **Sphæropsis Betulæ** Cooke in Grevillea XIV, p. 4. — Subgregaria, interdum sparsa, cuticula elevata tecta; peritheciis depresse globosis, vix papillatis; sporulis ellipticis, utrinque rotundatis, continuis, luteolis, 30-32 ≈ 9. 5720

Hab. in ramulis Betulæ albæ, Kew Britanniæ.

34. **Sphæropsis Mori** Berl. Fungi Mor. fasc. I, tab. 9, fig. 1-6, *Diplodia Mori* Plur. Auct. — Peritheciis sparsis vel leniter gregariis, basi cortice insculptis, epidermide elevata dein fissa cinctis, atris, globosis, sæpe collapsis, in ostiolum breve, conicum productis, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam.; sporulis oblongo-ovatis, sæpe basi attenuatis quandoque plasmatis bipartiti causa, loculo medio valde irregulari præditis, 15-18 ≈ 10-2, saturate olivaceis; basidiis hyalinis, brevibus, crassiusculis, suffultis. 5721

Hab. in ramis corticatis Mori albæ in toto agro veneto Ital. bor., sociâ *Diplodiâ Mori.*

35. **Sphæropsis heterospora** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 104. — Crebre sparsa vel subgregaria, tecta, pustulæformis; peritheciis subglobosis atris; sporulis fuligineis, globosis, 10-12,5 μ. diam. vel ovatis, 15-17,5 ≈ 10; basidiis non visis. 5722

Hab. in ramulis siccis Mori albæ, Parma.

36. **Sphæropsis ulmicola** E. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 79. — Peritheciis sparsis, minutis, 0,2-0,3 mm. diam., intus albis, epidermide pustulatim inflata sed vulgo non rupta tectis; sporulis elli- 5723

psoideis v. obovatis, 20-30 ≃ 12-15, flavo-brunneis; basidiis sporula brevioribus, obtusis.

Hab. in ramis emortuis Ulmi, London Canada (Dearness). — A *S. Ulmi* sporulis multo minoribus dignoscitur.

37. **Sphæropsis Ulmi** Karst. Symb. Fenn. XXVIII, p. 42. — Peritheciis gregariis superficialibus, globulosis vel ovoideo-truncatis, basi applanatis, carbonaceis, fragilibus, subastomis, atris, 0,3 mm. diam.; sporulis ellipsoideo-oblongatis, hyalino-olivaceis, eguttulatis, 10 ≃ 4. 5724

Hab. ad ramulos dejectos, cortice orbatos Ulmi in horto mustialensi Fenniæ.

38. **Sphæropsis gallæ** (Schw.) Sacc. Syll. III, p. 300. — Sec. Celotti Mic. Montpell. p. 20, species nascitur quoque in ramis Juglandis porcinæ, Montpellier et præbet sporulas 19-20 ≃ 10-12.

39. **Sphæropsis acicola** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 10. — Peritheciis superficialibus, sparsis vel subgregariis, parvulis, globosis, carbonaceis, ostiolo pertuso; sporulis ovalibus fuscis margine tenui hyalino, 12,5-15 ≃ 7,5-10; basidiis bacillaribus longis hyalinis. 5725

Hab. in foliis putridis Pini austriacæ, in horto botanico Parma Ital. bor.

40. **Sphæropsis Ellisii** Sacc. Syll. III, p. 300 — var. **Laricis** Peck 44 Rep. p. 23. — Peritheciis majoribus, 350 μ. diam., sæpe seriatis epidermideque albida, rupta cinctis; sporulis ovatis 30-45 ≃ 15-20. 5726

Hab. in ramis corticatis Laricis americanæ, Kasoag Oswego county Amer. bor.

41. **Sphæropsis Juniperi** Peck 39 Rep. pag. 45. — Peritheciis gregariis, numerosis, minutis, 200-275 μ. lat., erumpentibus, nigris; sporulis oblongis v. ellipsoideis, 20-23,5 ≃ 11,5-13,5. 5727

Hab. in cortice emortuo Juniperi virginianæ, Albany occid. Amer. bor.

42. **Sphæropsis maculans** Peck 39 Rep. pag. 46. — Peritheciis immersis, 400-500 μ. lat., nigris; ostiolo papillato; sporulis ellipsoideis, coloratis, 10-12,5 ≃ 5-6,5. 5728

Hab. in ramis emortuis et decorticatis in montibus Adirondack Amer. bor.

43. **Sphæropsis lecythea** (Schw.) Cooke Grev. *Sphæria* Schw., Syll. II, p. 410. — Sporulæ continuæ, pallide brunneæ, 30 ≃ 10-12. — Etiam *Sphæria junipericola* Schw., Syll. II, p. 390, teste Cooke Grev., est *Sphæropsis*. 5729

III. *In Monocotyledoneis.*

44. **Sphæropsis Smilacis** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 149. — Peritheciis sparsis, cortice immersis, epidermidem rumpentibus sed pro parte tantum erumpentibus; sporulis oblongis, brunneis, obtusis 15-20 ≍ 6-8. 5730

Hab. in caulibus emortuis Smilacis hispidæ, Lincoln, Nebr. Amer. bor. (H. J. Webber).

45. **Sphæropsis subdola** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 10. — Peritheciis solitaris? sparsis, erumpentibus, atris, contextu carbonaceo; sporulis ellipticis, primo hyalinis, deinde flavis, tandem castaneis, semper integris, 15-18 ≍ 8-10. 5731

Hab. in caulibus siccis Geitonoplesii angustifolii, Panisperma, Roma.

46. **Sphæropsis typhina** Peck 32 Rep. p. 38. — Peritheciis sparsis, subconicis, leviter prominulis, sæpe compressis, nigris; sporulis fusoideis, utrinque acutatis, coloratis, 15 ≍ 4. 5732

Hab. in foliis Typhæ latifoliæ, Sprakers Amer. bor.

47. **Sphæropsis caricina** Pass. in Journ. hist. Nat. Bord. 1885, p. 136, Brunaud Liste Sphærops. p. 28. — Peritheciis sparsis, minutis, globulosis, nigris, tectis, ostiolo epidermidem perforante donatis; sporulis ellipsoideis vel ovoideis, fuligineis, continuis (an semper?), 18-22 ≍ 10-12,5; basidiis brevibus, subæqualibus, hyalinis. 5733

Hab. in foliis emortuis Caricis ripariæ, Saintes Galliæ.

48. **Sphæropsis Tritici** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 75. — Peritheciis minutissimis, dense gregariis, primo tectis, punctiformibus, atris; sporulis ellipticis, continuis, læte fuscis, 12 ≍ 7-9. 5734

Hab. in foliis vaginisque emortuis Tritici, Melbourne Australiæ (F. Reader).

49. **Sphæropsis Passerinii** Brun. Champ. Saint. V, pag. 5. — Peritheciis erumpentibus, subglobosis vel oblongis, carbonaceis, duriusculis; sporulis ellipsoideis vel subovoideis, primo hyalinis, dein castaneo-brunneis, 20-25 ≍ 10-12,5; sporulis subglobosis v. ovoideis multo minoribus intermixtis; basidiis bacillaribus, hyalinis. 5735

Hab. in culmis emortuis Bambusæ arundinaceæ, Saintes Galliæ.

50. **Sphæropsis lugubris** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 81. — Peritheciis subglobosis, carbonaceis, epidermide atrata tectis, 240-300 μ. diam., plus minus aggregatis, poro dehiscenti- 5736

bus; sporulis elliptico-fusoideis, planis, fuligineis, subinde 2-guttatis, 18-21 ≈ 9-10.

Hab. in culmis foliisque Ammophilæ arenariæ, Ostende Belgii, socio statu ascoph. *Anthostomella lugubri.*

2. *Sphæromma* Sacc. Perithecia subsuperficialia, xylogena.

51. **Sphæropsis tabacina** Berl. Fungi moricolæ fasc. I, t. 9, f. 12-15. 5737
— Peritheciis superficialibus, sparsis vel leniter gregariis, crusta stromatica atra insidentibus, globosis, atris, lucidis, in ostiolum cylindraceum vel cylindraceo-conicum, subinde longiusculum desinentibus $^1/_5$-$^1/_3$ mm. diam.; sporulis ovoideis, episporio crassiusculo, guttulatis, continuis, læte cinnamomeis; basidiis nullis vel obsoletis.

Hab. in ligno putri Mori albæ, Fiumicello Ital. bor. — Ligno valde nigrefacto, peritheciis acute papillatis sporulisque ochraceo-lutescentibus statim distinguenda.

52. **Sphæropsis Xylostei** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 10. — Perithe 5738
ciis insculptis, sparsis vel subgregariis, sphæriæformibus, rugulosis, atris, ostiolo papillari, nitidulo, pertuso; sporulis ellipticis, integris, fuligineis, 15 ≈ 7,5.

Hab. in ligno fracido denudato Loniceræ Xylostei, Vigheffio pr. Parma

53. **Sphæropsis lignicola** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 8. — Peri- 5739
theciis gregariis, sæpius juxta ligni fibras seriatis, subinde confluentibus, opace atris, subglobosis, lateraliter compressis et distortis, subsuperficialibus, minute pertusis; sporulis subglobosis v. ovoideis continuis, brunneis, 15 ≈ 10.

Hab. in ramis decorticatis, Kew London Britanniæ.

NÆMOSPHÆRA Sacc. Syll. III, p. 198 (ut subgen.) Karst. Sphærops. Fenn. p. 68 (Etym. e metathesi vocis *Sphæronæma*). — Perithecia discreta, tecta vel subsuperficialia, atra, membranaceo-carbonacea, ostiolo rostrato. Sporulæ continuæ, ovato-oblongæ, coloratæ. — Est *Sphæropsis* vel *Coniothyrium* rostrata. — Ad hoc genus quoque spectant *Næm. Magnoliæ* (Peck) Sacc. et *N. ossis* (Pr.) Sacc. Cfr. Syll. III, p. 198.

1. **Næmosphæra subtilissima** Karst. Sphær. Fenn. p. 68. — Perithe- 5740
ciis sparsis vel gregariis, superficialibus, late conoideis, atris, parenchymatico-contextis, 0,1 mm. diam., rostro cylindraceo, stricto.

atro e filamentis connatis contexto, 0,4 mm. long., 20 μ. cr.; sporulis ellipsoideo-sphæroideis, dilutissime olivaceis, 6-7 ≃ 5-6.

Hab. in ramis emortuis Symphoricarpi racemosæ in horto Mustiala Fenniæ.

2. **Næmosphæra rudis** Karst. Symb. Myc. XXVIII, pag. 43. — Peritheciis gregatim sparsis, superficialibus, ovoideo-conoideis, pallidis, dein brunnescentibus, canovillosulis, 100-140 μ. diam.; ostiolo cylindraceo e pallide brunneo, perithecio subæquilongo vel sublongiore; sporulis ovoideis, late ellipsoideis v. fere sphæroideis, fuligineis, eguttulatis, 12-24 ≃ 7-8 vel 10-12 μ. diam. 5741

Hab. in cortice interiore Aceris platanoidis in horto mustialensi Fenniæ.

3. **Næmosphæra ceratophora** (Speg.) Sacc. *Sphæropsis* Speg. Guar. I, p. 145. — Peritheciis immersis, laxe gregariis vel sparsis, globosis, 150 μ. diam., atris, opacis, coriaceis; ostiolo nigro, elongato exserto, 1-1,5 mm. long., 0,1-0,2 mm. diam., fibroso-prosenchymatico, ex hyphis chlorino-olivaceis composito, apice perforato et fimbriatulo; sporulis ellipticis vel ovoideis, basi subtruncatulis, cinnamomeis, grosse 1-2-guttatis, 12-15 ≃ 7-8, strato mucoso tenui, hyalino involutis; basidiis subampulliformibus v. ovoideo-elongatis, 15-20 ≃ 5, hyalinis. 5742

Hab. ad corticem emortuum ramorum in silvis prope Guarapi Brasiliæ.

4. **Næmosphæra rostellata** (Grove) Sacc. *Coniothyrium rostellatum* Grove in Journ. of Bot. 1886, p. 135. — Peritheciis globosis, rostello brevi cylindrico instructis vel ovoideis, rostro confluente, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. alt., superficialibus, atris, rugulosis, sparsis v. subinde semiconnatis, contextu parenchymatico, olivaceo, subpellucido; sporulis numerosis, ovoideis vel subglobosis, olivaceis, 4 ≃ $2^1/_2$-3. 5743

Hab. in interiore squamarum superficie conorum Pini silvestris, Kings Norton prope Birmingham Britanniæ. — A *Conioth. dispersello* rostro manifesto distincta.

5. **Næmosphæra anomala** (March.) Sacc. *Sphæronema* March. Champ. copr. VI, p. 10. — Peritheciis laxe gregariis, in ligno basi leviter insculptis, hemisphæricis, primum subglobosis, superne sæpe depressis, atro-fuscis, contextu parenchymatico densissimo, opaco, subfragili, 179-220 μ. diam.; ostiolo cylindraceo, prosenchymatico, atrofusco, 460-550 ≃ 12-15, recto vel flexuoso, apice penicillato-fibrilloso, albido, globulum candidum gerente; sporulis ovoideis, rectis, rarissime subarcuatis, polo inferiori leniter attenuato-truncatis, 5744

juvenilibus fuligineo-hyalinis, 2 rarius-1-guttulatis, demum fuscis, subopacis, 11,5-12,5 ≈ 6,5-8, basidiis brevibus, suffultis.

Hab. ad lignum decorticatum fimo cuniculino inquinatum, Bruxelles Belgii.

CONIOTHYRIUM Corda. — Sacc. Syll. III, p. 305.

A. *Eu-Coniothyrium.* Perithecia subtecta.

I. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

1. **Coniothyrium Fragariæ** Oud. Versl. en Med. der Kon. Ak. van Wet. 2, XVIII, 37 et Aanw. IX-X, p. 27. — Peritheciis membranaceis, fuligineis, apice irregulariter pertusis; sporulis fuligineis, late ellipticis, 11,6 ≈ 9,3, utrinque vel uno alterove apice acutato, basi sæpeque basidii portiunculâ hyalinâ appendiculatis. 5745

Hab. in receptaculis maturis Fragariæ vescæ, Amsterdam Hollandiæ.

2. **Coniothyrium Arthurianum** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, n. 71. — Peritheciis gregariis, epidermide velatis, globoso-depressis, papillulatis, $^1/_6$ mm. diam., atris; sporulis e globoso ellipsoideis, utrinque rotundatis, 5-6 ≈ 4-5, pallide olivaceis. 5746

Hab. in caulibus herbaceis (Cucurbitæ?) Geneva Amer. bor., socio *Epicocco neglecto* (I. C. Arthur).

3. **Coniothyrium Euphorbiæ** (Roum.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4394, *Phyllosticta Euphorbiæ* Roum. in Rev. Myc. 1885, p. 26. — Maculis epiphyllis, orbicularibus, rufo-brunneis, sparsis v. confluentibus, sæpe ad margines foliorum; peritheciis punctiformibus, nigris, $^1/_{10}$ mm. diam.; sporulis ellipsoideis, 5-6 ≈ 2,5, olivaceis. 5747

Hab. in foliis vivis Euphorbiæ silvaticæ, Fontainebleau Galliæ.

4. **Coniothyrium Hellebori** Cooke et Mass. Grev. XV, p. 108. — Amphigenum; maculis orbicularibus sordide brunneis, 1-1,5 mm. diam., concentrice notatis; peritheciis minutis, plerumque in centro maculæ sitis, diu tectis, papillatis; sporulis ovoideis, pallide brunneis, 4-5 ≈ 2-3. 5748

Hab. in foliis languentibus Hellebori nigri, Kew London Britanniæ.

5. **Coniothyrium Delacroixii** Sacc., *Coniothyrium Hellebori* Delacroix Bull. Soc. Myc. Fr. 1890, p. 183, nec C. et M. — Maculis amplis, amphigenis, sordide fusco-violaceis, ovalibus v. subangulatis; peritheciis immersis, 150-200 μ. diam., subrotundis, basi leviter 5749

applanatis, ostiolo papillato, epidermidem perforante, 35 μ. lato; sporulis ovalibus, primum hyalinis, dein fusco-castaneis, 7 ≈ 3,5; basidiis nullis.

Hab. in pagina superiore foliorum Hellebori viridis, Saint-Emilaud (Saône et Loire) Galliæ.

6. **Coniothyrium vile** Karst. et Har. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Peritheciis sparsis, erumpentibus, rotundatis, pertusis, atris, minimis; sporulis ellipsoideis vel oblongatis, dilute fuligineis, 4-6 ≈ 2,5-3,5. 5750

Hab. ad caules aridos Solidaginis glabræ, Méry-sur-Seine (Aube) Galliæ.

7. **Coniothyrium salvicolum** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 49. — Peritheciis erumpenti-superficialibus, submembranaceis, nigris, ½ mm. diam., dein supra collabentibus; ostiolo papillato; sporulis subglobosis, olivaceis, 3,5-4 μ. diam. 5751

Hab. in caulibus vetustis, dealbatis et decorticatis Salviæ officinalis, Newfield, N. J. Amer. bor.

8. **Coniothyrium septorioides** Cooke et Mass. Grev. XX, pag. 36. — Maculis orbicularibus, fulvescentibus, late purpureo-marginatis, epiphyllis; peritheciis plerumque circinantibus, subinde sparsis, nigris, erumpentibus, globosis, membranaceis; sporulis late ellipsoideis, continuis, pallide brunneis, 5-6 ≈ 3-4. 5752

Hab. in foliis Prostantheræ lasianthæ, Grampians Victoria Australiæ (F. Mueller).

9. **Coniothyrium mediellum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIII, p. 10. Peritheciis dense gregariis, superficialibus, basi leviter insculptis, sphæroideo-conoideis, obtusiusculis, ore latiusculo pertusis, atris, 0,4 mm. diam.; sporulis late ellipsoideis, eguttulatis, luteolis, diaphanis, 4-6 ≈ 2-5. 5753

Hab. in caulibus Chenopodii albi emortuis ad Mustiala Fenniæ. — Inter *Coniothyrium Crepinianum* et *C. conoideum* quasi medium.

II. *In Dicotyledoneis lignosis.*

10. **Coniothyrium Montagnei** Cart. in Mont. Ann. Sc. nat. 1849, II, p. 304. — Peritheciis epidermide innatis, erumpentibus, gregariis, ovoideo-globosis, subdepressis, minutissimis, vix 50 μ. diam., atris, vertice tandem ruptis; contextu membranaceo, tenuissimo, ample parenchymatico; sporulis globosis, griseis, tandem olivaceo-umbrinis, episporio crasso, maturis 10 μ. cr. 5754

Hab. in ramulis emortuis Elæagni angustifolii et in cau-

libus pedunculisque Bupleuri fruticosi pr. Montaud-lès-Miramas Galliæ (CASTAGNE).

11. **Coniothyrium Ribis** Brun. Champ. Saint. pag. 338. — Peritheciis gregariis vel subgregariis, erumpentibus, globosis, nigris; sporulis oblongis, eguttatis, brunneis, 8-10 ≃ 3-3,5. 5755

Hab. in ramis emortuis Ribis floridi, Saintes Galliæ. — Affinis *C. olivaceo.*

12. **Coniothyrium Berberidis** Fautrey in Rev. myc. 1890, p. 124. — Peritheciis sub epidermide nidulantibus, eximie pertusis, nigris, depressis; sporulis oblongis, fuscis, eguttatis, 8-11 ≃ 2-4. 5756

Hab. in ramulis Berberidis vulgaris, sociâ *Didymosphæria epidermidis* forma *macrospora,* Beaune, Côte-d'Or Galliæ. (F. FAUTREY).

13. **Coniothyrium Berlandieri** Viala et Sauv. in Journ. de Bot. 1891, p. 364, t. V, f. 11. — Peritheciis sphæricis v. subreniformibus, 135 ≃ 110, apice subprominulo pertusis; contextu minutissime irregulariterque parenchymatico, atro-nigro; sporulis piriformibus, elongatis, basi angustioribus et plano-truncatis, subsaturate brunneis, episporio crassissimo, intus eguttatis, minute granulosis, 16 ≃ 6,3, continuis, rarissime 1-septatis. 5757

Hab. in foliis Vitis Berlandieri, V. cinereæ, V. candicantis Amer. bor. — Socia adest *Coniothryrii* alia sp., peritheciis 46 μ. diam., 62 μ. alt., sporulis ovoideis, dilute brunneo-fuligineis, 1,25 μ. long.

14. **Coniothyrium Vitis** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. 141. — Peritheciis sparsis, subsuperficialibus, globosis, atris, papillatis, minutis, 60 μ. diam.; sporulis ovalibus, fuscis, eguttulatis, 4,5 ≃ 2,5; basidiis non visibilibus. 5758

Hab. in cortice Vitis viniferæ emortuæ, Hautes Pyrénées Galliæ. — A *C. olivaceo* et *C. Fuckelii* præcipue peritheciis multo minoribus diversum.

15. **Coniothyrium Staphyleæ** Peck 39 Rep. p. 40. — Peritheciis minutis, 175-275 μ. lat, subglobosis, subprominulis, primo epidermide tectis, dein erumpentibus, nigris; sporulis minutissimis, ellipsoideis, subcoloratis, 4 ≃ 3, 5759

Hab. in ramis dealbatis Staphyleæ trifoliæ, Saugerties Amer. bor.

16. **Coniothyrium Cephalanthi** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 149. — Maculis latis, suborbicularibus v. irregularibus, supra griseo-brunneis, subtus rubiginoso-brunneis, sæpe late confluentibus, plus 5760

minus distincte concentrice zonatis; peritheciis hypophyllis, minutis, copiosis, erumpentibus, nigris; sporulis brunneis, continuis, globosis, 4-5 μ. diam. v. ovoideis, 4-5 ≈ 3-3,6.

Hab. in foliis vivis Cephalanthi, Bayon Chene, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

17. **Coniothyrium Genistæ** (Roum.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4391, 5761
Septoria Genistæ Roum. in Rev. Myc. 1884, p. 230. — Peritheciis innato-erumpentibus, prominentibus, globoso-inæqualibus, brevissime papillatis, gregariis, subinde confluentibus, subcoriaceis, atris, ¾ mm. diam.; sporulis ellipticis, inæquilateralibus, brunneis.

Hab. in cortice emortuo Genistæ tinctoriæ, Carcassonne Galliæ.

18. **Coniothyrium Laburni** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1645 (absque 5762
diagnosi).

Hab. in ramis decorticatis Cytisi Laburni, St. Amand, Marne Galliæ.

19. **Coniothyrium cassiæcolum** Cooke in Grevillea XIII, pag. 96. — 5763
Peritheciis gregariis, globosis, cuticula elevata tectis, demum erumpentibus; sporulis ovalibus, enucleatis, pellucidis, pallide brunneis, 6 ≈ 4, continuis.

Hab. in caulibus Cassiæ marylandicæ, Kew Britanniæ.

20. **Coniothyrium ilicinum** Ell. et Anders. Bot. Gaz. 1891, p. 46. — 5764
Peritheciis epiphyllis, prominulis, epidermide atrata tectis; sporulis subglobosis v. breve ellipsoideis, pallide brunneis, 2,5-3 μ. longis.

Hab. in foliis Ilicis speciei cujusdam, Washington Amer. bor.

21. **Coniothyrium Kerriæ** Le Bret. in Rev. Myc. 1891 Oct. — Peri- 5765
theciis ....; sporulis subglobosis brunneis, 4-6 ≈ 4,5.

Hab. in ramulis emortuis Kerriæ pr. Rouen Galliæ, sociis *Phoma japonica* et *Diplodia Kerriæ*.

22. **Coniothyrium australe** Sacc. Syll. III, pag. 311. — Var. **Mespili** 5766
Pass. in Journ. hist. Nat. Bord. p. 136, Brunaud Liste Sphærops. p. 29. — Peritheciis epidermide tectis, dein erumpentibus; sporulis ovoideis, brunneis, centro guttulatis, 12,5-15 ≈ 8-10.

Hab. in ramis emortuis Mespili germanicæ, Pessines Galliæ.

23. **Coniothyrium subcorticale** Karst. Hedw. 1888. — Peritheciis spar- 5767
sis vel laxe gregariis, peridermio velatis eique ostiolo adnatis, rotundato-depressis, fragilibus, levibus, glabris, atratis, ostiolo papillato per peridermium erumpente, circiter 0,2 mm. latis; sporulis ellipsoideo-sphæroideis v. ellipsoideis, eguttulatis, ex hyalino dilute fuligineis, 4-6 ≈ 3.

Hab. in ramis emortuis Sambuci racemosæ in horto mustialensi Fenniæ. — A *Con. fuscidulo* certe diversum. *Calosphæriam vibratilem* imitatur. Perithecia peridermio soluto adhærent.

24. **Coniothyrium clandestinum** Karst. Rev. Myc. 1888. — Peritheciis 5768
sparsis, cortice tectis eique adhærentibus, solito sphæroideis, atris, nitidulis, glabris, papilla minuta perforante, circiter 0,3 mm. lat.; sporulis sphæroideo-ellipsoideis v. ovoideis, eguttulatis, dilutissime fuligineis, pellucidis, 5-7 ≃ 3-4.

Hab. ad ramos emortuos Sambuci racemosæ in horto mustialensi Fenniæ. — «Videtur idem ac præcedens».

25. **Coniothyrium olivaceum** Bon. — Syll. III, p. 305. — Var. **Lauri** 5769
nobilis Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 140. — Sporulis 6-8 ≃ 4.

Hab. in ramis emortuis Lauri nobilis, Saintes Galliæ. — Var. **phyllogenum** Sacc. in Rev. Myc. 1886, p. 193: a typo differt peritheciis phyllogenis, minoribus; sporulis obovatis, 7 ≃ 4, fuligineis. In foliis vivis Rhododendri, Fontainebleau Galliæ.

26. **Coniothyrium globulisporum** Speg. F. Guar. II, n. 166. — Peri- 5770
theciis epidermide innatis, lenticularibus (an dimidiato-scutatis?), minutis, 150-180 μ. diam., atris, dense sparsis, membranaceis, contextu parenchymatico parum distincto, in sicco collabascentibus, ostiolo minuto perforatis; sporulis globosis, 8-10 μ. diam., crassiuscule tunicatis, primo hyalinis, dein fuligineis.

Hab. ad corticem languidum Cactorum in cultis pr. Asuncion Amer. merid.

27. **Coniothyrium Celtidis** Brun. Suppl. Sphæroid. p. 2. — Perithe- 5771
ciis sparsis v. gregariis, tectis, dein erumpentibus, nigris, globulosis, pertusis; sporulis numerosissimis, subglobosis, 5-7 ≃ 4-5, sæpe 1-2-guttatis, brunneis.

Hab. in ramis emortuis Celtidis australis, Saintes Galliæ.

28. **Coniothyrium valsoideum** Peck in 38 Rep. St. Mus. pag. 97. — 5772
Peritheciis cæspitosis, stipatis, erumpentibus, laciniis epidermidis ruptæ circumdatis, subglobosis vel angularibus mutua pressione atris; sporulis numerosis, subglobosis vel ovatis, coloratis, 5-6.

Hab. in ramis emortuis Alni glutinosæ, West Albany Americæ borealis.

29. **Coniothyrium? Populi** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1847. — Sub- 5773
epidermicum; sporulis brunneis, 1-guttatis.

Hab. in ramis Populi, St. Lumier, Marne Galliæ.

30. **Coniothyrium indicum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 70. — Pe- 5774
ritheciis gregariis, globosis, erumpentibus, primo tectis, dein sub-

superficialibus, atris, opacis, 0,3–0,5 mm. diam.; sporulis globosis, atro-fuscis, demum opacis, 8 μ. diam.

Hab. in ramulis Salicis, Hindû Koosh, ad 3800 metr. circ. (Gilgit Exped.).

31. **Coniothyrium fuligineum** (Karst.) Sacc., *Sphæropsis fuliginea* Sphærops. Fenn. p. 70. — Peritheciis gregariis, superficialibus, ob-ovoideis, papillatis, fuligineis, 0,2–0,3 mm. diam.; sporulis sphæroideo-ellipsoideis, 1-guttatis vel eguttatis, diaphane fuligineis, 6–8 ≃ 4–5. 5775

Hab. in ramulis Salicis capreæ decorticatis prope Aboam Fenniæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

32. **Coniothyrium Palmarum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 7. — Peritheciis subcuticularibus, sparsis, minutis, subglobosis, epidermidem elevantibus, sed vix perforantibus; sporulis ovoideis, continuis, brunneis, 8 ≃ 4–5. 5776

Hab. in foliis emortuis Chamæropis humilis, Kew Britanniæ. — «An diversum ab homonymo Cordæ? Cfr. Syll. III, p. 318».

33. **Coniothyrium aroideum** Cooke et Mass. Grev. XV, pag. 111. — Amphigenum; peritheciis sparsis, minutis, punctiformibus, prominulis, atris; sporulis ovalibus, fuscis, 4 ≃ 3. 5777

Hab. in foliis Colocasiæ scandentis, Gaboon, W. Africa (E. Simmonds).

34. **Coniothyrium Gastonis** (Roum.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4397, *Phyllosticta Gastonis* Roum. in Rev. Myc. 1886, p. 19. — Peritheciis raris, nigris, punctiformibus, applanatis, 100–150 μ. diam.; sporulis globulosis, brunneis, 5 μ. diam., guttulatis, in maculas orbiculares, brunneas confluentibus. 5778

Hab. in foliis vivis Musæ Sapientum, Haiti Australiæ.

35. **Coniothyrium Scirpi** Trail Trans. Crypt. Scot. 1889. pag. 44. — Peritheciis sparsis, innatis, tenuibus, brunneis, sphæroideis, 100–150 μ. diam.; sporulis late fusoideis, 9–10 ≃ 4–5, pallide brunneis. 5779

Hab. in calamis emortuis Heleocharidis palustris ad ripas Loch Achray Inverary Scotiæ.

36. **Coniothyrium inconspicuum** Cooke Grev. XVI, p. 8. — Peritheciis perexiguis, inconspicuis, breve seriatis, innatis; sporulis ellipsoideis, continuis, brunneis, 10 ≃ 4–5, initio basidiis brevibus suffultis. 5780

Hab. in foliis Gynerii argentei, Claygate Britanniæ.

37. **Coniothyrium fuegianum** Speg. F. Fueg. n. 403. — Peritheciis 5781

minutis, lenticulari-globosis, 120-150 μ. diam., atris, glabris, hinc inde sparsis v. 3-8-seriatis, immersis v. vix prominulis membranaceis, epidermide parum circum circa infuscata tectis adnatisque, ostiolo minuto papillulato lato, 20 μ. diam. non v. vix subexserto; contextu dense parenchymatico olivaceo; sporulis e globoso ellipticis, 4-6 ≃ 3-4, utrinque obtusis, rectis vel subinæquilateralibus, olivaceis.

Hab. in foliis culmisque putrescentibus Poæ Forsteri in Chair island Fuegiæ.

38. **Coniothyrium Phalaridis** Faut. et Roum. in Rev. Myc. 1891 Oct. 5782
— Peritheciis vix tectis, ostiolo emergentibus, griseis, subglobosis; sporulis copiosissimis, coacervatis, flavo-atris, solitariis flavidis, fusoideis, 2-guttatis, 8-10 ≃ 2.

Hab. in vaginis, præcipue prope nodos culmorum Phalaridis arundinaceæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — A *Con. arundinaceo* distinguendum.

39. **Coniothyrium Oryzæ** Cav. Mat. Lomb. p. 19. — Peritheciis sparsis, immersis, globosis, brunneis, ostiolo prominulo pertusis; sporulis e strato proligero orientibus, cylindraceis v. ellipticis, utrinque obtusis, 2-guttulatis, dilute olivaceis, 11-13 ≃ 5-6. 5783

Hab. in foliis Oryzæ sativæ, Carbonara al Ticino Ital. bor.

40. **Coniothyrium hysterioideum** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, 5784
p. 359. — Peritheciis sparsis vel subgregariis, subcutaneis, dein vertice per epidermidem fissam subemergentibus, ellipsoideis, ovoideis, rarius suborbicularibus, depressis, demum rima longitudinali dehiscentibus, atris, 100 μ. diam. vel paullo ultra; sporulis ellipsoideis, interdum 1-guttulatis, fuligineis, pellucidis, 4-7 ≃ 3-5.

Hab. ad Dasylirion, Texas Amer. bor. (Trècul).

41. **Coniothyrium Dasylirii** Celotti Mic. Montp. p. 22. — Peritheciis 5785
erumpentibus, globoso-ellipticis, $^1/_4$ mm. long., atris; sporulis globosis, 5-6 μ. diam., fuligineis.

Hab. in foliis emortuis Dasylirii gracilis, Montpellier Galliæ et Roma Ital.

IV. *In Acotyledoneis.*

42. **Coniothyrium lycopodinum** Sacc. et Paol. Myc. Sibir. p. 21, f. 19. 5786
— Peritheciis laxe gregariis, globoso-depressis vix papillatis, poro pertusis, epidermide subvelatis erumpentibusque, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. lat.; sporulis ellipsoideis, utrinque rotundatis, dilute olivaceis, 6 ≃ 2, unibiguttatis.

Hab. in foliis Lycopodii annotini in silvis alpinis prope montem Borus Sibiriæ (Martianoff). — Socia adest *Sphærella lycopodina.*

43. **Coniothyrium Tuberculariæ** Passer. Diagn. F. N. V. n. 32. — Peritheciis crebre sparsis, minutis, punctiformibus, fuscis, erumpentibus, contextu celluloso castaneo; sporulis globosis vel ovalibus, fuscidulis, 2,5-3 μ. diam. vel 3 ≈ 2,5. 5787

Hab. in sporodochiis Tuberculariæ in ramo Calycanthi præcocis, Parma Ital. bor.

44. **Coniothyrium? Hookeri** Speg. F. Fueg. n. 404. — Peritheciis minutis lenticulari-globosis 100-120 μ. diam., innato-prominulis non v. vix papillulato-ostiolatis, atro-olivaceis, carnosulo-membranaceis, contextu dense parenchymatico subindistincto; sporulis ellipticis, globosis vel subcuboidis 6-10 ≈ 5-6, fuligineis (an catenulatis?). 5788

Hab. in disco Cyttariæ Hookeri? e ramulis fagineis vix erumpente, Slogget bay Fuegiæ. — Species pulchella a genere nonnihil desciscens; an status spermogonicus ipsius *Cytiariæ?*

45. **Coniothyrium lichenicolum** Karst. Symb. XX, p. 104. — Peritheciis in apotheciis superficie nigrificatis, basi insculptis, sphæroideis vel sphæroideo-conoideis, atris, 100-200 μ. diam.; sporulis ovoideo-oblongis vel clavulatis, basi attenuatis, continuis, fuligineis, semipellucidis, 5-7 ≈ 3-4; basidiis bacillaribus; sporulis fere longioribus. 5789

Hab. in apotheciis Parmeliarum, Hollola, Lahtis Fenniæ.

46. **Coniothyrium Cladoniæ** (Ell. et Ev.) Sacc. *Sphæropsis Cladoniæ* Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 149. — Peritheciis minutis, circ. 1/6 mm. diam. et paullo ultra alt., obconico-cylindraceis, suprà subtruncatis; sporulis globosis vel obovato-globosis, flavido-brunneis, circ. 3 μ. diam.; basidiis validis, circ. 6 ≈ 2. 5790

Hab. in apotheciis Cladoniæ cariosæ, Emma Montana Amer. bor. (Rev. C. H. Demetrio).

B. *Epithyrium* Sacc. Species lignicolæ v. resinicolæ, subsuperficiales

47. **Coniothyrium obscurum** Pass. in Martelli Florula bogos. p. 148. — Peritheciis (genuinis?) fibris ligneis insidentibus v. intermixtis, oblongo-linearibus, atris; sporulis ovoideis, atro-fuscis, integris, 7,5-10 ≈ 5-6. 5791

Hab. in lignis decorticatis, Keren Abyssiniæ (Beccari).

48. **Coniothyrium Populi** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 44, t. 8, f. 25. — Peritheciis membranaceis, sparsis, inter fibras ligni prominen- 5792

tibus, subsphæricis, sæpe plus minus compressis, cristæformibus, nitidis, nigris, $^1/_3$-$^2/_2$ mm. long.; sporulis fuscescentibus, numerosissimis, ellipticis aut oblongis, 8-12 ≍ 4-5, utrinque 1-guttatis.

Hab. in fragmentis ligneis ex Populo nigra, Schéveningue Nederlandiæ (Destrée).

49. **Coniothyrium innatum** Karst. Symb. XVII, p. 162. — Peritheciis 5793
subgregariis, subinde in series dispositis, innatis, vertice emergente conoideo-attenuatis, rotundatis v. subellipsoideis, glabris, atris, 0.3 mm. diam.; sporulis ellipsoideis, fuligineis, 10-14 ≍ 5-7.

Hab. in ligno vetusto salicino in regione Kolaënsi Fenniæ.

50. **Coniothyrium Resinæ** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, n. 130, t. IX, 5794
f. 17. — Peritheciis superficialibus, globulosis, atris, fere epapillatis, $^1/_7$-$^1/_8$ mm. diam., subiculo atro. coniothecioideo insertis; contextu celluloso, nigricante; sporulis globosis, 1-guttulatis, 1,5-2; basidiis bacillaribus, 15 ≍ 1,5-2, dilute olivaceis, fasciculatis.

Hab. in resina dejecta uda in horto patavino Ital. bor. (Dom. Saccardo). — A pycnidio *Tromeræ resinæ* contextu atro perithecii statim distinguenda species.

HARKNESSIA Cooke. — Sacc. Syll. III, p. 320.

1. **Harknessia Arctostaphyli** Cooke et Hark. in Grevillea XIII, p. 111. 5795
— Amphigena; peritheciis innatis, erumpentibus, parvulis, $^1/_3$ mm. diam., ore orbiculari elevato, subdenticulato; sporulis ellipticis, fuligineis, 20 ≍ 9, deorsum pedicellatis; basidiis brevibus.

Hab. in foliis Arctostaphyli in California (Harkness).

2. **Harknessia affinis** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 51. — Pustulis 5796
valseis, multilocularibus, primitus disco albo, mox centro pertuso, tectis; sporulis ellipsoideis, opacis, 20-25 ≍ 12-15, basidiis hyalinis circ. 25 μ. long., plerumque basi incrassatis, fultis, apice appendice subuliformi hyalina, basidiis subæquilonga præditis.

Hab. in ramis emortuis Liquidambaris styracifluæ, Plainfield, N. J. Amer. bor. (G. F. Meschutt).

3. **Harknessia fuegiana** Speg. F. Fueg. n. 406. — Maculis albis sæpe 5797
totum folium ambientibus determinatis, linea fuscescente cinctis; acervulis amphigenis laxe gregariis immersis conoideo-prominulis 300 μ. diam., apice porose dehiscentibus, pseudoperithecio subparenchymatico tenuissimo olivaceo vix evoluto; sporulis ellipticis 20-24 ≍ 11 apice obtusiusculis, grosse 1-guttulatis, rectis, basi cauda clavulata 18-20 ≍ 3, hyalina flexuosula acutis.

Hab. ad folia languida Mayteni magellanicæ in Picton island Fuegiæ.

4. **Harknessia caudata** E. et E. in Journ. of Myc. p. 92. — Acervulis (peritheciis?) innato-erumpentibus, globosis, primo epidermide tectis, dein ea poro rotundo pertusa, massam sporularum revelantibus; sporulis fusiformi-ellipticis, brunneis, 15-20 ≍ 6-8, in globulum minutum, atrum expulsis, apice appendicula setiformi, hyalina, recta vel leniter curva, 15-25 μ. longa auctis; basidiis cylindraceis, hyalinis, 12-15 ≍ 2,5-3, diu persistentibus. 5798

Hab. in foliis et ramulis emortuis Quercus, Newfield Amer. bor. — Verisimiliter status pycnidicus *Cryptosporellæ farinosæ* habenda.

5. **Harknessia hyalina** E. et E. in Jour. of Myc. I, p. 92. — Acervulis (peritheciis?) innatis, subglobosis, $^1/_4$ mm. diam., epidermide elevata subinde stellatim rupta tectis; sporulis in globulum albescentem congestis, oblongo-fusiformibus, hyalinis vel luteolis, 20-25 ≍ 4-6, appendicula setiformi, recta v. vix curva, 15-20 μ. longa auctis; basidiis brevibus, cylindraceis vel subconoideis, 6-10 ≍ 4. 5799

Hab. in foliis emortuis Quercus coccineæ, Newfield Amer. bor. sociâ *Physalosporâ quercifoliâ*, cujus verisimiliter status pycnidicus habenda.

6. **Harknessia antarctica** Speg. F. Fueg. n. 405. — Maculis nullis; acervulis minutissimis 150-250 μ. diam., amphigenis, immersis porose dehiscentibus, cirro nigricante ornatis, pseudoperithecio substromatico olivaceo; sporulis ellipticis rectis 17-20 ≍ 7-8, apice acutiusculis non vel 1-guttulatis, basi cauda recta hyalina persistente cylindracea, 12-15 ≍ 1,5 auctis. 5800

Hab. ad folia emortua Fagi betuloidis tuguria incolarum tegentia in Burnt island Fuegiæ. — Forma hujus speciei ramulicola e Basket island etiam adest: acervulis majusculis, 1-3 mm. diam., cortice innatis primo peridermio tumefacto tectis, dein erumpentibus, atro-cinnamomeis, stromate pluriloculari spurio donatis; sporulis ut in typo, sed paraphysibus filiformibus minutis obvallatis.

SIROTHECIUM Karst. Symb. XX, pag. 105 (Etym. *seira* catena et *thecium* pro perithecio). — Perithecia erumpenti-superficialia, subsphæroidea vel hysteriiformia, carbonaceo-membranacea, glabra, atra, demum irregulariter dehiscentia. Sporulæ sphæroideæ, continuæ, fuligineæ, concatenatæ, exiguæ e basidiis unicellularibus fasciculatim oriundæ. — Est *Sirococcus* phæosporus.

1. **Sirothecium sepiarium** Karst. loc. cit. — Peritheciis sparsis erumpenti-superficialibus, sphæroideis vel hysteriiformibus, subinde cupulato-depressis, 0,2 mm. diam.; sporulis 4-6-concatenatis, sphæroideis vel rotundato-cuboideis, continuis, ægre secedentibus, dilute fuligineis 4-6 ≈ 3-5 vel 5-6 μ. diam. in catenas simplices cylindraceis, 18-24 μ. long., e basidiis unicellularibus sphæroideis, subhyalinis, fasciculatim oriundas digestis. 5801

Hab. in ligno vetusto pineo ad Mustiala Fenniæ.

LEVIEUXIA Fr. — Syll. III, p. 321.

1. **Levieuxia borealis** Karst. in Hedw. 1887, p. 126. — Peritheciis erumpentibus, mox superficialibus, verticalibus, ovoideis, obovoideis, clavatis vel cylindraceis, glabris, carbonaceis, rigidis, superne demum diffractis, nigris, circ. 0,2 mm. alt.; sporulis ellipsoideis, aut ovoideo- vel fusoideo-oblongatis, chlorino-hyalinis, episporio obscuro, rectis, eguttulatis, 3-4 ≈ 1-2. 5802

Hab. in ligno vetusto Pini in insula Quarkensi Replot ad Fenniam.

CHÆTOMELLA Fuck. — Syll. III, p. 321.

1. **Chætomella longiseta** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 106, t. VII, f. *d.* — Peritheciis parce gregariis, atris, astomis, 170 μ. lat., longe setosis; subiculo mycelico, hyphis tortuosis, fuscis, 5 μ. lat., setis rectis, rigidis, continuis, fuscis, apice attenuatis, 4,5-6 μ. lat., usque ad 430 μ. long.; sporulis ovatis, guttulatis, primum hyalinis, dein fuscis vel olivaceo-cærulescentibus; basidiis fasciculatis, leviter tortuosis, nubilosis, 20-25 μ. longis. 5803

Hab. in seminibus Pisi sativi germinantibus, Parisiis Galliæ.

2. **Chætomella furcata** Cooke et Mass. Grev. XVII, p. 43. — Peritheciis superficialibus, sparsis, subglobosis, astomis, nigris, undique setosis, pilis erectis, sursum bi- vel tri-dichotomis, fuscis; sporulis ovatis vel subamygdaloideis, pallide fuscis, 10-11 ≈ 8. 5804

Hab. in foliis coriaceis, Sikkim Indiæ.

3. **Chætomella eucrypta** Cooke et Mass. Grev. XIX, p. 4. — Peritheciis immersis, demum erumpentibus, membranaceis, olivaceis, sæpe subcupularibus, setosis; setis paucis, strictis, septatis; sporulis amygdaloideis, atro-olivaceis, 16 ≈ 10, plerumque ad basim hyalino-apiculatis. 5805

Hab. in foliis emortuis Knightiæ excelsæ in Nova Zelandia (Colenso).

4. **Chætomelia tortilis** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 106. — Peritheciis astomis, gregariis, oculo nudo inconspicuis, maculam atram efficientibus, subhemisphæricis, 150 μ. diam., setis tortuosis, simplicibus, tenuiter septatis, fusco-olivaceis, 300 ≍ 4,5-5; sporulis ovoideis, utrinque acutatis, 2-guttulatis, violaceo-atris, 12,5 ≍ 6,5; basidiis fasciculatis, acicularibus, hyalinis, 20 μ. long. 5806

Hab. in ligno Populi subcarioso, Rigny-sur-Arroux Galliæ. — Verisimiliter status pycnidicus Perisporii funiculati, cujus intime socius.

CAPNODIASTRUM Speg. Guar. I, p. 145. — Perithecia globosa, olivacea, astoma, parvula, parenchymatica, subiculo helminthosporioideo innata. Sporulæ ellipticæ vel ovoideæ, simplices (an postremo didymæ?) fuligineæ.

1. **Capnodiastrum guaranlticum** Speg. loc. cit. — Maculis nullis; subiculo tenuissimo, effuso, sæpe hypophyllo, fusco-olivaceo, ex hyphis repentibus et ramulosis, parce anastomosantibus composito; peritheciis obscure olivaceis, sparsis, subiculo immersis, globosis, 50-60 μ. diam., astomis; contextu grosse parenchymatico-celluloso; sporulis ellipsoideis vel rarius ovoideis, 16-18 ≍ 9-11, dense granuloso-nubilosis, grosse 1-guttatis, rarius 2-guttatis, episporio levi, crassiusculo donatis, obscure fuligineis. 5807

Hab. ad folia viva Celtidis boliviensis in silvis prope Guarapi Brasiliæ.

2. **Capnodiastrum paraguayense** Speg. Guar. I, p. 146. — Maculis nullis; subiculo effuso, hypophyllo, maculiformi, 2-3 mm. diam., ex hyphis ramosissimis, 4-5 μ. cr., dense intertextis efformato; peritheciis parvulis, globulosis, 70-80 μ. diam., olivaceo-fuligineis, membranaceis; contextu grosse celluloso-parenchymatico, olivaceo; sporulis ovoideis, 14-16 ≍ 7-8, nubiloso-granulosis, e strato proligero perithecii immediate oriundis, fuligineis. 5808

Hab. in ramo emortuo Æsculi Hippocastani in horto botanico parmensi Ital. bor. — A *Diplodia Æsculi* differt peritheciis gregariis et sporulis majoribus violaceis.

3. **Botryodiplodia Gleditschiæ** Berl. Pug. fung. Fior. p. 23. — Stromatibus elongatis, epidermide tectis, erumpentibus, 4- vel pluri-locularibus, majusculis, 2 mm. long., seriatim dispositis, superne ostiolis punctulatis; sporulis ellipsoideis vel oblongis, 1-septatis, non vel vix constrictis, utrinque rotundatis, 18-20 ≈ 8-10, rufo-fuligineis; basidiis hyalinis sporulam æquantibus. 5936

Hab. in ramis emortuis Gleditschiæ Triacanthi prope Firenze. — Forte eadem ac *Dipl. Gleditschiæ* Pass., sed perithecia hujus minime ut botryoideo-congesta descripta sunt.

4. **Botryodiplodia varians** Ell. et Langl. Journ Myc. 1890, p. 37. — Peritheciis erumpenti-superficialibus, solitariis, sæpius vero in acervulos 2-4 vel pluribus aggregatis, conicis, rugosis, ostiolo obtuse conico levi, vix 0,5 mm. diam.; sporulis ellipsoideis, brunneis, sæpe continuis, subinde 1-septatis, haud constrictis 15-22 ≈ 8-11. 5937

Hab. in ramis emortuis Lagerstrœmiæ, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois). — A *Dipl. Lagerstrœmiæ* Speg. differt peritheciis haud lenticularibus et duplo majoribus.

5. **Botryodiplodia minor** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 72, t. VI, f. 4. — Peritheciis hinc inde in acervulos valsiformes collectis, tectis, 6-12 in quoque acervulo, 0,5 mm. diam., collis longiusculis in fasciculum collectis, ostiolis crassis, perforatis; sporulis ovoideo-ob- 5938

longis, 1-septatis, vix constrictis, 10-12 ≃ 4-5, biguttatis, rufo-olivaceis; basidiis sporulam æquantibus, filiformibus.

Hab. in ramulis emortuis Aceris campestris pr. Trento.

6. **Botryodiplodia atra** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 72, t. VI, f. 6. 5939
— Peritheciis gregariis subinde in series juxta fibras dispositis, compressis globoso-conoideis, numquam collapsis, epidermide sporulis sæpe atrata tectis, dein, ea rupta, emergentibus, minusculis, 250-300 μ. diam., nucleo aterrimo grumoso, cultro facile secedente farctis; sporulis ellipsoideis, minutis, numerosissimis, 8-9 ≃ 6, coacervatis atris, 1-septatis, non constrictis, fuligineis; basidiis non visis.

Hab. in ramis emortuis Pistaciæ Terebinthi pr. Trento.

7. **Botryodiplodia acinosa** (Fr.) Cooke in Grev. XVII, p. 59, *Sphæria* 5940
Fr., Syll. II, p. 393. — Sporulæ oblongæ, variæ, 16-20 ≃ 8-10, atro-brunneæ, vix constrictæ. Ad corticem Tiliæ in Vogesis (Moug. et Nestl. Stirp. n. 769!)

Sect. 4. Hyalodidymæ.

ASCOCHYTA Lib. — Sacc. Syll. III, p. 384.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Ascochyta Cassandræ** Peck in 38 Rep. St. Mus. pag 94. — Ma- 5941
culis orbicularibus v. irregularibus, rufo-brunneis v. griseis et tunc rufo-brunneo marginatis; peritheciis epiphyllis, minutis erumpentibus, nigrescentibus; sporulis oblongo-fusoideis, utrinque acutis, uniseptatis, 10-16 ≃ 3-4, hyalinis.

Hab. in foliis vivis Cassandræ calyculatæ in montibus Adirondack Amer. bor.

2. **Ascochyta Ledi** Rostr. Fung. Groenl. p. 570. — Peritheciis sphæ- 5942
roideo-lenticularibus, nigris, 200-300 μ. diam.; sporulis oblongis, utrinque obtusis, 1-septatis, 12-13 ≃ 3.

Hab. in ramulis Ledi groenlandici in Groenlandia.

3. **Ascochyta Diplodina** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 73, t. VI, f. 7. 5943
— Maculis pallidis irregularibus, subinde confluentibus, margine vix obscuriore; peritheciis in maculis sparsis vel subgregariis, demum collabascendo concavis, epidermide tectis, contextu parenchymatico, fuligineo, distincte laxiusculeque pertusis, 300-350 μ. diam.; sporulis numerosissimis, cylindraceis, ad medium pseudo-uniseptatis, 10-12 ≃ 2,5-3, hyalinis.

Hab. in utraque pagina foliorum emortuorum Hederæ Helicis pr. Trento. — *A. scandenti* et *A. maculanti* affinis.

4. **Ascochyta Calpurniæ** Wint. in Hedw. 1885, I. — Peritheciis in macula albida vel sordide grisea, angulato-rotundata vel irregulari, linea fusco-purpurea, elevata determinataque limitata plerumque epiphylla, rarius etiam hypophylla gregariis, minutissimis, atris, globosis, tenuissime memoranaceis, 60-70 μ. diam.; sporulis fusiformi-acicularibus, sæpe inæquilateralibus, utrinque attenuatis, medio uniseptatis, non constrictis, hyalinis, 6-16 ≃ 1-1,5. 5944

Hab. in foliis Calpurniæ silvaticæ prope Somerset-East ad pedem montis Boschberg, Prom. Bonæ Spei (Mac Owan).

5. **Ascochyta ruro-maculans** Berk. — Syll. III, p. 395. — Teste cl. Berlese (Due parass. Vite p. 444), species nascitur quoque in baccis Vitis viniferæ maturescentibus, Vittorio Ital. bor. et ob sporulas rarius 1-septatas et plerumque continuas (24-26 ≃ 7-8) potius generi *Macrophomæ* esset adscribenda, cui *M. reniformis* valde affinis videtur.

6. **Ascochyta Symphoricarpi** Pass. Diagn. F. N. IV, p. 11. — Peritheciis crebre sparsis, minutis, tectis; ostiolo punctiformi, atro, epidermidem leniter sublevante, emerso; sporulis fusiformibus, medio septatis, non constrictis, hyalinis, 12 ≃ 2,5. 5945

Hab. in ramulis vivis Symphoricarpi racemosi, Parma Ital. bor.

7. **Ascochyta arenaria** Lév. Voy. Demid. p. 115, t. V, f. 7. — Hypophylla; peritheciis sparsis, raris, innatis, e macula viridi emergentibus, ostiolis inconspicuis; sporulis linearibus, pellucidis, septatis, sporidiolis globosis. 5946

Hab. in folis Aceris campestris prope Laspi Rossiæ.

8. **Ascochyta Symphoriæ** Br. et Har. in Rev. Myc 1890 Oct. — Peritheciis sparsis, punctiformibus, subepidermicis, brunneis, 0,5 mm. diam.; sporulis ovato-oblongis, obtusiusculis, 1-septatis, hyalinis, ad septum constrictis, 10-11 ≃ 3-4. 5947

Hab. ad ramos Symphoricarpi, Méry-sur-Seine Galliæ.

9. **Ascochyta sambucella** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 11. — Peritheciis superficialibus, subgregariis, minutis, globosis, atris, membranaceis; sporulis lanceolatis, medio septatis, non constrictis, hyalinis, 10 ≃ 2,5. 5948

Hab. in ramulo fracido Sambuci nigræ in horto botanico parmensi Ital. bor.

10. **Ascochyta bacilligera** Wint. Cont. Flor. myc. Lus. Ser. VI, p. 17. 5949

— Peritheciis in macula irregulari, angulata, determinata, subtus pallide fuscescente, supra grisea, margine fusco, angusto cincta, usque 10 mm. lata, hypophylla sparsis, lenticularibus, nitide atris, poro pertusis, 100 μ. diam.; sporulis bacilliformibus i. e. tenuissimis, cylindricis, utrinque rotundatis, medio spurie uniseptatis, hyalinis, 7-12 ≂ 1.

Hab. ad folia viva Phillyreæ angustifoliæ, Matta do Bussaco in Lusitania (Moller).

11. **Ascochyta ligustrina** Pass. Fung. Gall. novi in Journ. d'Hist. nat. 1885, n. 4, pag. 55. — Maculis vermiformibus, subochraceis, brunneo-marginatis; peritneciis paucis, sparsis, atris, acutiusculis; sporulis lanceolatis, 1-septatis, ad septum leniter constrictis, olivaceis, 5-7 ≂ 2½. 5950

Hab. in foliis Ligustri vulgaris prope Saintes in Gallia (Brunaud).

12. **Ascochyta Fraxini** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 45, t. 8, f. 26. — Peritheciis infra fasciculos fibrarum libri occultatis, itaque ligni superficie sparsis, parvis, ¼ mm. diam., teneris, membranaceis, depresso-globosis vel latere compressis, semitransiucidis, pallidis, centro tandem ostiolo minuto apertis; sporulis numerosissimis, acervatim olivaceis, solitariis dilutissime chlorinis, fusoideis vel fusoideo-clavatis, utrinque rotundatis vel parum curvatis, nonnumquam inæquilateralibus, 11-14 ≂ 2,5, ad septum non constrictis, loculo altero interdum denuo diviso. 5951

Hab. in ramis Fraxini excelsioris, sociâ *Phomâ divergente*, Zorgvliad prope Haye Belgii (Destrèe). — « An potius *Diplodinæ* species? »

13. **Ascochyta fraxinicola** Brun. Miscell. mycol. p. 17. — Maculis minutissimis, epidermidem leniter elevantibus, circularibus v. oblongis, brunneis, centro disciformi, dein subdepresso, albido; peritheciis nigris, minutissimis, parum numerosis, sparsis, tectis; sporulis ellipsoideis, fusoideis v. ovato-elongatis, hyalinis, 1-septatis ad septum non vel vix constrictis, 15-18 ≂ 5-6. 5952

Hab. in ramis junioribus exsiccatis Fraxini excelsioris, Clermont-Ferrand Galliæ.

14. **Ascochyta Fremontiæ** Hark. Fungi Pacif. V, p. 439. — Peritheciis hypophyllis, sparsis, minutis; sporulis pallide brunneis, subcylindraceis, utrinque leniter attenuatis, flexuosis, 1-septatis, ob endochromatis divisionem spurie 3-septatis, 30-40 ≂ 6-12. 5953

Hab. in foliis viventibus Fremontiæ californicæ, Tehachapi Amer. bor.

15. **Ascochyta Camelliæ** Pass. in Brun. Champ. Saint. V, p. 6. — Maculis oblongis vel irregularibus, latissimis, griseo-albidis; peritheciis membranaceis, contextu brunneo-parenchymatico; sporulis olivaceis, 1-septatis, 5-7,5 ≈ 2,5-3. 5954

Hab. in foliis Camelliæ japonicæ, Rochefort Galliæ.

16. **Ascochyta minutissima** Pass. Rev. myc. 1887, p. 145. — Peritheciis sparsis, hypodermicis, punctiformibus, atris, membranaceis; ostiolo acutiusculo, emerso; contextu parenchymatico, pallide fuligineo; sporulis innumeris, subfusoideis, utrinque acutis, medio septatis, non constrictis, acervatim visis pallide olivaceis, singulis hyalinis, 7,5 ≈ 3,5-4. 5955

Hab. in ramulis tenuioribus aridis Camelliæ in frigidariis, Parma Ital. bor.

17. **Ascochyta heterophragmia** Passer. F. N. IV, p. 11. — Maculis exaridis, albicantibus, fusco marginatis; peritheciis sparsis, punctiformibus, ostiolo imperspicuo, atris; contextu celluloso, e luteo fuscidulo; sporulis innumeris, lanceolatis v. elongatis, 10-17,5 ≈ 2,5-3, medio septatis, interdum e longioribus nonnullis triseptatis, acervatim visis melleis, singulis hyalinis. 5956

Hab. in foliis languidis Camelliæ japonicæ in horto botanico parmensi Ital. bor. — Ab *A. minutissima* situ et sporulis grandioribus distinguenda.

18. **Ascochyta apiospora** Cooke et Mass. in Grev. XV, p. 98. — Maculis epiphyllis, orbiculari-difformibus, fuscis, zona purpurea cinctis; peritheciis minutis, innatis, ostiolo parvulo pertusis; sporulis piriformibus, inæqualiter didymis, hyalino-fuscis, loculo superiore subgloboso, amplo, 12 ≈ 12, loculo inferiore minuto, papilliformi. 5957

Hab. in foliis Myrti, Johnstone River Australiæ (Bailey).

19. **Ascochyta Mespili** Pass. in litt. Brunaud in Rev. Myc. 1886, p. 141. — Maculis primo brunneis demum centro griseis v. brunneo-griseis, irregularibus, sæpius marginalibus; peritheciis innatis dein erumpentibus, globulosis, nigris; sporulis ellipsoideis, 1-septatis, medio non vel vix constrictis, pallide olivaceis, 10 ≈ 4. 5958

Hab. in foliis Mespili germanicæ, Saintes Galliæ.

20. **Ascochyta Balansæ** Speg. Guar. I, p. 146. — Maculis amphigenis, orbicularibus, 3-5 mm. lat., albis, pellucidis, determinatis, zona nulla vel strictissima obscuraque cinctis, sparsis; peritheciis paucis, lenticularibus, 70-80 μ. diam., epiphyllis, atris, tenui-mem- 5959

branaceis; ostiolo parvulo; contextu minute parenchymatico, fusco-fuligineo; sporulis elliptico-elongatis, rectis vel curvulis, utrinque obtuse rotundatis v. subtruncatis, 6-12 ≈ 2-2,5 ad septum non constrictis, hyalinis.

Hab. ad folia viva Myrtaceæ (an Terebinthaceæ?) sp. cujusdam in silvis pr. Guarapi Brasiliæ.

21. **Ascochyta Caricæ** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 178. — Maculis linea nigra parum distincta cinctis, ovatis, 2-3 cm. long., 5-8 mm. lat., cinerescentibus; peritheciis numerosis, sparsis, minutis, 100-150 μ. lat., subglobosis, erumpentibus, apice poro pertusis, contextu nigro, celluloso, intus nigris; sporulis hyalinis, ovoideis, 1-septatis, subconstrictis, 2-guttatis, 12 ≈ 4; basidiis linearibus. 5960

Hab. in petiolis Caricæ Papayæ, Quito Amer. æquat.

22. **Ascochyta atro-punctata** Wint. in Hedw. 1885, I. — Peritheciis gregariis, rarius sparsis, sæpe circinantibus, in maculis rotundatis indeterminatis, sæpe confluentibus, lutescentibus, amphigenis, immersis, depresse globosis, atris, demum late apertis, cupuliformibus, 160-180 μ. diam.; sporulis oblongo-fusiformibus, curvatis, bicellularibus, cellula superiore plerumque parum crassiore, inferiore deorsum attenuata, hyalinis, 19-24 ≈ 3-4. 5961

Hab. in foliis Osteospermi moniliferi in monte Tabulari, Promont. Bonæ Spei (Mac Owan).

23. **Ascochyta Evonymi** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 11. — Maculis amplis, exaridis, candicantibus, fusco-cinctis; peritheciis epiphyllis, sparsis, punctiformibus, atris; ostiolo acuto erumpente; sporulis lanceolatis, medio septatis, non constrictis, hyalinis, 5-6 ≈ 2-2,5. 5962

Hab. in foliis vivis Evonymi japonici, Sassari Sardiniæ (doct. Binna).

24. **Ascochyta guaranitica** Speg. F. Guar. II, n. 170. — Peritheciis elliptico-lenticularibus, minutis, 60-70 μ. diam., epidermide velatis, dense aggregatis, maculas cinerescentes totum hypophyllum fere occupantes efficientibus, atris, glabris, tenui-membranaceis, parenchymaticis, ostiolo impresso pertusis; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis 18-20 ≈ 2,5, medio 1-septatis, non constrictis, rectis hyalinis. 5963

Hab. ad folia dejecta putrescentia Sapotaceæ cujusdam in silvis pr. Guarapi Brasiliæ.

25. **Ascochyta brunnea** Cooke et Mass. in Grev. XV, p. 98. — Maculis amphigenis, orbiculari-difformibus, pallide fuscis ochraceisve, linea obscuriore elevata cinctis; peritheciis minutis, punctiformi- 5964

bus, atris, innatis, demum emergentibus; sporulis arcte ellipticis, uniseptatis, hyalinis, 12 ≈ 4; basidiis æqualibus.

Hab. in foliis arboris ignotæ (Sapindaceæ?), Brisbane Australiæ (Bailey).

26. **Ascochyta Populi** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. 141. — Peritheciis globosis v. subapplanatis, fusco-flavescentibus, 110-130 ≈ 70-90, poro pertusis; sporulis hyalinis v. chlorinis, acutiusculis, 1-septatis medioque non constrictis v. interdum 2-3-septatis. 5965

Hab. in ramulis Populi pyramidalis, sociâ *Didymosphæriâ populinâ*, Mondoubleau, Loir-et-Cher Galliæ. — *D. Salicis* subaffinis.

27. **Ascochyta moricola** Berl. Add. Syll. n. 4669. — Peritheciis minutis, 1/5 mm. diam., globosis globosove-conoideis, in ostiolum breve, subobtusum desinentibus, tectis; sporulis fusoideis, utrinque acutis, 1-septatis ad septum non vel vix constrictis, 10 ≈ 3, pallidissime luteis. 5966

Hab. in ramulis emortuis Mori albæ, Fiumicello Ital. bor., socio *Coniothyrio fuscidulo*. — Ab omnibus speciebus ramicolis facile distinguenda.

28. **Ascochyta Vitellinæ** Pass. Fung. Gall. novi in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 16. — Peritheciis hypopyllis, subgregariis, velatis, subochraceis; sporulis fusiformibus, apicibus acutis, prope medium septatis, hyalinis, 12-15 ≈ 4-4½ 5967

Hab. in foliis Salicis vitellinæ prope Saintes in Gallia (Brunaud).

29. **Ascochyta salicicola** Pass. Fung. Gall. novi in Jour. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p 16. — Maculis epiphyllis, rubiginoso-fuscis, angulosis; peritheciis exiguis, solitariis vel subgregariis; sporulis lanceolatis, hyalinis, medio septatis, 8-10 ≈ 2½. 5968

Hab. in foliis Salicis albæ prope Saintes, Bussac, le Port d'Envaux etc. in Gallia (Brunaud).

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

30. **Ascochyta Primulæ** Trail Scot. Nat. 1887, p. 88 et Grev. XV, p. 108. — Epiphylla; maculis ut in *Phyllosticta primulicola;* peritheciis in maculis sparsis, depresso-globosis, 100-110 μ. diam., pallide brunneis, papillatis; sporulis 1-septatis; hyalinis, cylindraceis, obtusis, 5-6 ≈ 2-2,5. 5969

Hab. in foliis Primulæ vulgaris, Dunottar Scotiæ.

31. **Ascochyta decipiens** Passer. Diagn. Fung. N. V, n. 39. — Pe- 5970

ritheciis in matrice immutata sparsis vel laxe gregariis, minutis, epidermidem pustuliformiter sublevantibus, fuscis, contextu membranaceo-celluloso, flavo-fusco; sporulis cylindricis, utrinque obtusis, hyalinis, endoplasmate varie guttulato et obscure transversim diviso, prope medium septatis, non constrictis 12 × 3, raro 18-20 = 3-4; basidiis non visis.

Hab. in caule et ramis Antirrhini majoris ad mœnia Parmæ, Ital. bor.

32. **Ascochyta Silenes** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 148. — Maculis pallide flavescentibus, demum indefinitis et pallidioribus; peritheciis erumpentibus, sparsis, discoideis, 120-150 μ. diam., supra late pertusis; sporulis oblongis, hyalinis, 2-3-guttatis, utrinque rotundatis, 10-14 × 2,5-3. 5971

Hab. in foliis et caulibus Silenes antirrhinæ, Racine, Wisconsin et Montana Amer. bor.

33. **Ascochyta Dianthi** (A. et S) Lib. Crypt. II, n. 158 (1832). — Syll. III, p. 398. — Amphigena; maculis indeterminatis, pallidis; peritheciis minutis, fuscis, poro apertis, cirris albis; sporulis oblongo-fusoideis vel clavulato fusoideis utrinque rotundato-apiculatis constricto-1-septatis, hyalinis, 14-16 × 3-4,5. 5972

Hab. in foliis languescentibus Dianthi barbati, sociâ *Pucciniâ Arenariæ* in Arduennis. — Teste cl. Oud. (Obser. Sphærops. Dianth. p. 97 cum icone), huc spectant quoque *Phyllosticta Dianthi* West. et *Dinemasporium Dianthi* Oud., et species nascitur quoque in Belgio et Hollandia.

34. **Ascochyta Vitalbæ** Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 17. — Peritheciis minutis, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. diam., innatis, subepidermicis, erumpentibus, nigris, punctiformibus, numerosis, plus minus gregariis; sporulis oblongo-fuscideis, obtusiusculis, 1-septatis, non v. vix constrictis, hyalinis, 10-12 = 4. 5973

Hab. in ramulis Clematidis Vitalbæ. Droupt-St.-Basles, Aube Galliæ (P. Hariot).

35. **Ascochyta? infuscans** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 148. — Maculis magnis, vix zonato-definitis; peritheciis, immersis, folii superficiem pustulatim elevantibus, brunneis; sporulis oblongis, hyalinis, obtusis, medio angustatis, grosse 2-guttatis, 10-15 = 4-6, dein 1-septatis? 5974

Hab. in foliis Ranunculi abortivi, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

36. **Ascochyta Papaveris** Oudem. Contr. à la Flore myc. de Nowaja 5975

Semlja p. 12, t. I, f. 10. — Peritheciis in pagina superiore (an etiam inferiore?) foliorum nigrescente sparsis, nigris, parvis, 200 μ. diam., membranaceis, e cellulis parenchymaticis, satis amplis, fuliginei coloris contextis; sporulis late fusoideis vel subellipsoideis, hyalinis, medio septatis, 9 ≈ 3½, gelatina distentis, maxima copia e perithecio erumpentibus.

Hab. in foliis Papaveris nudicaulis in insula Nowaja Semlja.

37. **Ascochyta althæina** Sacc. et Bizz. Syll. III, p. 399 — var. **brunneo-cincta** Brunaud in Rev. Myc. 1886, p. 141. — Maculis brunneo-marginatis; sporulis ellipsoideo-oblongis, leniter 1-septatis, medio vix constrictis, 30 ≈ 3,5. 5976

Hab. in foliis languescentibus Althææ officinalis, Chanier Galliæ.

38. **Ascochyta parasitica** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 79. — Maculis albidis, epiphyllis; sporulis 6-9 ≈ 3,5-4. 5977

Hab. in foliis Althææ roseæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey). — Adsunt in iisdem maculis *Sphærella parasitica*, *Phyllosticta destructiva* et *Septoria parasitica*.

39. **Ascochyta colorata** Peck in 38 Rep. St. Mus. pag. 94, tab. 2, fig. 9-10. — Maculis indefinitis, sæpe confluentibus, rufis centro brunneis, in superficie inferiore pallidioribus; peritheciis minutis, 100-120 μ. diam., atris; sporulis oblongis sæpe utrinque acutis, rectis vel curvulis, obscure uniseptatis, medio leniter constrictis, 17-25 ≈ 7-8, hyalinis. 5978

Hab. in foliis vivis Fragariæ virginianæ, West Albany Amer. borealis. — Ab *A. Fragariæ* colore macularum et sporulis differt.

40. **Ascochyta Drabæ** Oudem. Contr. à la Flore myc. de Nowaja Semlja p. 12, t. I, f. 11. — Peritheciis in foliorum laminis petiolisque innatis, sparsis, membranaceis, atris, subsphæricis, poro centrali, denique supra epidermidem prominentibus, 100-130 μ. diam.; sporulis oblongis, 10 ≈ 2½, utrinque obtusis, medio septatis ibique levissime contractis, hyalinis. 5979

Hab. in foliis Drabæ alpinæ in insula Nowaja Semlja.

41. **Ascochyta Thlaspeos** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1687. — Sporulis 14 μ. long. 5980

Hab. in caule et foliis Thlaspeos perfoliati in incultis St.-Amand et Lisse Galliæ.

42. **Ascochyta Sisymbrii** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, p. 142. — 5981

Maculis nullis; peritheciis amphigenis et petiolicolis, nigris, innatis, globoso-depressis, 200-235 μ diam., 100-195 μ. alt., ostiolo circ. 20-25 μ. diam pertusis; sporulis vermiformi-cylindraceis, subhyalinis, guttatis, plerumque 1-septatis, 18-45 ≃ 3,5-6, plerumque 25-38 ≃ 4-5.

Hab. in foliis et petiolis Sisymbrii canescentis, Manhattan Kansas Amer. bor. (Kellerman et Swingle).

43. **Ascochyta Lathyri** Trail Scot. Nat. 1887, p. 87 et Grev. XV, p. 109. — Maculis obsolete definitis, totum folium fere occupantibus; peritheciis numerosis, subglobosis, depressis, 50-100 μ. diam.; sporulis 1-septatis, hyalinis, cylindraceis, utrinque obtusis 8-10 ≃ 2,5. 5982

Hab. in foliis Lathyri silvestris, St. Cyrus prope Montrose Scotiæ.

44. **Ascochyta vicicola** Sacc. *Ascochyta Viciæ* Trail Scot. Nat. 1887, p. 87 et Grev. XV, p. 109. — Maculis pallidis, languidis, rufo-marginatis, irregulariter rotundatis; peritheciis in maculis sparsis; sporulis subcylindraceis, obtusis sæpe leniter incurvis, granuloso-farctis, 1-septatis, 13-16 ≃ 2,5-3, flavidis. 5983

Hab. in leguminibus et foliis Viciæ sepium prope Dunottar Scotiæ. — «Forte vix vel non diversa a sequente».

45. **Ascochyta Viciæ** Lib. Crypt. III, n. 356 (1837), Sacc. Funghi Ardenne n. 164. — Epiphylla; maculis subrotundis, rubellis, margine prominulo atro-sanguineo circumscriptis; peritheciis minutis aggregatis, poro apertis, nigris 90-100 μ. diam.; cirris albis; sporulis ovato-oblongis, utrinque obtusis, 1-septatis, leniter constrictis, 12-15 ≃ 4-5, hyalinis. 5984

Hab. ad folia Viciæ sepium in Arduennis. — *Asc. Orobi* Sacc. ab hac vix differt. An huc quoque *Phyllosticta Viciæ* Cooke?

46. **Ascochyta Boltshauseri** Sacc. in Zeitschr. f. Pflanzenkr. 1891, p. 136, t. III. — Foliicola; maculis subcircularibus, ochraceo-brunneis, distinctius epiphyllis, margine subconcoloribus; peritheciis innatis, parcis, globulosis, 100-150 μ. diam., tenui-membranaceis, brunneis, ostiolo rotundo pertusis; sporulis tereti-oblongis, utrinque rotundatis, constricto 1-septatis, non raro 2-septatis, varie guttulatis, hyalinis, 22-28 ≃ 7-8. 5985

Hab. in foliis Phaseoli vulgaris, cui noxia, in Helvetia (H. Boltshauser). — Ab *Ascoc. Pisi* et *A. Phaseolorum* mox differt sporulis conspicue majoribus et non raro 2-septatis. — *Ascoc. Pisi* f. *foliicola* Sacc. et March. Reliq. Westend. pag. 9 (sporulis 16-18 ≃ 5-6) est potius var. præsentis speciei.

47. **Ascochyta Oxytropidis** Schroet. Pilz. Labrad. p. 19. — Maculis nullis; peritheciis irregulariter sparsis, circ. 250 μ. lat., nigris; sporulis elongato-ellipsoideis, fere bacillaribus, sæpe arcuatis, utrinque rotundatis, 9-11 = 2,5-3, medio septatis, hyalinis. 5986

Hab. in petiolis foliorum emortuorum Oxytropidis uralensis, Hebron, Labrador Amer. bor.

48. **Ascochyta Sempervivi** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 131. — Sporulis oblongis, utrinque obtusiusculis, septatis, 10 = 2, hyalinis. 5987

Hab. in caulibus siccis Sempervivi tectorum, Saint-Aubin prope Bernay, Eure Galliæ.

49. **Ascochyta Cucumeris** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 79. — Maculis orbicularibus, dein irregularibus, griseis, 1 cm. diam., flavido-cinctis; peritheciis majusculis, sparsis, papillatis, distincte pertusis; sporulis numerosissimis, hyalinis, cylindraceis, 1-septatis, 8-11 = 3. 5988

Hab. in foliis Cucumeris sativi, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

50. **Ascochyta Solani** Oud. Microm. I, p. 6. — Peritheciis infra plagas epidermidis nigrefactas nidulantibus, globoso-depressis fuligineis, quodammodo asperis, 90-180 μ. lat., medio poro simplici pertusis, mycelii ramis fuligineis insidentibus; contextu distincte parenchymatico; sporulis ellipsoideis, initio mucilagine quasi conglobatis, postremo liberis, 1-septatis, 14 = 7, chlorinis, 5989

Hab. in caulibus exsiccatis Solani tuberosi, sociis *Phoma* sp. et *Fusario diplosporo*, Scheveningen Nederlandiæ.

51. **Ascochyta Lycopersici** Brun. Champ. Saint. 1887, pag. 430. — Maculis rufis v. brunneolis, magnis, suborbicularibus vel irregularibus; peritheciis sparsis, minutis, nigris; sporulis oblongis, 1-septatis, medio constrictis, 8-10 = 2,5, hyalinis. 5990

Hab. in foliis languidis Solani Lycopersici, Pessines pr. Saintes Galliæ.

52. **Ascochyta socia** Pass Nebbia Pomid. p. 2. — Peritheciis sparsis, tectis, lenticularibus, ostiolo subacuto; contextu fusco, parenchymatico, crassiusculo; sporulis elongato-ellipticis, medio septatis, non constrictis, hyalinis, 8-10 = 2,5-3. 5991

Hab. ad folia languida Lycopersici esculenti, *Septoria* affecti (an semper?), Parma Ital. bor.

53. **Ascochyta microspora** Trail Scot. Nat. 1887, p. 87 et Grev. XV, p. 108. — Epiphylla; maculis suborbicularibus, nigris vel atrobrunneis; peritheciis dense gregariis, globosis, 70 μ. diam., sub 5992

lente pallide brunneis; sporulis subcylindraceis, utrinque rotundatis, 1-septatis, rectis vel curvis, 5-7 ≃ 1,5-2, hyalinis.

Hab. in foliis Arctii Lappæ, St. Grus, et Petasitis (sporulis 6-8 ≃ 1,5-2), Aberdeen Scotiæ.

54. **Ascochyta Pyrethri** Brun. et Malbr. Suppl. Sphæroid. p. 3. — 5993
Peritheciis globoso-conicis, sparsis vel lineari-seriatis, erumpentibus, nigris; sporulis numerosis, ovoideis, ellipsoideis vel ellipsoideo-elongatis, utrinque obtusis, rectis vel leniter incurvis, ad septum non constrictis, subhyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Pyrethri sinensis, Saintes Galliæ.

55. **Ascochyta Treleasei** Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4439, *Ascochyta* spec. Treleas. Par. Fungi of Wiscos. p. 17. — Maculis brunneis, orbicularibus, circiter 3 mm. diam.; peritheciis brunneis, 100-120 μ. diam., vix ad ostiolum carbonaceis; sporulis hyalinis, ovoideis, oblongis vel reniformibus, sæpe medio constrictis, 7-14 ≃ 3-5, 2-4-guttulatis, dein bilocularibus. 5994

Hab. in foliis Silphii integrifolii et Veronicæ noveboracensis, Stoughton, La Crosse, Pammel Amer. bor.

56. **Ascochyta Lactucæ** Rost. in Thuem. M. U. n. 2095. — Sporulis cylindraceis, tenuissimis, continuis, hyalinis, minutis. 5995

Hab. ad folia et caules vivos Lactucæ sativæ, Skarup in insul. Fionia Daniæ (E. Rostrup). — Secundum de Thümen loc. cit. est verisimiliter *Phyllostictæ* spec.

57. **Ascochyta Thaspii** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, pag. 148. — 5996
Maculis amphigenis, suborbicularibus, sordide brunneis, definite et anguste flavo-marginatis, circ. 1,5 cm. diam.; peritheciis innatis, pallidis, 100-200 μ. diam., immersis, vix perspicuis; sporulis cylindraceis, 3-septatis, 3-4-guttatis, 25-30 ≃ 6-8, utrinque obtuse rotundatis.

Hab. in foliis Thaspii barbinodis, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

58. **Ascochyta Parietariæ** Roum. et Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 79. 5997
— Maculis nigris, circularibus, irregularibus, sæpe confluentibus, folium perforantibus; peritheciis minutissimis, astomis, immersis; sporulis hyalinis, oblongis, dein 1-septatis, 6-8 ≃ 3.

Hab. in foliis Parietariæ officinalis, Beaune, Côte-d'Or Galliæ.

59. **Ascochyta nebulosa** S. et B. in Sacc. Myc. Sibir. p. 22, f. 28. 5998
— Peritheciis macula fusca insidentibus, gregariis epidermide te-

ctis, minutis, 200–250 μ. diam., membranaceis, poro pertusis, globoso-conoideis; sporulis ellipsoideo-oblongis, utrinque latiuscule rotundatis et fere breviter cylindraceis, ad medium uniseptatis, sæpe parum constrictis, pallidissime flaveolis, in massa saturatioribus, 16-18 ≍ 5-6, primo guttulatis.

Hab. in caulibus Chenopodii sp. cujusdam in campis pr. pag. Kultchek Sibiriæ (MARTIANOFF).

60. **Ascochyta beticola** Prill. et Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 25, 5999
t. III, f. V. — Peritheciis semiimmersis, rotundis, fuscis, 165 μ. diam., poro 20 μ. lat. circ.; sporulis hyalinis, 1-septatis, medio constrictis, utrinque obtuse attenuatis, 14 ≍ 4.

Hab. in petiolis Betæ vulgaris cultæ a *Phyllosticta tabifica* enecatis, Mondoubleau, Loir-et-Cher Galliæ. — *Ascochytæ Betæ* valde affinis.

61. **Ascochyta Oxybaphi** Trelease in Journ. of Myc. I, p. 14. — Ma- 6000
culis atro-brunneis, rotundis, 1-2 mm. diam.; peritheciis in pagina superiore foliorum, minutis, brunneis, carbonaceis circa ostiolum; sporulis 2-cellularibus, 10-17 ≍ 4, quandoque medio constrictis, hyalinis.

Hab. in foliis Oxybaphi nyctaginei in Amer. bor.

62. **Ascochyta Betæ** Prill. et Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 24. 6001
t. III, f. IV. — Peritheciis fusco-olivaceis, rotundis, 120–130 μ. lat., poro papillato, 15 μ. lat. præditis; sporulis hyalinis, primum continuis, ovatis, granulatis, dein 1-septatis, ovato-cylindraceis, medio non constrictis, 9-12 ≍ 2,5-3.

Hab. in petiolis Betæ vulgaris cultæ a *Phyllosticta tabificata* enecatis, Mondoubleau, Loir-et-Cher Galliæ.

63. **Ascochyta Fagopiri** Thüm. et Boll. Fung. lit. austr. in Soc. 6002
adriat Sc. Nat. 1885, p. 13, n. 443. — Peritheciis minutis, sparsis, sine macula distincta, semiimmersis, subglobosis, atris; sporulis ellipsoideis, bicellularibus, medio constrictulis, utrinque abbreviato-rotundatis, nucleo magno achroo in quaque cellula 8,5-10 ≍ 3-4,5, hyalinis.

Hab. in caulibus aridis Fagopiri esculenti, Goritia.

64. **Ascochyta contubernalis** Oud. Contr. myc. Pays bas XII, p. 29. 6003
— Peritheciis punctiformibus, valde micantibus, sporulas per porum apicalem in filum longum, album, flexuosum emittentibus; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, medio 1-septatis et constrictis, 14 ≍ 4,5, hyalinis.

Hab ad folia Rumicis Acetosæ in centro pulvinorum Uro-

mycetis Acetosæ, Apeldoorn Nederlandiæ. — «Verisimiliter *Darluca Filum*».

III. *In Monocotyledoneis.*

65. **Ascochyta Iridis** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 46, t. 8, f. 27. — 6004
Peritheciis numerosis, minimis, maculicolis, infra epidermidem occultatis eamque perforantibus; sporulis numerosissimis, cylindraceis, hyalinis, 1-septatis, medio parum constrictis, utrinque rotundatis, 15-18 ≃ 4.

Hab. in foliis Iridis Pseudacori, Bois de la Haye Nederlandiæ (Destrée).

66. **Ascochyta Alismatis** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 148. — 6005
Maculis amphigenis, rotundis, parvis, 1-2 mm. lat., sordide brunneis, centro albidis, vix flavido-marginatis; peritheciis innatis, pallidis, 80-100 μ. lat., late pertusis; sporulis oblongo-cylindraceis, 12-16 ≃ 2,5-3, biguttatis, dein 1-septatis.

Hab. in foliis Alismatis Plantaginis, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

67. **Ascochyta decipiens** Trail Trans. Crypt. Scot. 1889, pag. 44. — 6006
Peritheciis innatis, depressis, sphæricis, circ. 120 μ. diam., tenuibus, atro-brunneis; sporulis copiosis, ellipsoideis, non constrictis, 9-11 ≃ 2,5-3,5, hyalinis, medio tenuissime 1-septatis.

Hab. in culmis Heleocharidis, Scotia occident.

68. **Ascochyta lacustris** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 12. — Perithe- 6007
ciis crebre sparsis vel subgregariis, punctiformibus, subcutaneo-erumpentibus, membranaceis, nigris; sporulis ellipticis, medio septatis, non vel vix constrictis, 5-8 ≃ 2,5-3, acervatim visis fumosis, singulatim hyalinis.

Hab. in caulibus fracidis Scirpi lacustris, Roma Italiæ.

69. **Ascochyta? Rhynchosporæ** (Pat.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4443, 6008
Phoma Rhynchosporæ Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 83. — Peritheciis sparsis, punctiformibus, globosis, nigris, mycelio radiante, brunneo cinctis; sporulis ovoideis, hyalinis, 5 ≃ 2.

Hab. in Rhynchospora japonica, Klousiou Japon. — Sporulæ a cl. Pat. ut 1-septatæ non describuntur, hinc videtur *Phoma* genuina, nec *Ascochyta* ut habent cl. Berl. et Vogl. l. c.

70. **Ascochyta Spartinæ** Trelease in Journ. of Myc. I, p. 14 et Par. 6009
fung. of Viscos. p. 17. — Maculis rotundis, pallide luteis; sporulis in massam carneo-coloratam exsilientibus, hyalinis, rectis vel

vix curvatis, sæpe utrinque acuminatis, 35 ≈ 3, obscure biseptatis vel demum 2-3-septatis.

Hab. in foliis Spartinæ cynosuroidis, Madison Amer. bor. — Verisimiliter inter species *Septoriæ* in *Monocotyledoneis* parasiticas inquirenda.

71. **Ascochyta graminicola** Sacc. Syll. III, p. 407 — var. **Brachypodii** Trail Scot. Nat. 1887, p. 88 et Grev. XV, p. 109. — Peritheciis non confertis; sporulis subincurvis, 15-17 ≈ 5, leniter fusoideis, utrinque obtusis. 6010

Hab. in foliis Brachypodii prope Dunottar Scotiæ. — Var. **leptospora** Trail Scot. Nat. 1887, p. 88 et Grev. XV, pag. 109: varietati *Holci* Sacc. affinis sed sporulis paullo minoribus, 12-14 ≈ 2,5-3, eguttatis. In foliis emortuis Agropyri repentis et Psammæ arenariæ, Aberdeen Scotiæ. — Var. **Cœruleæ** Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 17: peritheciis innatis, nigris, punctiformibus vel oblongis, forma varia, depressis vel poro lato pertusis; sporulis cylindraceo-fusoideis, utrinque in appendicem crassam et brevem, paullo perspicuam productis, 1-septatis, hyalinis, 16-22 ≈ 3,5-4,5. In culmis siccis Moliniæ cœruleæ, Droupt, St.-Basles (Aube) Galliæ (P. Hariot).

72. **Ascochyta Calamagrostidis** Brun. Mat. Myc. Saint. p. 25. — Peritheciis gregariis, minutissimis, convexiusculis, nigris; sporulis oblongo-elongatis, utrinque rotundatis, 4-guttatis, interdum medio constrictis, hyalinis, 14-15 ≈ 2,5-3. 6011

Hab. in caulibus Calamagrostidis, Saint-Palais-sur-Mer pr. Saintes Galliæ. — *A. Oryzæ* affinis.

ROBILLARDA Sacc. Syll. III, p. 407.

1. **Robillarda Vitis** Prill. et Delacr. in Bull. Soc. Myc. 1889, p. 124. — Maculis subcircularibus, margine læte rufescentibus; peritheciis immersis, fusco-badiis; sporulis fusoideis, chlorinis, demum leviter fuscescentibus, 10-11 ≈ 4, apice setulas ternas, 8-15 ≈ 1, hyalinas gerentibus. 6012

Hab. in foliis Vitis viniferæ, Margaux, Gironde Galliæ.

2. **Robillarda? macropoda** Speg. F. Fueg. n. 419. — Maculis amphigenis, albescentibus, determinatis, 5-8 mm. diam.; perithecia circinantibus, gregariis, lenticularibus, irregulariter dehiscentibus, 80-100 μ. diam.; sporulis cylindraceis, hyalinis, continuis, 20 ≈ 2, apice trifidis v. setulis 3 divaricatis, 20 ≈ 1 præditis, longe stipitatis; basidiis simplicibus, 30-50 ≈ 1. 6013

Hab. ad folia viva Myrtaceæ cujusdam in dumetis prope Apiahy Brasiliæ.

3. **Robillarda discosioides** Sacc. et Berl. Myc. Sibir. p. 22, f. 29. — Peritheciis sparsis, epidermide tectis, valde complanatis, ostiolo minuto, $^1/_2$ mm. diam., circularibus, atris; contextu minute parenchymatico fuligineo; sporulis ovoideo-fusoideis, sursum valde attenuatis et in setam acutam longam desinentibus, ad medium v. prope apicem uniseptatis, non constrictis, hyalinis, 14 ≈ 3-4 (sine seta); basidiis brevioribus suffultis; setis 16-20 ≈ 1. 6014

Hab. in caulibus emortuis Polygoni polymorphi in pratis pr. Meticowo Sibiriæ (Martianoff).

ACTINONEMA Fr. — Syll. III, p. 408.

1. **Actinonema Ulmi** Allesch. Bot. Centr. 1890, II, p. 44. — Maculis primo flavidis, dein e centro brunneolis, irregularibus; fibrillis tenuissimis, retiformi-expansis, epidermide brunnea tectis; peritheciis (?) sub epidermide parum elevata tectis, magnis, lenticularibus; sporulis non visis. 6015

Hab. in foliis vivis Ulmi campestris, Isarthal supra Maria-Einsiedel Austriæ infer.

2. **Actinonema Loniceræ-alpigena** Allesch. Bot. Centr. II, p. 44. — Maculis minutis, rotundato-angulosis vel irregularibus, dein confluentibus, nigrobrunneis; fibrillis tenuissimis, dendroideo-ramulosis. 6016

Hab. in foliis vivis Loniceræ alpigenæ, prope Rottenbuch Bavariæ sup.

3. **Actinonema Fraxini** Allesch. Bot. Centr. 1890, II, p. 44. — Maculis magnis, irregularibus, brunneolis, mox totam folii paginam occupantibus; fibrillis præcipue ad macularum marginem insertis, subtenuibus, ramulosis, radiantibus; peritheciis et sporulis non visis. 6017

Hab. in foliis vivis Fraxini excelsioris, prope München Austriæ infer.

4. **Actinonema Tiliæ** Allesch. Bot. Centr. 1890, II, p. 44. — Maculis magnis, dendroideo-ramosis, in folii paginis dein effusis, nigrescentibus, fibrillis griseo-albis, parum ramosis, tenuissimis præditis. 6018

Hab. in foliis vivis Tiliæ dejectis, Kaninchenberg et Isarauen Austriæ infer.

5. **Actinonema Pirolæ** Allesch. Bot. Centr. 1890, II, p. 45. — Maculis magnis, irregularibus, nigris, dein totum folium occupantibus; fibrillis tenuissimis, dendroideo-ramulosis, griseo-albidis, superficia- 6019

libus; peritheciis numerosis, conicis, nigrescentibus, epidermide tectis; sporulis elongatis, utrinque subattenuatis, medio septatis, non constrictis, circ. 8–10 ≂ 2.

Hab. in foliis Pirolæ secundæ in silva prope München Bavariæ.

6. **Actinonema Podagrariæ** Allesch. Bot. Centr. 1890, II, pag. 44. — 6020
Maculis brunneis, plerumque irregulariter rotundatis; fibrillis tenuissimis, copiose ramosis, submoniliformibus, quoquoversum dispositis, epidermide tectis.

Hab. in foliis dejectis adhuc vivis Ægopodii Podagrariæ, Isarthal pr. Maria-Einsiedel Austriæ infer.

7. **Actinonema? hirsutum** Speg. F. Guar. II, n. 171. — Subiculo hy- 6021
pophyllo, laxissimo, arachnoideo-expanso, velutino, atro-olivaceo, ex hyphis repentibus, subtorulosis (articulis cylindraceis, 12-14 ≂ 4), gracilibus, guttulatis, olivaceis, hinc inde setulas erectas cylindraceas, 120-150 ≂ 5, sursum sensim attenuatas apiceque obtusulas, 3–9-septulatas, olivaceas gerentibus, efformato; peritheciis in subiculo sparsis, globulosis, 100 μ. diam., tenue membranaceis, grosse parenchymatico-cellulosis, olivaceis, glabris, primo astomis, dein apice ostiolatim dehiscentibus; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis, 30-35 ≂ 5, rectis v. flexuosis, medio 1-septatis, non constrictis, hyalinis.

Hab. ad folia viva Panici cujusdam in herbosis silvaticis pr. Guarapi Brasiliæ.

DARLUCA Cast. — Syll. III, p. 410.

1. **Darluca interseminata** Wint. in Journ. of Myc. 1885. p. 102. — 6022
Peritheciis gregariis seu dense sparsis, superficialibus, punctiformibus, globosis, demum collapsis, poro pertusis, membranaceis, fuscis, 80–130 μ. diam.; sporulis oblongis vel oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, hyalinis, uni- rarissime bi-septatis, ad septum vix vel perparum constrictis, 12–14 ≂ 3.

Hab. in foliis Stellariæ, sociâ *Peronosporâ Alsinearum,* in Amer. bor.

2. **Darluca australis** Speg. F. Guar. II, n. 169. — Peritheciis globu- 6023
losis, minutis, 140-150 μ. diam., dense gregariis, hinc inde plagulas suborbiculares, pulvinulatas, 0,5-2 mm. diam., granulosas, atras efficientibus, coriaceo-membranaceis, contextu fuligineo, indistincto, glabris, ostiolo impresso pertusis; sporulis fusoideis vel elongato-subbiconicis, medio 1-septatis, non vel vix constrictis, utrin-

que acutiusculis, 18-20 ≃ 4, ac in juventute mucoso-penicillatis, dein exappendiculatis, hyalinis.

Hab. ad folia viva Bignoniæ cujusdam in dumetis pr. Guarapì Brasiliæ. — Species in Uredine non parasitans, contextu fuligineo sporularumque magnitudine satis distincta.

3. **Darluca ammophila** Sacc. Bomm. et Rouss. Fl. Myc. Belg. II, p. 35. 6024
— Peritheciis sparsis, sphæricis, nigris, subepidermicis, 95-135 μ. diam., epidermidem ostiolo papilliformi perforantibus; sporulis ovato-fusoideis, valde regularibus, hyalinis, 30 ≃ 25, ad septum non constrictis, utrinque hyalino-apiculatis.

Hab. in foliis siccis Ammophilæ arenariæ, Ostende Belgii. — An var. v. status *Tiarosporæ* sequentis?

TIAROSPORA Sacc. et March. in Rev. Myc. 1885, p. 148 (Etym. a *tiara*, ob sporulas appendiculato-galeiformes). — Perithecia epidermide tecta, globulosa, atra, obtuse papillata, membranacea. Sporulæ ellipsoideæ, 1-septatæ, hyalinæ, granulosæ, utrinque appendice apice dilatato-pileata auctæ. — Contextu perithecii atro et forma abnormi appendicis sporularum ab *Ascochyta* et *Darluca* mox dignoscitur.

1. **Tiarospora Westendorpii** Sacc. et March. in Rev. Myc. 1886, p. 118. 6025
— Peritheciis gregariis, horizontaliter ellipticis, ½ mm. long., ¼ latis; ostiolo obtuso; sporulis ellipsoideo-rhombeis, 1-septatis, non constrictis, 25 ≃ 16-18. appendicibus 5-6 μ. long.

Hab. in foliis Ammophilæ arenariæ, Ostende in Belgio (Westendorp).

DIPLODINA West. — Syll. III, p. 411.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Diplodina Gallæ** Ell. et Ev. in Jour. of Myc. 1886, p. 37. — Minuta, atra; peritheciis epidermide tectis, dein ea rupta suberumpentibus, sparsis v. 3-6-aggregatis; sporulis obovatis, 1-septatis, subhyalinis (pallide luteolis), 10-12 ≃ 5-7; basidiis crassiusculis. 6026

Hab. in gallis quercinis, Massachussetts Amer. bor. (C. H. Clarke).

2. **Diplodina semiimmersa** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 360. 6927
— Peritheciis subgregariis, semiimmersis, carbonaceis, sphæroideis, atris, dein poro pertusis, 100-200 μ. diam.; sporulis oblongatis, utrinque obtusis, 1-septatis, chlorino-hyalinis, 10-12 ≃ 3-4,5.

Hab. in trunco vetusto Fagi, Fontainebleau Galliæ (Tulasne).

3. **Diplodina nitida** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVI, p. 30. — Peritheciis per corticem erumpentibus, solitariis vel cæspitosis, sphæroideis vel truncato-oblongatis, vertice vulgo impressis, levibus, atris, circ. 0,2 mm. diam.; sporulis acrogenis, fusoideo-elongatis, rectis vel subrectis, plerumque 1-septatis, hyalinis, haud constrictis, 12-18 ≂ 2,5-3,5; basidiis filiformibus, 30-50 ≂ 1. 6028

Hab. in ramulis emortuis Alni incanæ pr. Mustiala Fenniæ.

4. **Diplodina Acerum** Sacc. et Br. in Rev. Myc. 1886. — Peritheciis innatis, cortice immersis, erumpentibus, epidermide rupta tectis; sporulis oblongo-fusiformibus, utrinque leniter attenuatis, hyalinis, plerumque 1-septatis et sæpe ad septum constrictis, 12-16 ≂ 4-4,5. 6029

Hab. in ramulo cæso delapsoque Aceris Pseudoplatani prope Troyes Galliæ.

5. **Diplodina plana** Karst. Hedw. 88. — Peritheciis sparsis, epidermide tectis, planis, orbicularibus, atris, poro pertusis, 0,1-0,2 mm. diam.; sporulis oblongatis, utrinque obtusis, rectis, 1-septatis, chlorino-hyalinis, 6-10 ≂ 2. 6030

Hab. in ramis emortuis Sambuci racemosæ in horto mustialensi Fenniæ.

6. **Diplodina minima** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1695. — Sporulis griseo-lacteis. 6031

Hab. in ramulis Ligustri vulgaris, St.-Amand Galliæ.

7. **Diplodina Eurhododendri** Voss Mat. Pilz. Krains V, p. 229, f. 9. — Peritheciis gregariis, erumpentibus, nigris, globosis, minutis, circ. 200-250 μ. diam., mollibus; sporulis oblongo-fusoideis, utrinque acutatis, rectis, 1-septatis, hyalinis, numerosissimis, 9-13 ≂ 2-3. 6032

Hab. in capsulis emortuis Rhododendri hirsuti, Bärenthal supra Jauenburg, Carniolia Austriæ.

8. **Diplodina Kœberliniæ** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 123. — Peritheciis gregariis, subcutaneis, 0,5 mm. diam., epidermidem lacerantibus, sed non erumpentibus; sporulis ellipsoideis, hyalinis, 14-16 ≂ 7-8, endochromate medio imperfecte diviso. 6033

Hab. in ramis Kœberliniæ spinosæ, Arizona Amer. bor.

9. **Diplodina Corni** Cooke in Grev. XVI, p. 8. — Gregaria; peritheciis subglobosis, nigris, papillatis, epidermide ostiolis pertusa tectis; sporulis anguste ellipsoideis, 1-septatis, non constrictis, hyalinis, 10-12 ≂ 3. 6034

Hab. in ramis Corni sanguineæ, Shotover Plantation Britanniæ (Baxter).

10. **Diplodina Vitis** Brun. Champ. Saint. p. 339. — Peritheciis sparsis vel gregariis, vix erumpentibus, globosis, nigris, pertusis; sporulis oblongo-elongatis, hyalinis, 1-septatis, ad septum non constrictis, 15 ≃ 5-5,5. 6035

Hab. in sarmentis emortuis Vitis viniferæ, Saintes Galliæ.

11. **Diplodina Veronicæ** Brun. Esp. Sphærops. pag. 2. — Peritheciis sparsis v. approximatis, minutis, nigris, lucentibus, globulosis, compressis, per ligni fibras erumpentibus; sporulis ovoideis vel ovoideo-oblongis, utrinque rotundatis, hyalinis, 1-septatis, ad septum constrictis, 8-10 ≃ 3. 6036

Hab. in ramis emortuis Veronicæ Andersoni, Saintes Galliæ.

12. **Diplodina Hippocastani** (Lib.) Sacc. F. Ardenn. n. 167, *Ascochyta Hippocastani* Lib. Crypt. II, n. 151 (1832). — Peritheciis sparsis, tectis, globosis, rufo-fuscis, ostiolo orbiculari apertis; cirris albis; sporulis fusoideis rectis v. curvulis, 20-22 ≃ 3,5, tenuiter v. spurie 1-septatis, non constrictis, hyalinis. 6037

Hab. in cortice ramorum Æsculi Hippocastani in Arduennis.

13. **Diplodina Spirææ** Passer. Diagn. F. N. n. 116. — Peritheciis crebre sparsis, minute pustulæformibus, rectis, fuscis; sporulis numerosis, fusiformibus, medio septatis, non constrictis, hyalinis. 10-12,5 ≃ 2,5-3; basidiis non visis. 6038

Hab. in ramis siccis Spirææ crenatæ in horto botanico parmensi Ital. bor.

14. **Diplodina fructigena** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVIII, p. 42. — Peritheciis sparsis vel subgregariis, erumpentibus, globulosis vel oblongatis, astomis, atris, 0,3 mm. diam.; sporulis fusoideo-elongatis, rectis, hyalinis, 10-20 ≃ 3-4. 6039

Hab. ad carpella Ledi palustris pr. lacum mustialensem, Salois Fenniæ (O. Karsten).

15. **Diplodina Grossulariæ** Sacc. et Briard in Rev. Myc. 1886. — Peritheciis sparsis, epidermide velatis, nigris, globulosis, lucidis, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. diam.; sporulis oblongo-cylindraceis, obtusis vel leniter fusiformibus, 1-septatis, non contractis, 8-10 ≃ 2-2,5, hyalinis. 6040

Hab. in caulibus emortuis Ribis Uvæ-crispæ, Troyes Galliæ (Briard).

16. **Diplodina hysterioides** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 359. — Peritheciis sparsis, semiimmersis, membranaceis, celluloso-contextis, ovoideis vel oblongatis, rarissime rotundatis, convexis, glabris, 6041

atris, dein poro plus minus ampliato apertis, intus rufescenti-pallidis vel pallidis, circ. 200 μ. diam.; sporulis oblongatis, rectis, utrinque obtusissimis vel truncatis, 1-septatis, ad septum non constrictis, hyalinis, 15-16 ≈ 6; basidiis brevissimis.

Hab. in ligno denudato vetusto, Milano Ital. bor. (De Notaris). — Vergit ad *Pseudopatellam.*

17. **Diplodina punctulata** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 123. — Peritheciis punctiformibus, sparsis, nigris, globosis; contextu membranaceo, e cellulis magnis, brunneis efformato; sporulis numerosissimis, ovoideis, hyalinis, in loculos 2 valde inæquales divisis, ad septum constrictis, 8-9 ≈ 3-4; basidiis brevissimis; paraphysibus filiformibus, copiosis. 6042

Hab. in foliis Dicotyledoneæ cujusdam, Puerto Zamuro Venezuelæ.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

18. **Diplodina Glaucii** Cooke et Mass. in Grev. XVII, p. 79. — Peritheciis minutis, sparsis, globosis, nigris, epidermide ostiolo papillato pertusa, tectis; sporulis ellipsoideis, obtusis, vix constrictis, 1-septatis, hyalinis, 12-13 ≈ 3. 6043

Hab. in caulibus emortuis Glaucii fulvi, Kew Britanniæ.

19. **Diplodina verbenacea** Har. et Briard Rev. Myc. 1890, n. 47. — Peritheciis numerosis, nigris, plus minus confertis, subepidermicis, papillatis, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. diam., papilla epidermidem perforante; sporulis ovoideo-oblongis, obtusis, 1-septatis, ad septa constrictis, hyalinis, 12-13 ≈ 4-4,5. 6044

Hab. in caulibus siccis Verbenæ officinalis, Méry-sur-Seine Galliæ (Hariot).

20. **Diplodina Phlogis** Fautrey in Rev. myc. 1890, p. 165. — Peritheciis gregariis, numerosissimis, non confluentibus; sporulis 1-septatis, constrictis, 8-12 ≈ 3-4. 6045

Hab. in caulibus Phlogis paniculatæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

21. **Diplodina Antirrhini** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 10. — Sporulis oblongis, rotundatis, 1-septatis, paullum constrictis, 10-12 ≈ 3-4, hyalinis. 6046

Hab. in caulibus viridibus Antirrhini majoris, Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — An *Diplodina Antirrhini* Rich. Champ. Marn. n. 1694, eadem species sit, deficiente more solito diagnosi, non liquet.

22. **Diplodina Helichrysi** Pass. in Brun. Champ. nouv. VI, p. 3. — 6047
Peritheciis lignicolis, gregariis, subglobosis vel compressis, rugulosis, nigris, per fibras corticis rimoso-elevata erumpentibus; sporulis elongato-ellipsoideis vel cuneatis, primo continuis, dein 1-septatis, medio non vel vix constrictis, hyalinis, 10-17,5 ≈ 3-5.

Hab. in caulibus emortuis Helichrysi Stœchadis, Fouras pr. Saintes Galliæ.

23. **Diplodina conformis** Sacc. Bomm. et Rouss. Fl. myc. Belg. II, 6048
p. 35. — Peritheciis sparsis, subepidermicis, dein erumpenti-subsuperficialibus, globulosis, 260-360 μ. diam., opacis, primo brunneolis, dein nigris, interdum leniter velutinis, denique collabentibus, ostiolo brevi, conico; sporulis hyalinis, 1-septatis, oblongis, 7-11 ≈ 2,5-3.

Hab. in caulibus emortuis Resedæ albæ, Watermael Belgii. — Ab affini *D. deformi* peritheciis valde regularibus et ostiolo conico diversa.

24. **Diplodina Chenopodii** Karst. in Hedw. 1885, pag. 73. — Perithe- 6049
ciis sparsis, initio epidermide tectis, subsphæroideis, vertice in ostiolum conoideum, poro pertusum attenuatis, glabris, atris, 0,1-0,2 mm. diam.; sporulis oblongatis, utrinque obtusissimis, rectis, 1-septatis, eguttulatis, ad septa vix constrictis, hyalinis, 14-16 ≈ 5,6-6,5.

Hab. ad caules emortuos Chenopodii viridis prope Mustiala Fenniæ.

25. **Diplodina Amaranthi** Fautrey in Rev. myc. 1890, p. 124. — Pe- 6050
ritheciis sparsis, subepidermicis, oblongis, mediis, 120 ≈ 60, poro pertusis; sporulis oblongis, rectis vel subcurvis, hyalinis, 1-septatis, ad septum constrictis, circ. 8-10 ≈ 3.

Hab. in caulibus siccis Amaranthi caudati, Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — *D. Chenopodii* affinis.

26. **Diplodina Parietariæ** Brun. Champ. Saint. p. 339. — Peritheciis 6051
gregariis, tectis, dein erumpentibus, oblongis v. subglobosis, nigro-brunneis, demum collabascentibus; sporulis subfusoideis, 1-septatis, hyalinis, 15 ≈ 3,5.

Hab. in caulibus emortuis Parietariæ officinalis, Pons pr. Saintes Galliæ.

27. **Diplodina Humuli** Brun. Champ. Saint. pag. 339. — Peritheciis 6052
sparsis, erumpentibus, globosis vel globoso-depressis, nigris, pertusis; sporulis subfusoideis, hyalinis, 1-septatis, ad septum non v. vix constrictis, 15-18 ≈ 2,5-3.

Hab. in caulibus emortuis Humuli Lupuli, Saintes Galliæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

28. **Diplodina ramulorum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, pag. 152. — Peritheciis subcutaneis, nigris, minutis, gregariis; sporulis oblongis vel obovato-oblongis, 2-guttatis, dein 1-septatis, hyalinis, 18-22 ≈ 7-8, utrinque rotundatis et obtusis. 6053

Hab. in caulibus dealbatis Smilacis et Lycii, Newfield, N. Jersey Amer. bor.

29. **Diplodina Dendrobii** Cooke et Mass. in Grev. XIV, p. 3. — Peritheciis epiphyllis, gregariis, innatis, atris, convexis, demum epidermide fissa, supra denudatis, nitidis; sporulis didymis, ellipticis, hyalinis, 20 ≈ 6-7. 6054

Hab. in foliis Dendrobii speciosi, Brisbane Australiæ (Bailey).

30. **Diplodina Iridis** Pass. in Journ. hist. Nat. Bord. 1885, pag. 136, Brunaud Liste Sphærops. pag. 41. — Maculis nullis; peritheciis punctiformibus, sparsis, nigris; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, ad medium 1-septatis, hyalinis, 18-20 ≈ 5. 6055

Hab. in foliis emortuis Iridis Pseudacori, Saintes, Saint-Cézaire Galliæ.

31. **Diplodina Smilacis** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, p. 101. — Peritheciis sparsis, depressis, globosis, $^1/_6$ mm. diam., epidermide nigrescente, ostiolo minuto perforata, tectis, prominulis; sporulis oblongis v. ellipsoideo-oblongis, hyalinis, binucleatis, 1-septatis, ad septum vix constrictis, 7-8 ≈ 3-3,5. 6056

Hab. in caulibus emortuis Smilacis, Newfield Amer. bor.

32. **Diplodina Ammophilæ** Trail in Scot. Nat. I, p. 76. — Peritheciis sparsis inter nervulos, ovalibus, ostiolo papillato pertusis, obscuris; sporulis hyalinis, late fusiformibus, 30 ≈ 12, uniseptatis, utrinque mucoso-appendiculatis. 6057

Hab. in foliis emortuis Ammophilæ arundinaceæ, Aberdeen Scot. — «An *Tiarospora?*»

33. **Diplodina? verruculosa** Speg. F. Fueg. n. 408. — Peritheciis erumpenti-superficialibus, hemisphærico-globulosis, 200-250 μ. diam., densiuscule gregariis vel seriatis, minute denseque verruculosis, atris, astomis vel irregulariter dehiscentibus, membranaceo-coriacellis; contextu parenchymatico, pellucido, fuligineo; sporulis cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 8-12 ≈ 1-1,5, rectis vel subcurvulis, hyalinis. 5058

Hab. ad culmos dejectos putrescentes Tritici secundi in maritimis prope Shammacus Brasiliæ.

CYSTOTRICHA B. et Br. — Syll. III, p. 413.

1. **Cystotricha aurodisca** Cooke in Grevillea V, p. 56. — Peritheciis ovatis vel ellipsoideis, longitudinaliter erumpentibus, margine serrato, disco aurantiaco; basidiis gracilibus, sursum ramosis; sporulis cylindraceis, simplicibus, «an denique uniseptatis?» 6059

Hab. in frustulis lignosis, Darenth Britanniæ.

2. **Cystotricha Striola** B. et Br. Cfr. Syll. III, pag. 414, Rich. Cat. Champ. Marn. n. Suppl. p. 543. — Perithecia ligno immersa, brunnea, nigricantia, hysteriiformia; nucleo albido; sporulis hyalinis, ellipsoideis, 1-septatis, 7 μ. long., basidiis longis, septatis, ramosis lateraliter insertis. — Nascitur quoque in ligno denudato dejecto Alni glutinosæ, St.-Amand Galliæ.

PUCCINIOSPORA Speg. Guar. I, p. 147 (Etym. a *Puccinia* et *spora*). — Perithecia superficialia, globosa, astoma?, atra, subiculo parcissimo, radiante, foliicolo insidentia. Sporulæ majusculæ, didymæ, hyalinæ. — Est *Diplodina* superficialis, phyllogena.

1. **Pucciniospora Chusqueæ** Speg. loc. cit. — Maculis amphigenis, ellipticis, 1,5-2,5 mm. long., 1 mm. lat., ferrugineis, indeterminatis, flavescenti-cinctis; peritheciis epiphyllis, laxe 2-5-gregariis, globosis, 120-160 μ. lat., atris, subverruculosis, astomis, contextu grosse parenchymatico, pellucido, olivaceo, hyphis paucis, repentibus, undulatis, dilute olivaceis, parce septulatis, insidenti-cinctis; sporulis ellipsoideis vel ovoideis, supra late rotundatis, subtus subcuneatis, 35-36 ≃ 15, ad septum non constrictis, pedicello brevissimo, 5 ≃ 4, hyalino appendiculatis. 6060

Hab. ad folia viva Chusqueæ tenuiglumis prope Villa-Rica Brasiliæ.

Sect. 5. Phæophragmiæ.

HENDERSONIA Berk. — Sacc. Syll. III, p. 419.

1. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Hendersonia affinis** Pass. in Rev. Myc. 1886. p. 142. — Peritheciis amphigenis, punctiformibus, hinc inde aggregatis, maculis inter nervos insidentibus, subinde sparsis, atris; sporulis ellipsoideo- 6061

oblongis, biseptatis, raro uniseptatis, septis non vel vix constrictis, brunneo-olivaceis, 12,5 ≈ 5.

Hab. in foliis putrescentibus Tiliæ europææ, Saintes Galliæ. — Sporulis biseptatis, *H. biseptatæ* affinis.

2. **Hendersonia ambiens** Cooke in Grevillea XIV, p. 5. — Peritheciis gregariis, cuticula elevata, longitudinaliter perforata tectis, globosis, mox papillatis; sporulis anguste ellipticis, triseptatis, non constrictis, pallide brunneis, 20 ≈ 7-8; basidiis sporularum longitudinem æquantibus, mox evanidis. 6062

Hab. in ramulis Aceris dasycarpi, Kew Britanniæ.

3 **Hendersonia Colchicæ** Pass. in Brun. Champ. Saint. V, p. 6. — Peritheciis epidermide dealbata, disrupta tectis, parenchymate corticali nidulantibus; sporulis ellipsoideis, 3-septatis, brunneis 10 ≈ 3. 6063

Hab. in ramis emortuis Staphyleæ colchicæ, Saintes Galliæ.

4. **Hendersonia Staphyleæ** Ell. Ev. in Journ. of Myc. I, n. 151. — Peritheciis *Leptosphæriæ rubrotinctæ* [cujus verisimiliter est pycnidium] similibus, et ab iis vix distinguendis; sporulis oblongis, obtusis, rectis vel vix curvulis, 3-septatis, obscure brunneis. 6064

Hab. in ramulis emortuis Staphyleæ trifoliæ in America boreali.

5. **Hendersonia Tamaricis** Cooke in Grevillea XIV, p. 5. — Peritheciis laxe gregariis, cuticula elevata tectis, subglobosis, vix papillatis; sporulis ellipticis, utrinque leniter attenuatis, triseptatis, non constrictis, pallide brunneis, 18-20 ≈ 7. 6065

Hab. in ramulis Tamaricis gallicæ, Kew Britanniæ. — Var. **Elæagni** Cooke l. c.: peritheciis minoribus, minus gregariis; sporulis ut in typo. In ramis Elæagni, Kew Britanniæ.

6. **Hendersonia Berberidis** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 166. — Peritheciis subcutaneis, nigris, globoso-depressis, vix papillatis, poro pertusis; sporulis cylindraceis utrinque rotundatis, ex olivaceo fuligineis, 7-9-septatis, 30-36 ≈ 4-5. 6066

Hab in ramulis adhuc vivis Berberidis, Beaune, Côte-d'Or Galliæ.

7. **Hendersonia corticalis** E. et Ev. North. Am. fungi n. 1377. — Exemplaria Ellisiana in meo herbario *Phomam* sistunt (sporulis oblongis, 2-guttatis, 6 ≈ 1,5). 6067

Hab in cortice relaxato trunci Vitis viniferæ, Newfield Amer. bor. — Diagnosim non inveni.

8. **Hendersonia Coriariæ** Brun. Suppl Sphæroid. p. 3. — Peritheciis 6068

sparsis, globulosis tectis, dein erumpentibus, poro pertusis, nigris v. brunneo-nigris, membranaceis; sporulis ellipsoideis v. ovoideo-oblongis, utrinque obtusis, rectis v. curvulis, 3-septatis, brunneis, 17-23 ≈ 6-7.

Hab. in ramis emortuis Coriariæ myrtifoliæ, Saintes Galliæ.

9. **Hendersonia hedericola** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 166. — 6069
Peritheciis superficialibus, globulosis, collabascentibus, nigris, papillatis; sporulis elongatis, 9-14-septatis, 36-48 ≈ 4-6, maturitate olivaceis et ad septa constrictis.

Hab. in truncis vetustis Hederæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

10. **Hendersonia Coronillæ** Cooke in Grevillea XII, p. 97. — Perithe- 6070
ciis sparsis vel gregariis, cuticula leniter elevata tectis, subglobosis vel depressis; sporulis primo uniseptatis, ellipticis, brunneis, 12 ≈ 6, dein elongatis, constrictis, leniter curvatis, triseptatis, 18 ≈ 7.

Hab. in ramulis Coronillæ Emeri et Baccharidis halimifoliæ, Kew Britanniæ.

11. **Hendersonia obscura** Pass. in Brun. Miscell. mycol. p. 18. — Pe- 6071
ritheciis minutis, erumpentibus, vix papillatis et subinde umbilicatis, hinc inde aggregatis et stromate intertexto-filamentoso fuligineo insidentibus; sporulis ellipsoideis v. subfusoideis, 3-5-septatis, plus minus constrictis, brunneis, 12-17 ≈ 5-7, basidiis filiformibus, longis, cito evanescentibus.

Hab. in ramis emortuis Robiniæ Pseudacaciæ, Clermont-Ferrand Galliæ.

12. **Hendersonia Rosæ** Kickx Fl. Myc. Fl. t. I, pag. 389. — Peri- 6072
theciis sæpius sparsis, maculis pallidis insidentibus, parvis, nigris, prominentibus, epidermide tectis; sporulis ellipsoideis, triseptatis, brunneis, ad septa leniter constrictis.

Hab. in ramis emortuis delapsis Rosarum in Belgio.

13. **Hendersonia subcorticia** Passer. Diagn. F. N. V, n. 40. — Pe- 6073
ritheciis superficialibus, sparsis, minutis, subglobosis, atris; sporulis elongato-fusiformibus triseptatis, ad septa leniter constrictis, primo hyalinis, dein flavo-fuscis, loculo subultimo aliquantulum inflato 17,5 ≈ 3,5-4; basidiis non visis.

Hab. in cortice secedente et adhuc stante Piri Mali, Baganzola prov. Parma.

14. **Hendersonia ambigua** Brun. Champ. Saint. p. 339. — Peritheciis 6074
sparsis vel adproximatis, tectis, dein erumpentibus, globoso-depressis, nigris, perforatis; sporulis oblongis, flavo-brunneis, 3-septatis, constrictis, 15-18 ≈ 4,5-5.

Hab. in ramulis emortuis Amelanchieris, Spirææ, Solani Dulcamaræ, Saintes, Pons Galliæ. — Affinis *H. sarmentorum*, sed sporulæ longiores.

15. **Hendersonia Mespili** West., *Stagonospora Mespili* (West.) Sacc. Syll. III, p. 446. — Testibus cl. Bommer et Rousseau, sporulæ maturæ sunt fuligineæ, hinc non *Stagonospora*.

16. **Hendersonia Torminalis** Sacc. Syll. III, p. 429. — Var. **Ariæ** Br. 6075
et Har. Rev. Myc. 1891, p. 17. — Maculis epiphyllis, irregularibus, subcircularibus, brunneo-castaneis, non limitatis, 5-7 mm. diam.; peritheciis sparsis, lenticularibus, parcis, nigris, 180-200 μ. diam.; sporulis ovoideo-oblongis obtusiusculis, 3-septatis, vix vel non constrictis, loculis mediis brunneis, apicibus subhyalinis, 14-16 ≃ 5-6.

Hab. in pag. sup. foliorum Sorbi Ariæ, Trenay, Aube Galliæ (P. Hariot).

17. **Hendersonia conspurcata** Sacc. Bomm. et Rouss. Fl. myc. Belg. 6076
II, p. 37. — Peritheciis subglobosis, nigris, 730-790 μ. diam., cortice immersis et jugiter tectis, poro dehiscentibus; sporulis ovoideis vel oblongo-ellipsoideis, curvulis, valde inæqualibus, 1-3-septatis, 18-45 ≃ 7-10, fuligineis, granulosis, ad septa non constrictis, paraphysibus v. basidiis (?) hyalinis, simplicibus 15-27 ≃ 4 intermixtis.

Hab. in ramulis Pruni Padi, Groenendael Belgii, sociâ *Massariâ conspurcatâ*, cujus certe est pycnidium. — Ad subg. *Sporocadum* Sacc. spectat.

18. **Hendersonia cerasella** Prill. et Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, 6077
p. 21, t. III, f. VII. — Peritheciis subcutaneis, fuscis, 135 μ. circ. globosis, poro papillato, 15 μ. lat.; mycelio endophyllo, parco, hyalino; sporulis dilute fuscis, 4-septatis, utrinque rotundatis, rectis v. curvulis, ad septa constrictis, 22-24 ≃ 9-10; basidiis minutis.

Hab. ad folia emortua Cerasi avium, maculam sterilem *Corynei Beijerinckii* incolens, Beaune, Côte-d Or Galliæ.

19. **Hendersonia Punicæ** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 67. — Perithe- 6078
ciis sparsis v. subgregariis, globosis, atris, per epidermidem longitudinaliter fissam erumpentibus; sporulis ellipsoideis vel piriformibus, triseptatis, ad septa crassiuscula fusca, ceterum fumosis, 12,5 ≃ 5; basidiis filiformibus, hyalinis, sporulâ longioribus.

Hab. in ramulis emortuis Punicæ Granati, Vigheffio Parma.

20. **Hendersonia Camelliæ** Pass. in Rev. Myc. 1887, p. 146. — Peri- 6079
theciis sparsis, tectis, atris, ostiolo minuto, conico, erumpente; spo-

rulis ellipsoideis, 3-septatis, castaneo-fuscis, 7,5-10 ≃ 5; basidiis non visis.

Hab. in ramulis aridis vel subvivis Camelliæ japonicæ, cultæ Parma Ital. bor.

21. **Hendersonia Rubi** West. Sacc. Syll. III, p. 424. — Forma **Loniceræ** Brunaud in Rev. Myc. 1886, p. 141: sporulis 18-20 ≃ 6-8, rectis v. vix curvis, ad septa constrictis. 6080

Hab. in sarmentis emortuis Loniceræ Caprifolii, Saintes Galliæ. — Forma **Vitis** Br. l. c.: sporulis 15-18 ≃ 8, ad septa constrictis. In sarmentis emortuis Vitis viniferæ, Saintes Galliæ. — Forma **Rubi Idæi** Br. l. c.: sporulis ellipsoideis vel oblongo-subclavatis, 18-20 ≃ 8, ad septa constrictis. In sarmentis emortuis Rubi Idæi, Saintes Galliæ.

22. **Hendersonia sarmentorum** West. — Syll. III, pag. 420. — Var. **galiicola** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 68. — Peritheciis sparsis, subcutaneis, fuscis; sporulis ellipsoideis, fuscidulis, triseptatis, 12 ≃ 5; basidiis non visis. 6081

Hab. in caulibus siccis Galii Aparines Parma Ital. bor. — Var. **laurina** Cooke in Grevillea: sporulis 18 ≃ 5. In Lauro nobili, Kew Brit. Verisimiliter ad speciem novam referenda sporulis quam in typo multo longioribus. — Var. **Forsythiæ** Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 142: sporulis rectis vel paullo curvatis, 12-14 ≃ 5. In ramis emortuis Forsythiæ viridissimæ, Saintes Galliæ.

23. **Hendersonia syringæcola** Brun. Champ. Saint. p. 339. — Peritheciis sparsis v. adproximatis, minutis, nigris, subcutaneo-erumpentibus, globulosis vel globoso-depressis, perforatis; sporulis oblongis, 18 ≃ 8-9, e flavo subfuligineis, 3-septatis, subconstrictis. 6082

Hab. in fructibus siccis Syringæ vulgaris, Pons Galliæ.

24. **Hendersonia Ligustri** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1707. — Peritheciis subcutaneis; sporulis in massam expulsis. 6083

Hab. in ramis Ligustri vulgaris, St. Amand Galliæ.

25. **Hendersonia hapalocystis** Cooke Grev. XVIII, p. 74. — Peritheciis sparsis, immersis, vix visibilibus; sporulis majusculis, 45-50 ≃ 18, 4-locularibus; loculis mediis latioribus, protuberantibus, atrobrunneis, fere nigris; loculis extimis minutis, hyalinis, sæpius apiculiformibus. 6084

Hab. in ramis tenellis Fraxini pr. Bristol Britanniæ. — Ad subgen. *Sporocadum* Sacc. spectat.

26. **Hendersonia epixyla** Malbr. et Brun. Sphærops. pag. 3. — Pe- 6085

ritheciis minutis, globuloso-collabentibus, superficialibus, nigris, ostiolo obsoleto perforatis, aggregatis maculamque nigram formantibus; sporulis ellipsoideo-oblongis, utrinque obtusis, 2- raro 3-septatis, ad septa vix constrictis, 15-20 ≃ 3,5-4, fuligineis.

Hab. in ligno decorticato Fraxini excelsioris, Saintes Galliæ. — Ob perithecia superficialia, lignicola ad subg. *Hendersoniellam* Sacc. spectat.

27. **Hendersonia Tini** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 37. — Maculis latis, 2-3 cm., cinereis, purpurascenti-marginatis; peritheciis amphigenis, punctiformibus, innato-erumpentibus; sporulis fusoideis, nucleolatis, subrectis, pallide stramineo-flavis, 22-27 ≃ 2,5. 6086

Hab. in foliis subvivis Viburni Tini, Lafayette La. Amer. bor. — Ad *Septoriam* vergit.

28. **Hendersonia Fiedleri** West. Sacc. Syll. III, p. 421. — Var. **Symphoricarpi** Cooke in Grevillea. — Sporulis triseptatis, 18 ≃ 4, pallide coloratis. 6087

Hab. in sarmentis Symphoricarpi racemosæ, Kew, Swanscombe Brit.

29. **Hendersonia Periclymeni** Oud. Contr. Mycol. XIII, pag. 47, t. 8, f. 29. — Peritheciis sparsis, nigris, subcarbonaceis, compressis, 0,5 mm. diam., inter fibras corticales nidulantibus, ostiolo manifesto, peridermium atratum perforante; sporulis numerosis, cylindraceis rectis curvulisve, utrinque rotundatis, 3-septatis, leniter constrictis, 18-28 ≃ 3,5-7, pallide badiis. 6088

Hab. in trunco ramisque adhuc vivis Loniceræ Periclymeni, Schéveningue (Dom. Destrée).

30. **Hendersonia concentrica** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 149. — Maculis marginalibus, 1-2 cm. lat., zonis alternate pallidis fuscisque variegatis, margine definito, haud elevato, acervulis erumpentibus, nigris; sporulis fusoideo-oblongis, pallide brunneis, 3-septatis, 12-15 ≃ 3; basidiis gracilibus, 20-30 μ. longis. 6089

Hab. in foliis vivis Rhododendri catawbiensis, Roan Mountains North Carolina Amer. bor. (F. L. Scribner). — In Rhododd. maximo ex eodem loco fungus occurrit in areis majoribus obsoletius zonatis.

31. **Hendersonia stictica** Lév. in An. Sc. Nat. 1863, p. 299. — Peritheciis gregariis, epiphyllis, punctiformibus, prominulis, convexis, basi applanatis, intus extusque nigris, macula albida, limitata insidentibus; basidiis simplicibus; sporulis ovato-fusiformibus, incoloribus, 3-5-septatis, diametro quadruplo quintuplove longioribus. 6090

Hab. ad folia Thibaudiæ rupestris, Bogota, Monserrate Novæ Granatæ.

32. **Hendersonia Daphnes** Pass. Fung. Gall. novi in Journ. d'Hist. nat. 1885, n. 4, pag. 16. — Maculis indeterminatis, expallentibus; peritheciis sparsis, nigris, punctiformibus, exiguis, initio epidermide velatis; sporulis primo oblongis, integris, hyalinis, tandem triseptatis; loculis duobus intermediis fuscis, terminalibus acutiusculis, hyalinis, 15-20 ≃ 5. 6091

Hab. in foliis Daphnes indicæ pr. Saintes in Galliæ (Brunaud).

33. **Hendersonia bicolor** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 182. — Maculis epiphyllis, sæpe orbicularibus, cinereis, margine ruguloso cinctis; peritheciis vix prominulis, nigris, lucidis; sporulis ovoideis, 8-12 ≃ 5-6, utrinque parum curvatis, biseptatis, loculis duobus rufis, alio hyalino attenuatoque. 6092

Hab. in foliis Rhododendri, Yunnam Sinarum (Ab. Delavay).

34. **Hendersonia Platani** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1708. — Peritheciis subcircinatim dispositis. 6093

Hab. in ramis Platani, Ablancourt Galliæ.

35. **Hendersonia Davisii** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, pag. 149. — Maculis latis, folii superiorem partem omnino occupantibus, atrobrunneis; peritheciis plerumque epiphyllis, gregariis, nigris, erumpentibus, 125-150 μ. diam., mox ob sporulas eructatas absconditis; sporulis obovato-oblongis, atro-olivaceis, 3-septatis, 10-12 ≃ 3-3,5. 6094

Hab. in foliis partim emortuis Caryæ albæ, Racine Wis. Amer. bor. (J J. Davis).

36. **Hendersonia samararum** Brun. Miscell. Mycol. p. 18. — Peritheciis sparsis, globulosis v. globoso-depressis, atris; sporulis oblongo-ellipsoideis, 3-septatis, non constrictis, pallide fuligineis, 15-18 ≃ 4,5-5, loculo infero hyalino. 6095

Hab. in samaris Ailanthi glandulosæ, Saintes Galliæ.

37. **Hendersonia Celtidis** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 102. — Peritheciis erumpentibus, sparsis, epidermide rupta cinctis, minutis, subinde depressis; sporulis clavato-oblongis v. subfusoideo-oblongis, flavidis, 3-7-septatis, ad septa plerumque constrictis, 15-25 ≃ 4-5, utrinque obtusis. 6096

Hab. in ramis emortuis Celtidis occidentalis, West Chester Pa. Amer. bor.

38. **Hendersonia Planeræ** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 78. — Pe- 6097

ritheciis sparsis, erumpentibus, subglobosis, atris, peridermio fisso diu tectis; sporulis ellipsoideis, utrinque rotundatis, triseptatis, leniter constrictis, brunneis, 30 ≂ 10-12.

Hab. in ramis Planeræ, Kew, London Britanniæ. — *H. vaganti* proxima.

39. **Hendersonia punctoidea** Karst. Sphærops. Fenn. p. 36. — Peritheciis sparsis, cortice immersis, erumpentibus, sphæroideo-applanatis, atris, punctiformibus; sporulis oblongatis v. elongatis, rectis, 1-3-septatis, dilute fuligineis, 11-15 ≂ 5. 6098

Hab. in cortice levi Betulæ albæ in Alandia (Edw. Nylander). — *Hend. exiguæ* affinis.

40. **Hendersonia populina** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 69. — Maculis epiphyllis, discoideis, griseo-albidis, interdum confluentibus; peritheciis sparsis, tectis, globosis; sporulis ellipticis, utrinque subacutis, triseptatis, non constrictis, fuscidulis, 12,5 ≂ 5. 6099

Hab. in foliis languidis Populi albæ, Vigheffio pr. Parma.

41. **Hendersonia candida** Passer. Diagn. F. N. V, n. 41. — Maculis epiphyllis, discoideis, arescendo candidis; peritheciis punctiformibus, vertice erumpentibus; sporulis nomerosis, fusiformibus, 7-9-septatis, olivaceis, 33-44 ≂ 5-6. 6100

Hab. in foliis languentibus Populi albæ, sociâ *Septoriâ candidâ*, Vigheffio, Parma.

42. **Hendersonia Juniperi** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1706 (absque diagnosi) *). 6101

Hab. in ramulis Juniperi communis, sociâ *Diplodiâ Juniperi*, St. Amand Galliæ.

43. **Hendersonia conorum** De Lacr. — Syll. III, p. 430. — Teste Celotti Mic. Montp. p. 26, sporulæ 15-18 ≂ 6-8. Nascitur quoque in strobilis Abietis, Montpellier Galliæ.

44. **Hendersonia acuum** Karst. Symb. XVII, p. 162. — Peritheciis sparsis, superficialibus, ellipsoideis, subastomis, atris, 0,2 mm. long., sporulis oblongo-ovoideis, medio vulgo angustatis apiceque attenuatis, 3-septatis, ad septa haud constrictis, 15-16 ≂ 6, dilute fuligineis, loculo imo subhyalino; basidiis subramosis, filiformibus, 46 ≂ 1,5. 6102

Hab. in foliis emortuis Pini silvestris pr. Aboa Fenniæ.

---

*) Nomina nuda mycetum in Richonii Catalogo sæpius occurrentia, ut evidens est, nihil valent, sed ea retuli sperans auctorem diagnoses suas proxime prolaturum.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

45. **Hendersonia Arabidis** Rost. Fung. Groenl. p. 571. — Peritheciis minutis, hemisphæricis, papillatis, atris; sporulis numerosis, initio continuis, hyalinis, guttulatis, dein 3-septatis, fuscis, 20-28 ≃ 3-4, cylindraceo-fusoideis. 6103

Hab. in caulibus Arabidis Helbollii, Pingo-Field Groenlandiæ (Jensen).

46. **Hendersonia Aconiti** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1704. — Sporulis brunneis et breve pedicellatis. 6104

Hab. in petiolis Aconiti in hortis St. Amand Galliæ.

47. **Hendersonia Thalictri** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 83. — Peritheciis minutis, rugosis, epidermide tectis, mycelio repente cinctis, setis 5-6, rigidis, 45-60 μ. longis acutis; sporulis elongatis, rufis, septatis, septis, constrictis, 9-11 ≃ 2. 6105

Hab. in caulibus emortuis Thalictri in Sinis (Parny).

48. **Hendersonia Hyperici** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1705 (absque diagnosi). 6106

Hab. in caulibus Hyperici perforati in silvis St. Amand Galliæ.

49. **Hendersonia papillata** Pat. Journ. Bot. 1888, p. 150. — Peritheciis punctiformibus, nigris, subcutaneo-erumpentibus, 0,5 mm. d.; sporulis numerosis, ovoideis, basi truncatis, apice hyalino-apiculatis, 2-septatis, vix constrictis, brunneis, 20 ≃ 10, loculo medio ceteris paullo angustiore. 6107

Hab. in caulibus emortuis Lespedezæ Yunnan Sinarum (Ab. Delavay).

50. **Hendersonia tenella** Schroet. Pilze Labrad. p. 19. — Peritheciis sparsis, minutis, nigris; sporulis fusoideis, hinc inde curvulis, 3-septatis, olivaceo-brunneis, 20-25 ≃ 3-4, utrinque obtuse rotundatis. 6108

Hab. in foliis emortuis Alsines vernæ v. hirtæ, Okak in Labrador (E. Wenck).

51. **Hendersonia Phlogis** Brun. Esp. Sphærops. p. 3. — Peritheciis sparsis vel adproximatis, globulosis, nigris, subcutaneo-erumpentibus, perforatis; sporulis ovoideo-oblongis, 3-septatis, ad septa constrictis, 15 ≃ 4-5, flavis. 6109

Hab. ad caules emortuos Phlogis paniculatæ, Saintes Galliæ.

52. **Hendersonia Epilobii** Fautrey in Rev. Myc. 1889, p. 152. — Peritheciis seriatim dispositis, oblongis, epidermidem maculantibus, 6110

poro pertusis; sporulis ovoideo-oblongis, 3-septatis, 12-16 ≈ 5-6, flavis; basidiis hyalinis usque 24 ≈ 2.

Hab. in caulibus Epilobii tetragoni, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

53. **Hendersonia Marrubii** Brun. Champ. Saint. p. 339. — Peritheciis 6111
sparsis, globulosis, nigris, perforatis; sporulis oblongis, 3-septatis, constrictis, 14 ≈ 5, brunneis.

Hab. in caulibus emortuis Marrubii vulgaris, Saintes Galliæ.

54. **Hendersonia Acanthi** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 182. — Peri- 6112
theciis epidermide tectis, minutis, ostiolo lato apertis; sporulis primo viridulis, continuis, dein rufo-brunneis, 3-septatis, 16-20 ≈ 6-8.

Hab. in caulibus emortuis Adathodæ, Yunnam Sinarum (Ab. Delavay). — Verisimiliter status pycnidicus *Leptosphæriæ Acanthi.*

55. **Hendersonia varians** Cooke et Hark. in Grevillea XIII, p. 112. 6113
— Caulicola: peritheciis gregariis, erumpentibus, demum seminudis, depresso-globosis, atris; sporulis ovalibus, uniseptatis dein bi- vel triseptatis, magnitudine variabilibus, brunneis, subopacis, 12-15 ≈ 7,5, non constrictis.

Hab. in caulibus Sphaceliæ in California (Harkness). — Affinis *H. diversisporæ* sed ab ea distinguenda.

56. **Hendersonia heterophragmia** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 149. 6114
— Peritheciis erumpentibus, superficialibus, subseriatis, globosis, collabascentibus, 0,7 mm. diam., ostiolo papillato; sporulis ellipsoideis vel elliptico-oblongis, brunneis, 1-3-septatis, 12-16 ≈ 5-7.

Hab. in ramulis emortuis Sarcobati vermiculati prope Great Falls, Mont. Amer. bor. (Anderson).

III. *In Monocotyledoneis, Acotyledoneis et in fimo.*

57. **Hendersonia monspeliensis** Celotti Mic. Montpell. p. 27. — Pe- 6115
ritheciis sparsis, globosis, superficialibus, nigris, ostiolo brevi instructis, 0,3 mm. diam.; sporulis cylindricis, utrinque acutis, 6-7-septatis, 25-28 ≈ 5-7, guttulatis, brunneis.

Hab. in foliis aridis Sabaleos Palmetto, Montpellier Galliæ.

58. **Hendersonia Sabaleos** Ces. — Syll. III, p. 434. — Var. **Phœni-** 6116
cis Sacc. n. v.: sporulis cylindraceo-oblongis, utrinque rotundatis, 3-septatis, leniter constrictis, fuligineis, 12-4-5.

Hab. in foliis Phœnicis dactyliferæ, Coimbra Lusitaniæ (Moller, una cum *Coniothyr. Palmarum* in Myc. Univ. n. 1482).

59. **Hendersonia peregrina** Fautr. Rev. Myc. 1892, p. 8. — Perithe- 6117

ciis exiguis, sparsis, hinc inde aggregatis, nitide nigris, emergentibus, dein superficialibus; sporulis cylindraceis, obtusule attenuatis, rectis v. subflexuosis, flavidis, 3-septatis, 20-29 ≈ 3.

Hab. in pinnis foliorum Phœnicis dactyliferæ in cistam (*couffin*) contextis, quæ ex Algeria allata fuit.

60. **Hendersonia Bromeliæ** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 123. — Peritheciis fragilibus, nigris, carbonaceis, hinc inde aggregatis maculasque latas atras formantibus; sporulis cylindraceis, 8-9 ≈ 5, obtusis, utrinque rotundatis, 3-septatis, loculo medio brunneo, ceteris subhyalinis. 6118

Hab. in foliis Bromeliæ cujusdam, Puerto Zamuro Venezuelæ.

61. **Hendersonia microsticta** Berk. in Crypt. Antarct. p. 58, t. 68, f. 1. — Peritheciis minutis, nigris, globosis, epidermide obtectis; sporulis pellucidis, irregularibus, plerumque lanceolatis, utrinque acutis, 3-septatis. 6119

Hab. in caule dealbato Chrysobactri Rossii et in scapis Antherici in regione antarctica (Hooker).

62. **Hendersonia asparagina** Fautrey Rev. Myc. 1889, p. 68. — Peritheciis numerosis, punctiformibus, nigris, poro pertusis; sporulis ellipsoideis, obtusis, flavidis, triseptatis, 22-25 ≈ 4, basidiis hyalinis suffultis. 6120

Hab. in caulibus siccis Asparagi officinalis, Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — «An eadem ac *H. Asparagi?*»

63. **Hendersonia Asparagi** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 70 (1888). — Peritheciis in maculis albidis punctiformibus, atris; sporulis subcylindricis, 3-septatis, melleis, 22,5 ≈ 2,5-3. 6121

Hab. in caulibus Asparagi officinalis in horto botanico, Parma. — An pycnidium *Leptosphæriæ punctoideæ* Karst. in iisdem caulibus obviæ?

64. **Hendersonia scirpicola** Cooke et Hark. in Grevillea. — Culmicola; peritheciis minutis, punctiformibus, atris, semiimmersis, pertusis; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, triseptatis, constrictis, fuscis, 20 ≈ 5. 6122

Hab. in culmis Scirpi, in California (Harkness).

65. **Hendersonia heterospora** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 66. — Peritheciis sparsis, sæpe seriatim digestis, primo tectis, dein erumpentibus, innatis, subglobosis, atris, contextu membranaceo, celluloso, fuscidulo; sporulis castaneo-fuscis, longitudine varia, brevioribus navicularibus, triseptatis, 12 ≈ 5, immixtis, longioribus fusiformibus, 3-5- raro 7-septatis, 18-20 ≈ 5. 6123

Hab. in vaginis emortuis Phragmitis communis, Vigheffio pr. Parma.

66. **Hendersonia leptospora** Trail Trans. Crypt. Scot. 1889, p. 45. — Peritheciis innatis, sparsis, ostiolo breviter papillato; sporulis clavato-fusoideis 10-13 ≍ 2, pallide brunneis, 3-septatis, eguttulatis. 6124

Hab in foliis emortuis Phragmitis communis ad ripas Loch Achray Scotiæ.

67. **Hendersonia sparsa** Wint. in Hedw. 1885, I. — Peritheciis sparsis, immersis, depressis vel subglobosis, ostiolo demum late aperto erumpentibus, atris, membranaceis, 150-180 ≍ 90-120; sporulis oblongo-subcylindricis, utrinque rotundatis, rectis, biseptatis, ad septa non vel vix constrictis, pallidissime dilutissimeque nigricantibus, 12-14 ≍ 4. 6125

Hab. in spathis aridis Bobartiæ spathaceæ in monte Tabulari Promont. Bonæ Spei (Mac-Owan).

68. **Hendersonia hirta** Schroet. Hedw. 1890, p. 61. — Peritheciis globosis, 0,3 mm. diam., hyphis deflexis, 3-4 μ. cr., vestitis; ostiolo brevi globuloso; sporulis fusoideis utrinque obtuse tenuatis, curvulis, 7-septatis, 24-28 ≍ 3-4, læte flavo-brunneis. 6126

Hab. in culmis vetustis Setariæ verticillatæ, Belgrad Serbiæ (Wojnowic). — Ob perithecia vestita species hæc aptius habenda est ut novi generis typus (**Wojnowicia** Sacc.).

69. **Hendersonia Luzulæ** West. — Sec. cl. Bomm. et Rouss. (Contr. Myc. Belg. IV, p. 287) species hæc est phæospora, hinc non *Stagonospora* ut ex diagn. West. autumaveram (Syll. III, p. 451). Sporulæ maturæ sunt cylindraceæ, brunneæ, triseptatæ, haud constrictæ, 15 ≍ 3-4.

70. **Hendersonia culmifraga** Fautr. Rev. Myc. 1892, p. 9. — Peritheciis compressis, seriatim elongatis, tectis, dein erumpentibus, 0,2-0,5 mm. longis; sporulis cylindraceis, attenuatis, rectis, 3-septatis, guttulatis, flavis, 15-20 ≍ 2-3. 6127

Hab. in culmis Uniolæ latifoliæ in hortis, Nôidan, Côte-d'Or Galliæ.

71. **Hendersonia calospora** Fautr. Rev. Myc. 1892, p. 9. — Peritheciis amphigenis, tectis, papillatis, griseo-flavidis; sporulis fusoideis, medio inflatis, flexuosis, flavis, 6-7-septatis, constrictis, 55-65 ≍ 6. 6128

Hab. in foliis Uniolæ latifoliæ in horto botanico, Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — Adsunt ibidem var. in Poa sudetica et Ammophila (in hac spor. 7-8-septatæ, 40-70 ≍ 5-6).

72. **Hendersonia Stipæ-pennatæ** Fautrey Rev. myc. 1889, p. 134. — 6129
Peritheciis sparsis v. 3-5 congregatis, poro exiguo pertusis; sporulis cylindraceis, obtusis, flavis, (in perith. sparsis) 7-septatis 32-36 ≈ 4-5, (in perith. congregatis) 5-septatis, 20-25 ≈ 4.

Hab. in foliis Stipæ pennatæ in rupibus Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — Perithecia intra folia plicata occurrunt; hinc folia longitrorsum findenda sunt, ut perithecia pateant.

73. **Hendersonia Agropyri** Rostr. Fung. Groenl. p. 571. — Perithe- 6130
ciis magnis, gregariis; sporulis fusoideo-cylindraceis, distincte 3-septatis, 25-35 ≈ 6-8, fuligineis.

Hab. in culmis vaginisque Agropyri violacei, Ikertok ved Holstensborg Groenlandiæ.

74. **Hendersonia Equiseti** Trail in Scot. Nat. I, p. 76. — Perithe- 6131
ciis tectis, ostiolo minuto sphæricis, circ. 180 mm. diam.; sporulis pallide brunneis, fusiformibus vel cylindraceis, utrinque obtusis, 12-20 ≈ 2-3, triseptatis.

Hab. in caulibus emortuis Equiseti, Aberdeen Scot.

75. **Hendersonia trabicola** Sacc. Syll. III, p. 441 — var. **stercorea** 6132
March. Champ. copr. VI, p. 11. — Sporulis minoribus, olivaceo-hyalinis, 9 ≈ 3,7, rarius 12 ≈ 3,7, uni- vel tri-septatis.

Hab. in ligno stercorato, Aerschot Belgii.

COUTUREA Cast. — Syll. III, p. 442.

1. **Couturea dimerosporioides** Speg. F. Guar. II, n. 175. — Mycelio 6133
epiphyllo, arctiuscule matrici adnato, tenuissimo, late vageque serpente, plus minus obscure olivaceo, ex hyphis tenuissimis, 3-3,5 μ. cr., flexuosis, longissimis, laxe ramuloso-intertextis, olivaceis, septulatis composito; peritheciis sparsis, globulosis, 60-80 μ. diam., siccis, collabascentibus, hyphis paucis, radiantibus vestitis, atris, subverruculosis, coriacellis; contextu indistincto, olivaceo; sporulis fusoideis, rectis v. curvulis, utrinque acutato-obtusatis, 28-34 ≈ 9-10, 3-5-septatis, loculis omnibus subæquilongis v. tertio v. quarto supero longiore subcrassioreque, fuligineis; basidiis hyalinis, 5-10 ≈ 2.

Hab. ad folia viva Billbergiæ v. Pitcairniæ cujusdam in silvaticis pr. Paraguari Brasiliæ. — Status stylosporicus *Asteridii dimerosporioidis* Speg.

2. **Couturea biseptata** Speg. F. Puigg. n. 423. — Peritheciis hypo- 6134
phyllis, gregariis, superficialibus, fibrillis mycelialibus (obsoletis?) atris, flexuosulis, 4-6 μ. cr., parcissimis cinctis, globosis, 100-150

μ. diam., astomis, nigris; sporulis elliptico-lanceolatis, 2-septatis, 40-45 ≈ 14-15, hyalinis dein rufescentibus; basidiis concoloribus, 5-10 ≈ 4-5.

Hab. ad folia subcoriacea viva plantæ ignotæ cujusdam in dumetis prope Apiahy Brasiliæ. — An huc *Meliola cymbisperma?*

CRYPTOSTICTIS Fuck. — Syll. III, p. 443.

1. **Cryptostictis sarmenticia** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 288. — Peritheciis sparsis, subcutaneis, erumpentibus, globulosis, glabris, poro pertusis, 160-255 μ. diam.; sporulis anguste clavatis, curvulis, 4-6-septatis, hyalinis, loculo supero in rostrum tenue, curvum producto, loculo infero acuminato, 33-42 ≈ 4,5-5. 6135

Hab. in sarmentis Clematidis Vitalbæ, Yvoir Belgii. — Pycnidium *Rebentischiæ unicaudatæ.* Sporulis hyalinis (semper?) a typo generis desciscit.

Sect. 6. Hyalophragmiæ.

STAGONOSPORA Sacc. Syll. III, p. 445.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Stagonospora Sumacis** Pass. in litt. Brunaud in Rev. Myc. 1886, p. 142. — Maculis hypophyllis, brunneo-rufis; peritheciis sparsis vel subgregariis, prominulis, subglobosis, nigris; sporulis ovoideis, 3-septatis, hyalinis, 15 ≈ 5. 6136

Hab. in foliis languescentibus Rhois glabræ, Saintes Galliæ.

2. **Stagonospora rhoina** Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 17. — Peritheciis sparsis, orbicularibus v. punctiformibus, subirregularibus, applanatis, semiimmersis, nigris, 200-300 μ. diam.; sporulis tereti-oblongis, subinde clavulatis, obtusis, 3-4-septatis, ad septa constrictis, hyalinis, guttulatis, 14-18 ≈ 6-7. 6137

Hab. in cortice Rhois typhini, Clermont-Ferrand, Puy-de-Dôme Galliæ (Héribaud).

3. **Stagonospora Ilicis** Grove in Add. Syll. n. 4468. — Peritheciis hypophyllis, sparsis v. subinde binis ternisve aggregatis, nigris, globoso-lenticularibus, epidermide, demum poro parvo pertusa, velatis; sporulis parvis, cylindraceo-fusoideis, utrinque subacutis, 3-septatis, hyalinis v. in massam collectis dilutissime olivaceis, 14-17 ≈ 2-3. 6138

Hab. in foliis Ilicis Aquifolii, Warley Woods, prope Birmingham Britanniæ. — Sporulæ subinde 20 μ. longæ.

4. **Stagonospora Myricæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 103. — 6139
Peritheciis hypophyllis, sparsis, erumpenti-superficialibus, depressis, nigris, lucentibus, supra pertusis, 70-80 μ. diam.; sporulis cylindraceis, hyalinis, rectis, utrinque rotundatis, 18-22 ≃ 2,5-3, basidiis brevissimis suffultis.

Hab. in foliis dejectis Myricæ ceriferæ, sociis *Sphærellâ Myricæ* et *Gnomoniâ Myricæ*, Newfield, N. J. Amer. bor.

5. **Stagonospora orbicularis** Cooke Grev. XX, p. 6. — Maculis par- 6140
vis, 5 mm. diam., orbicularibus, pallidis, brunneo-cinctis, amphigenis; peritheciis 3-5 in centro maculæ, epidermide dein rupta tectis, globoso-depressis, nigris; sporulis fusiformibus, utrinque acutis, curvis, 3-5-septatis, ad septum constrictis, 60-70 ≃ 8, hyalinis.

Hab. in foliis Eucalypti, Victoria Australiæ (Martin).

6. **Stagonospora Mali** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. 141. — Peri- 6141
theciis immersis, fuscis, minutis, 95 μ. diam.; sporulis fusoideis, rectis, primum simplicibus, dein 1-septatis, demum 2-3-septatis, ad septa non constrictis, in cirrum longissimum exsilientibus, 14-15 ≃ 2,5-3; basidiis rectis, minutis, 5 μ. circ. longis.

Hab. in foliis exsiccatis Mali communis, Mondoubleau, Loir-et-Cher Galliæ.

7. **Stagonospora Ilicis** Celotti Mic. Montpell. p. 27. — Peritheciis 6142
subgregariis, primum epidermide velatis, dein erumpentibus, globosis, nigris, 100-120 μ. diam.; contextu e cellulis fuligineis, 7-8 μ. diam. formato; sporulis cylindraceis, rectis, 20-25 ≃ 2-3, hyalinis, guttulatis, 3-4-septatis; basidiis brevissimis, 4-5 μ. long.

Hab. in Ulice europæo, Montpellier Galliæ.

8. **Stagonospora Virentis** Ell. et Mart. in Journ. of Myc. 1886, p. 120. 6143
— Peritheciis nigris, subglobosis, gregariis v. sparsis, hypophyllis, 130-160 μ. diam.; sporulis hyalinis, ovatis, utrinque acutis, uniseptatis, 15-16 ≃ 4-6.

Hab. in foliis Quercus virentis, Green Cove Springs in America boreali (Prof. F. L. Scribner).

9. **Stagonospora septorioides** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 45. 6144
— Peritheciis innato-erumpentibus, parvis, hypophyllis; sporulis cylindraceis, subhyalinis, 3-9-septatis, 15-23 ≃ 4, demum extra perithecia conglobatis.

Hab. in foliis emortuis Quercus imbricariæ, Starkville, Miss. Amer. bor. (Tracy).

10. **Stagonospora Castaneæ** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 90, t. II, f. 14. — Peritheciis subgregariis, amphigenis, nitidis, minutis, subcutaneis, depresso-conicis, subastomis, circ. 150 μ. diam.; sporulis paraphysibus interpositis, sessilibus, cylindraceis, utrinque rotundato-obtusis, 14-20 ≈ 3, hyalinis, pluriguttatis, demum chlorinis, 1- vel (?)-pluriseptatis. 6145

Hab. in foliis dejectis Castaneæ vescæ, Marcenigo pr. Tregnago in agro veronensi Ital. bor.

11. **Stagonospora ulmifolia** (Pass.) Sacc., *Hendersonia ulmifolia* Pass. in Myc. Univ. n. 1987. — Maculis discoideis parvulis, sparsis, candidis; peritheciis paucis, epiphyllis, punctiformibus, atris; sporulis fusiformibus, triseptatis, hyalinis, 13-17 ≈ 3. 6146

Hab. in foliis vivis Ulmi campestris in viridario publico, Parma.

12. **Stagonospora valsoidea** Sacc. et Briard in Rev. Myc. 1885. — Peritheciis globulosis, innatis, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam., epidermide nigrefacta tectis; sporulis numerosis, ovato-oblongis, subcylindraceis, obtusissimis, 3-septato-constrictis, diu hyalinis, guttulato-granulosis, demum subfuligineis, pellucidis, 16-17 ≈ 6-7; basidiis 12-16 ≈ 4. 6147

Hab. in ramulis emortuis Platani orientalis, Troyes Galliæ (Briard). — An potius *Hendersonia?*

13. **Stagonospora Fici** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 117. — Peritheciis hypodermiis, subgregariis v. lineari-seriatis, pustulatim erumpentibus, tandem cortice consumpto, nudis, ligno insculptis, subglobosis, atris; contextu celluloso, olivaceo; ostiolo vario, papillari, crassiusculo aut compresso; sporulis fusiformi-subclavatis, rectis v. curvulis, triseptatis, hyalinis, 20-22,5 ≈ 3; basidiis bacillaribus, subæquilongis. 6148

Hab. in ramulo sicco decorticato Fici Caricæ, Parma Italiæ borealis.

14. **Stagonospora cupularis** Karst. Sphærops. Fenn. p. 32, *Diplodina* Karst. in Hedw. 1885, p. 73. — Peritheciis superficialibus, confertis vertice collapsis, cupuliformibus, ostiolo papillato, atris, glabris, opacis, minutis, circiter 0,3 mm. diam.; sporulis ellipsoideis, 1-5-septatis v. biguttulatis, hyalinis, 15-17 ≈ 6-9. 6149

Hab. in ligno secto betulino ad Mustiala Fenniæ.

15. **Stagonospora Pini** Grove New not. Fung. p. 8, n. 52. — Peritheciis epiphyllis, tectis, sparsis, rotundatis, atris; sporulis pallide luteolis, singulis hyalinis, cylindraceo-fusoideis, utrinque subobtusis, 1-dein 3-septatis, 16-20 ≈ 3-4. 6150

Hab. in foliis Pini silvestris, Hibernia Brit. (H. W. Lett).

16. **Stagonospora assans** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 118. — Maculis griseis, vagis, confluentibus, matricem obducentibus et tandem exaridis; peritheciis gregariis, tectis, minutis, pustuliformibus, atris; sporulis elongatis, utrinque rotundatis, uni-triseptatis, ad septa non v. levissime constrictis, dilutissime melleis, numquam guttulatis visis, 10-12 ≃ 2,5-3; basidiis non visis. 6151

Hab. in Cerei et Echinocacti sp., quas necat, in horto botanico parmensi Ital. bor.

17. **Stagonospora Dulcamaræ** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 42. — Peritheciis sparsis, solitariis v. paucis gregariis, concrescentibus, rugosulis, ad basim contractis, nigris; contextu celluloso, amœne cyaneo; sporulis fusiformibus, curvis, 5-septatis, hyalinis, 30 ≃ 4. 6152

Hab. in ramis emortuis Solani Dulcamaræ, Parma Ital. bor. — Probabiliter status pycnidicus *Gibberellæ* sp.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

18. **Stagonospora Anemones** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 181. — Peritheciis sparsis, $^1/_2$-1 mm. diam., nigris, lucidis, primo epidermide tectis, demum liberis, ostiolo prominulo donatis; sporulis cylindraceis, uno apice vix attenuatis, hyalinis, rectis v. vix curvulis, 3-septatis, 26-30 ≃ 3-4. 6153

Hab. in petiolis emortuis Anemones, Yunnam Sinarum (Ab. Delavay).

19. **Stagonospora Trifolii** Fautrey in Rev. Myc. 1890, pag. 167. — Peritheciis innatis, papillatis, in macula grisea erumpentibus; sporulis cylindraceis, 3-septatis, hyalinis, guttulatis, 16-22 ≃ 3-4. 6154

Hab. in foliis Trifolii repentis, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

20. **Stagonospora Dearnessii** Sacc., *Stagonospora Trifolii* Ell. et Ev. Prof. Acad. Phil. 1891, p. 82, an et Fautr.? — Maculis atro-brunneis, dein pallidioribus, magnis, folii venulis plus minus limitatis; peritheciis innatis, supra subprominulis, pallidis; sporulis cylindraceis, 2-4-guttatis, 12-20 ≃ 3-4, hyalinis. 6155

Hab. in foliis vivis Trifolii repentis, London Canada Amer. bor. (Dearness). — «An satis diversa a præcedente?».

21. **Stagonospora Fragariæ** Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 17. — Maculis epiphyllis, brunneis, irregularibus, plus minus latis, uniformiter coloratis, inferne obsoletioribus; peritheciis sparsis innatis, punctiformibus, nigricantibus, 80-100 μ. diam., vix manifestis; 6156

sporulis cylindraceis, obtusis, rectis v. flexuoso-curvulis, 3-septatis, vix constrictis, hyalinis, minute guttulatis, 32-40 ≃ 6-8.

Hab. in foliis Fragariæ vescæ, Ville-sur-Terre, Aube Galliæ.

22. **Stagonospora carpathica** Bäuml. F. Schemn. p. 3. — Maculis rotundatis vel irregularibus, arescendo dealbatis, fusco-marginatis; peritheciis sparsis, globulosis, 120-180 μ. diam.; contextu distincte parenchymatico, ochraceo-fuligineo; ostiolo incrassato; sporulis cylindraceis, rectis v. inæqualiter flexuosis, utrinque rotundatis, 1-4-septatis, hyalinis, 14-20 ≃ 4; basidiis 8-10 ≃ 2, hyalinis. 6157

Hab. in foliis Meliloti albæ, Dolina pr. Prencow Hungariæ.

23. **Stagonospora Petasitidis** Ell. et Ev. Proc. Phil. Acad. 1891, pag. 81. — Peritheciis epiphyllis, sparsis, hemisphæricis, nigris, grosse parenchymaticis, levibus, supra late pertusis, circ. 1/3 mm. diam.; sporulis clavato-cylindraceis, guttulatis, dein 3-4-septatis, 55-70 ≃ 5-6,5, hyalinis. 6158

Hab. in foliis viventibus Petasitidis palmatæ, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

24. **Stagonospora Chiliotrichi** Speg. F. Fueg. n. 409. — Peritheciis sparsis, epiphyllis, immersis, non v. vix prominulis, lenticularibus, 80-90 μ. diam., tenui-membranaceis; contextu dense parenchymatico; ostiolo minuto, impresso; sporulis cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 15-20 ≃ 2,5, rectis v. leniter inæquilateralibus, triseptatis, non constrictis, hyalinis. 6159

Hab. ad folia emortua Chiliotrichi amelloidis in pratis pr. Penguin rookery in Staten island Fuegiæ.

25. **Stagonospora deplanata** Br. et Sacc. sp. nov. — Peritheciis dense gregariis e globoso patellato-depressis, minute papillatis, epidermide diaphana velatis, nigris, nitidulis, 120-160 μ. diam.; sporulis fusoideis, curvulis, utrinque obtusiusculis, 16-24 ≃ 3-4, typice 4-guttulatis, hyalinis; basidiis non visis. 6160

Hab. in caulibus siccis Gentianæ luteæ, Puy-de-Dôme Aube Galliæ.

26. **Stagonospora Chenopodii** Peck 40 Rep. p. 60. — Maculis paucis, latis, brunneis vel flavido-brunneis; peritheciis minutis, 100-125 μ. lat., nigris; sporulis oblongis, obtusis, 2-3-septatis, ad septa constrictis, hyalinis, 20-25 ≃ 7,5-11,5. 6161

Hab. in foliis vivis Chenopodii albi, Menands Amer. bor.

III. *In Monocotyledoneis et Acotyledoneis.*

27. **Stagonospora Iridis** C. Massal. Bot. Centr, 1890, n. 26, p. 386. — 6162

Peritheciis globosis (?), membranaceis, amphigenis, pallide luteolis, 70–110 μ. diam., hypodermeis, ostiolo latiusculo, 20–30 μ. lat., pertusis, in maculis ellipticis, exaridis, olivaceo-marginatis, dense subseriato-insidentibus; sporulis numerosis, madore subcirrose ejaculatis, majusculis, 26-30 ≃ 3,5-6, cylindraceis, hyalinis, rectis v. subfalcatis, interdum parumper subsigmoideis, guttulatis, demum 1-3-septatis, utrinque rotundatis.

Hab. in foliis Iridis germanicæ (v. squalentis?) pr. Tregnago in agro veronensi Ital. bor. — Ab affini *St. Asphodeli* differt præsertim magnitudine sporularum.

28. **Stagonospora Cyperi** Ell. et Tracy Proc. Phil. 1891, p. 81. — 6163
Peritheciis minutis, globosis, tabacinis, in greges pustuliformes, 1 mm. v. ultra diam. confertis, epidermide dein supra brunnea, tandem lacerato-aperta tectis; sporulis fusoideis, 2-3-guttatis, 12-16 ≃ 2,5-3, hyalinis.

Hab. in calamis Cyperi cylindrici, Starkville, Miss. Amer. bor. (Tracy).

29. **Stgaonospora cirrata** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 83. — Perithe- 6164
ciis sparsis v. in macula nigra gregariis, atris, 200–300 μ. diam., epidermide tectis, ostiolo albescente; sporulis cylindraceis fusoideis v. utrinque rotundatis, 1-5-septatis, 12-15 μ. longis, hyalinis, numerosis, in cirrum vermiformem expulsis.

Hab. in foliis emortuis Caricis Amphoræ in Japonia.

30. **Stagonospora aquatica** Sacc. Syll. III, p. 452 — var. **sexseptata** 6165
Trail Scot. Nat. 1887, p. 88 et Grev. XV, p. 109. — Peritheciis 150 μ. diam.; sporulis 6-septatis, 32-35 ≃ 5-6.

Hab. in caulibus emortuis Scirpi lacustris pr. Aberdeen Scotiæ.

31. **Stagonospora Heleocharidis** Trail in Scot. Nat. I, p, 76. — Pe- 6166
ritheciis sparsis, subepidermicis, ostiolo minuto, sphæricis, 130-170 mm. diam.; sporulis pallide luteolis, fusiformibus, 30-40 ≃ 6-7, 5-7-septatis.

Hab. in foliis et culmis emortuis Heleocharidis palustris, Aberdeen Scot.

32. **Stagonospora neglecta** (West.) Sacc. Syll. III, p. 455. — Var. 6167
colorata Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 142. — Peritheciis sparsis, minutis, numerosis, globulosis, epidermide non decolorata nec inflata tectis, dein suberumpentibus, perforatis; sporulis fusiformi-bacillaribus, 3-septatis, subhyalinis vel vix coloratis, 20-22,5 ≃ 3.

Hab. in vaginis Phragmitis communis, Chaniers Galliæ. — An species nova?

33. **Stagonospora simplicior** Sacc. et Ber. in Roum. F. Gall. n. 4086. — Peritheciis minutis, innatis, intus albis, in lineas parallelas plus minus longas gregariis, epidermide longitudinaliter fissa tectis; sporulis oblongis, obtusis, hyalinis, 3-septatis, valide granulosis v. loculis grosse 1-guttatis, ad septa irregularia constrictis, rectis v. subcurvulis, 32-38 ≃ 8-9; basidiis brevissimis. 6168

Hab. in culmis Phragmitis communis, Méry-sur-Seine Galliæ (Briard).

34. **Stagonospora hydrophila** Br. et Har. Rev. Myc. 1890 Oct. — Peritheciis sparsis, oblongis, lirelliformibus, nigris, $^3/_4$-1 mm. long., $^1/_4$-$^1/_3$ mm. lat., aureola amphigena griseolo-pallida cinctis; sporulis cylindraceo-fusoideis, obtusiusculis, 1-4-septatis, ad septa non vel vix constrictis, subhyalinis, 18-20 ≃ 4. 6169

Hab. in folio emortuo Phragmitis communis, Falaise, Calvados Galliæ (Brebisson).

35. **Stagonospora insularis** Speg. F. Fueg. n. 410. — Peritheciis minutissimis, densiuscule gregariis ac subseriatis, lenticularibus, 80-90 μ. diam., tenui-membranaceis; contextu parenchymatico, fuligineo; ostiolo latiusculo, 15 μ. diam., impresso; sporulis cylindraceis vel subclavulatis, utrinque obtusissimis, 18-24 ≃ 3, rectis vel flexuosulis, 3-(rarius 4-)septulatis, non constrictis, hyalinis vel perdilute chlorinulis. 6170

Hab. in foliis emortuis Agrostidis magellanicæ in collinis pr. Port Cook in Staten island Fuegiæ.

36. **Stagonospora oxyspora** Speg. F. Fueg. n. 411. — Peritheciis amphigenis, sparsis vel gregariis ac seriatis, parenchymate immersis, globulosis, 90-100 μ. diam., tenui-membranaceis, atris, glabris, parenchymaticis; ostiolo minuto, impresso; sporulis fusoideis, utrinque attenuato-acutatis, 24-28 ≃ 3-5, rectis vel subsigmoideis, 5-septatis, non constrictis, hyalinis. 6171

Hab. in foliis emortuis Hierochloæ antarcticæ in pratis prope Port S. John Fuegiæ.

37. **Stagonospora subseriata** (Desm.) Sacc. — Syll. III, p. 454 — var. **Moliniæ** Trail Trans. Crypt. Scot. 1889, p. 45. — Peritheciis numerosis numquam confluentibus, nec distincte seriatim dispositis ut in typo; sporulis vulgo 4-5-septatis, 28-35 ≃ 6-7. 6172

Hab. in foliis Moliniæ cœruleæ, Damally prope Loch Awe Scotiæ.

38. **Stagonospora curvula** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 287. — Peritheciis innatis, subglobulosis, 300-450 μ. diam., e nigro rubescentibus, dense aggregatis, subinde confluentibus, epidermide griseola tectis, poro lato pertusis; sporulis linearibus, obtusis, curvulis, initio 1-septatis, dein 3-septatis, 12-20 ≈ 3, chlorinis. 6173

Hab. in culmis graminum exsiccatorum, Watermael Belgii.

39. **Stagonospora equisetina** Trail Scot. Nat. 1887, p. 88 et Grev. XV, p. 109. — Peritheciis innatis, sparsis, globosis, 80 μ. diam., brunneis; sporulis rectis, fusoideo-cylindraceis, 18-24 ≈ 4-5, subacutis, 6-8-guttatis, leniter 5-7-septatis, hyalinis. 6174

Hab. in caulibus emortuis Equiseti palustris, Corbie Loch Scotiæ.

40. **Stagonospora Equiseti** Fautrey in Rev. Myc. 1890, pag. 124. — Peritheciis subseriatis, subcutaneis; sporulis cylindraceis utrinque attenuatis, hyalinis, 3-septatis, 20-25 ≈ 4-5. 6175

Hab. in caulibus siccis Equiseti limosi pr. Beaune Côte-d'Or Galliæ.

KELLERMANNIA Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1885, p. 153 (Etym. a cl. Dr. W. A. Kellerman generis detectore). — Perithecia immersa, membranacea, ostiolata. Sporulæ cylindraceæ, latæ, septatæ, subhyalinæ, apice appendicula subuliformi præditæ.

1. **Kellermannia yuccogena** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1885, p. 154, *Discula anomala* (Cooke) Sacc. Syll. III, pag. 677. — Perithecia membranacea, circiter 2 mm. diam., globosa, matrice immersa, vix conspicua, ostiola papilliformia, minuta, atra, epidermidem vix rumpentibus; sporulæ cylindraceæ, granulosæ, 45-50 ≈ 10-12, sursum in setam subuliformem, 18-25 μ. longam contractæ. 6176

Hab. in foliis emortuis Yuccæ angustifoliæ, Manhattan, Kansas Amer. bor.

2. **Kellermannia Polygoni** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, p. 111. — Peritheciis erumpentibus, membranaceis, contextu laxe parenchymatico, atris, depresse globosis. ½ mm. diam., ostiolo papillato, perforato; sporulis lanceolatis, 1-septatis, 30-40 ≈ 3-4 (cum appendicula), basi rotundatis, hyalino-luteolis, primo granulosis et nucleatis, gradatim citra medium in appendiculam subuliformem, rectam, gracilem contractis. 6177

Hab. in caulibus emortuis Polygoni polymorphi, Blue Canon, Calif. Amer. bor. (Harkness).

3. **Kellermannia Sisyrinchii** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, p. 111. 6178

— Peritheciis sparsis, minutis, 150 μ. diam., epidermide tectis, subglobosis, parte superiore prominulis dein collapsis, apice perforatis, membranaceis, contextu dense parenchymatico, quam *K. Polygoni* pallidiore; sporulis oblanceolatis, hyalino-luteolis, 3-septatis, 50-60 ≍ 5-6, cum appendicula circiter sporulæ dimidium æquante.

Hab. in Sisyrinchio bello, Berkeley, Calif. Amer. bor.

ASTEROMIDIUM Speg. F. Guar. II, n. 174 (Etym. dimin. *Asteromatis*). — Subiculum dematieum phyllogenum tenue; perithecia minuta globosa astoma. Sporulæ elongatæ, pluriseptatæ, hyalinæ. — Ad *Scolecosporas* nutat.

1. **Asteromidium imperspicuum** Speg. F. Guar. II, n. 174. — Subiculo hypo-(rarius epi-)phyllo, tenuissimo vix perspicuo, arcte matrici adnato, mucedineo-fibroso atro, radiante, plagulas fuscas hinc inde efficiente; peritheciis in plagulas laxe gregariis, superficialibus minutissimis 50-70 μ. diam. globosis, astomis, fuscidulis, postice membranaceo-persistentibus parenchymatico-radiantibus, superne anhystis hyalinis fatiscentibus; sporulis fusoideo-cylindraceis, utrinque acutiusculis 24-30 ≍ 3-3,5, triseptatis, ad septa constrictulis, rectis, hyalinis. 6179

Hab. ad folia viva Sapindaceæ cujusdam in dumetis prope Guarapi Brasiliæ. — Status stylosporicus *Hyalodermatis imperspicui.*

Sect. 7. Dictyosporæ.

CAMAROSPORIUM Schulz. — Syll. III, p. 459.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Camarosporium cistinum** Cooke in Grevillea XIV, p. 5. — Gregarium, cortice interiore immersum; peritheciis globosis, atris, ostiolo conico, corticem perforante præditis, subinde in lineas irregulares dispositis; sporulis ellipticis, elongatis, triseptatis, ad septa non constrictis, interdum cellula centrali longitudinaliter divisa brunneis, 15-18 ≍ 5-7. 6180

Hab. in ramulis Cisti laurifolii, Kew Britanniæ.

2. **Camarosporium Caraganæ** Karst. in Hedw. 1885, pag. 74. — Peritheciis gregariis, rarius sparsis vel concrescentibus, superficialibus, forma variis, sæpe inæqualibus, atris, glabris, 0,3-0,4 mm. diam.; sporulis ellipsoideis, sæpe inæqualibus, 3-5-septatis, accedente septulo 1 (rarissime 2) longitudinali, fuscis, 14-22 ≍ 9-12. 6181

Hab. in ramis decorticatis Caraganæ arborescentis, Aboa Fenniæ. — Statum pycnidicum *Cucurbitariæ Caraganæ* verisimiliter sistit.

3. **Camarosporium Retamæ** Trab. in litt. — Peritheciis dense gregariis, tectis dein erumpentibus, globosis, atris, intus farctis; sporulis oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundis, 18-22 ≈ 8-10, 3-4-septato-muriformibus, ad septa subconstrictis, olivaceo-fuscis. 6182

Hab. in caulibus emortuis Retamæ sphærocarpæ, Alger Africæ bor. (Trabut). — Affine *C. Triacanthi.*

4. **Camarosporium Laburni** (West.) Sacc. nec *C. Laburni* Sacc. Cfr. spec. seq., *Hendersonia* West. V, Not. quelq. Hyp. Belg. p. 13, fig. 2. — Peritheciis minutis, brunneis, sparsis immersis, peridermium valde elevantibus, ostiolo papillato erumpente, peridermii laciniis cincto; sporulis copiosis brunneis, ovoideis, 2-4-septatis septoque singulo longitudinali divisis, 20-25 ≈ 10-12. 6183

Hab. ad ramos Cytisi Laburni, Courtrai Belgii.

5. **Camarosporium laburnicum** Sacc. *C. Laburni* Sacc. Syll. III, p. 460, nec West. — Cum species Westendorpii præcedens diversa sit ab homonyma mea et anterior, nomen meum mutare coactus sum.

6. **Camarosporium Cytisi** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 74, t. VI, f. 8. — Peritheciis botryoideo-gregariis, e mutua pressione angulosis, raro sparsis, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam., nucleo primo albo, dein atro farctis, globoso-conoideis, epidermide tectis, dein ea rupta pustulatim prominentibus; sporulis ovoideo-elongatis, transverse 4-7-septatis, ad septa non constrictis, rectis v. curvulis et tum subcylindriceis, utrinque rotundatis, loculis 1-3 v. subinde fere omnibus septo longitudinali, sæpe obliquo divisis, 20-23 ≈ 9-10, luteo-olivascentibus. 6184

Hab. in ramis emortuis Cytisi alpini, Val di Sole Trento.

7. **Camarosporium Pseudacaciæ** Brun. Misc. mycol. p. 19. — Peritheciis tectis, dein erumpentibus, nigris, globosis, ad stroma fuligineum, filamentosum, epidermide tectum gregariis; sporulis oblongo-ellipsoideis, 3-5-septatis, 20-28 ≈ 6-8, ad septa constrictis, loculis 1-2 longitudinaliter 1-septatis. 6185

Hab. in ramis emortuis Robiniæ Pseudacaciæ, Clermont-Ferrand Galliæ (Héribaud).

8. **Camarosporium multiforme** Karst. Sphærops. Fenn. p. 31. — Peritheciis gregariis v. confertis, basi insculpta oblongatis v. rotundatis difformibus astomis, atris, 0,3 mm. diam.; sporulis subellipsoideis vel ovoideis, inæqualibus, 3-5-septatis, accedente septo unico longit. flavido-fuligineis, pellucidis, 15-21 ≈ 8-10. 6186

Hab. in ramis decorticatis Piri Mali pr. Aboam Fenniæ.

9. **Camarosporium aculeorum** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 73. — Peritheciis sparsis subepidermoideis, lenticularibus, atris, 175-200 μ. diam., basi hyphis fuligineis cinctis; sporulis ellipticis vel cuneiformibus, 4-septatis, subcurvulis, loculis nonnullis septulo longitudinali divisis, 18-22,5 ≃ 9-11. 6187

Hab. in aculeis Rosæ caninæ, Vigheffio pr. Parma Ital. bor.

10. **Camarosporium Spirææ** Cooke in Grevillea XIII, p. 97. — Sparsum; peritheciis majusculis, epidermide elevata tectis, globosis, atris, erumpentibus; sporulis ellipticis, plerumque triseptatis, 1-2 transverse septatis, non constrictis, pallide brunneis, 18 ≃ 7,5. 6188

Hab. in ramulis Spirææ callosæ et S. opulifoliæ, Kew Britanniæ.

11. **Camarosporium Coronillæ** Sacc. et Sp. Syll. III, p. 460. — Var. **Spirææ** Bäuml. Crypt. Presb. p. 17. — Peritheciis aggregatis, rarius sparsis, sub epidermide nidulantibus, globulosis, atris; ostiolo papilliformi, epidermide perforante; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, 16-20 ≃ 6-8, triseptatis, muriformibus, fuligineis. 6189

Hab. in ramulis aridis Spirææ sp. lignosæ, dein sociâ *Dothideâ Sambuci*, Presburg. — «An diversa a præcedente?».

12. **Camarosporium Limoniæ** Cooke in Grevillea XIII, pag. 97. — Gregarium; peritheciis cuticula elevata, dein fissa, tectis, depressis, brunneis, vix papillatis; sporulis ellipticis, utrinque rotundatis, triseptatis, interdum cellula longitudinaliter divisa, tenuiter ad septa constrictis, castaneis, 22-28 ≃ 7-10, primo beviter pedicellatis. 6190

Hab. in ramulis Citri trifoliatæ, Kew Britanniæ.

13. **Camarosporium Eucalypti** Winter in Rev. Myc. 1886, p. 212. — Peritheciis in macula irregulari, sæpe angulata, pallide fusca vel cinereo-fusca determinata, linea obscuriori limitata, usque 7 mm. diam., gregariis vel aggregatis, plerumque epiphyllis, erumpentibus, globosis, atris, membranaceis, poro pertusis, 130-160 μ. diam., sæpe confluentibus; sporulis numerosissimis, late ovoideis vel piriformibus, medio vel extra medium transverse uniseptatis, una cellula demum septo longitudinali, sæpe obliquo prædita, fuscidulis, guttulatis, 12,5-14 ≃ 7-9, stipite filiformi, brevi, hyalino suffultis. 6191

Hab. in foliis vivis Eucalypti prope Melbourne Australiæ (H. Watts, comm. Reader).

14. **Camarosporium Calycanthi** Sacc. Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. IV, p. 86. — Peritheciis subglobosis, sparsis, minutis, nigris, erum- 6192

pentibus, poro pertusis; sporulis ellipsoideis v. oblongis, brunneis, 3-4-septatis, dein muriformibus, 15-20 = 7-9, non constrictis.

Hab. in ramulis Calycanthi, Watermael Belgii.

15. **Camarosporium Grossulariæ** Briard et Har. Rev. Myc. 1889, p. 16. 6193
— Peritheciis sparsis, nigris, globulosis, $^1/_3$ mm. diam. epidermide translucide nigrificata tectis; sporulis oblongo-ellipsoideis, 5-septatis, loculis longitudinaliter 1-septatis, ad septa constrictis, brunneo-olivaceis, 28 = 10.

Hab. in ramulis vivis Ribis Uvæ-crispæ, sociâ *Diplodinâ Grossulariæ*, Aube Galliæ (P. Hariot).

16. **Camarosporium Ribis** Briard Fl. crypt. Aub. p. 402. — Perithe- 6194
ciis globosis, sparsis, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. diam., nigris, intus albo-cinereis, epidermidem perforantibus et eadem cinctis; ostiolo papillato; sporulis ovato-oblongis, obtusis, 3-5-septatis, muralibus, brunneo-olivaceis, 20-22 = 7-9.

Hab. in ramulo putri Ribis rubri, Villebertin Galliæ. — *Cam. Ribis* Sacc. Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. IV, p. 86 (in ramis Ribis rubri in Belgio) vix differt sporulis 15-18 = 7,5-10, strato tenui hyalino cinctis et ut plurimum 3-septatis.

17. **Camarosporium antarcticum** Speg. F. Fueg. n. 412. — Perithe- 6195
ciis hinc inde pauci-aggregatis, cortice stromatice infuscato v. nigrificato innatis, primo peridermio tectis, dein erumpentibus, globosis, 180-220 μ. diam., atris, glabris, papillulato-ostiolatis, carnosulo-membranaceis, contextu indistincto; sporulis ovoideis, utrinque obtusiusculis, 18-22 = 6-7, rectis v. subinæquilateralibus, horizontaliter 3-4-5-septatis non constrictis (vix in senectute), loculis 1-2-centralibus septo altero verticali v. obliquo rarius deficiente percursis, fuligineis, loculis extimis pallidioribus.

Hab. ad ramulos dejectos emortuos Berberidis ilicifoliæ in Staten island Fuegiæ.

18. **Camarosporium Berberidis** Cooke in Grevillea XIII, pag. 97. — 6196
Gregarium; peritheciis minutis, subglobosis, cuticula leniter elevata tectis, iis *Phomæ* similibus; sporulis magnitudine variis, primo hyalinis et uniseptatis, ellipticis, non constrictis, demum triseptatis ad septa constrictis, cellula centrali longitudinaliter divisa, pallide brunneis, 22-25 = 6-9.

Hab. in ramulis Berberidis vulgaris, Kew Britanniæ.

19. **Camarosporium berberidicolum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, 6197
p. 141. — Peritheciis epidermide tectis, applanato-hemisphæricis, 160-180 = 75-80, poro minuto pertusis; sporulis ovoideis v. ellipsoi

deis, fuscis, triseptatis, septo uno longitudinali in loculo super. divisis, 13-14 ≃ 7-8; basidiis minutissimis.

Hab. in ramulis Berberidis vulgaris, Rueil, Seine-et-Oise Galliæ. — *Cam. alpino* affine; a *C. Berberidis* sporulis multo brevioribus differt. *Cam. Berberidis* Rich. Cat. Champ. Marne n. 1728 (sine diagnosi) an huc pertineat, non liquet.

20. **Camarosporium Evonymi** Bres. Rev. Myc. 1891, pag. 29, t. 114, f. VII. — Peritheciis gregariis, minimis, subcutaneis, globoso-depressis, nigris, contextu parenchymatico, ostiolo vix prominente pertusis; sporulis oblongo-ovoideis, 3-septato-muriformibus, ad septa subconstrictis, 18-20 ≃ 10; basidiis brevibus. 6198

Hab. in ramis Evonymi europæi pr. Leutschau Hungariæ (Greschik).

21. **Camarosporium Paliuri** Berl. Pug. F. Fior. p. 24. — Peritheciis sparsis v. acervulatis, epidermide valde prominente tectis, magnis, 400-700 μ. diam., contextu laxe parenchymatice, tenui, nucleo atro farctis; sporulis ellipsoideis, 5-septatis, loculis mediis uno v. duobus v. subinde etiam extimis septo longitudinali divisis, 14-16 ≃ 10-12, atro-fuligineis. 6199

Hab. in ramis exsiccatis Paliuri australis prope Firenze Italiæ. — *C. polymorphi* affine sed magnitudine et dispositione peritheciorum diversum.

22. **Camarosporium Staphyleæ** Cooke in Grevillea XIV, pag. 5. — Sparsum, cortice tectum v. absconditum; peritheciis atris, globoso-depressis, raro leniter cuticulam elevantibus; sporulis ellipticis, triseptatis, una vel duabus cellulis centralibus longitrorsum divisis, non constrictis, pallide brunneis, 18-20 ≃ 8. 6200

Hab. in ramulis Staphyleæ pinnatæ et S. trifoliatæ, Kew Britanniæ.

23. **Camarosporium acerinum** E. et E. in Fairm. Contr. Myc. West. N. Y. pag. 53. — Peritheciis prominulis; sporulis 15-26 ≃ 8-10, triseptatis muriformibusque. 6201

Hab. in ramis Aceris, Lyndonville, N. J. Amer. bor. — Affine *C. subfenestrato.*

24. **Camarosporium Pseudoplatani** Brun. Miscell. Mycol. pag. 18. — Peritheciis erumpentibus, subcæspitosis, globuloso-conicis, subglobosis, interdum depressis, papillatis, nigris; sporulis oblongo-elongatis, medio interdum constrictis, 5-7-septatis, loculis 3 longitudinaliter septatis, flavo-fuligineis, 25-36 ≃ 15-17. 6202

Hab. in ramis dejectis Aceris Pseudoplatani, Bellerive, Puy-de-Dôme Galliæ (HÉRIBAUD).

25. **Camarosporium dichomeroides** Brun. Suppl. Sphæroid. p. 3. — 6203
Stromatibus valseis, erumpentibus, suborbicularibus, pulvinatis, brunneo-nigrescentibus, intus pallidioribus v. rubiginosis, corticalibus; sporulis oblongis, 3-septatis, septo longitudinali loculos medios v. unum tantum percurrente, brunneis, loculis apicalibus pallidioribus, 18 ≃ 5.

Hab. in cortice ramorum emortuorum Sambuci racemosæ, Saintes Galliæ. — Habitus *Tuberculariæ.*

26. **Camarosporium Caprifolii** Brun. Champ. Saint. 1887, p. 430. — 6204
Peritheciis secus ligni fibras seriatis vel gregariis, erumpentibus, compressis, nigris; sporulis ellipsoideis v. globuloso-ellipsoideis, 3-septatis, ad septa non constrictis, longitudinaliter 1-septatis, 12-15 ≃ 5-6, fuligineis, basidio minutissimo, hyalino sæpe fultis.

Hab. in sarmentis emortuis Loniceræ Caprifolii, Saintes Galliæ.

27. **Camarosporium Symphoricarpi** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIV, 6205
p. 18. — Peritheciis confertis, rarius subsparsis, dein semiemersis, rotundatis v. oblongatis, poro pertusis v. ostiolo papillato præditis, atris, circiter 0,2 mm. latis; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, vulgo inæqualibus, 3-, rarissime 5-septatis, accedente septulo uno longitudinali, ad septa non constrictis, opace fuligineis, 12-16 ≃ 6-7.

Hab. in ramulis aridis Symphoricarpi racemosæ in horto mustialensi Fenniæ.

28. **Camarosporium Syringæ** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 9. — 6206
Subgregarium in maculis dealbatis; peritheciis subcutaneis, epidermidem elevantibus, demum findentibus, subglobosis, atris, papillatis; sporulis ellipticis, triseptatis, haud constrictis, cellula una vel binis longitrorsum divisis, brunneis, 15-17 ≃ 8-10.

Hab. in ramis Syringæ Emodi, Kew, London Britanniæ. — Affine *C. Ephedræ*, a quo peritheciis minoribus, magis gregariis, maculis albidis, sporulis proportione latioribus differt.

29. **Camarosporium Viburni** Bäuml. Crypt. Presb. p. 17. — Peritheciis 6207
sparsis, in cortice sub epidermide nidulantibus, globosis, atris, contextu parenchymatico; sporulis oblongo-ovoideis, 20-24 ≃ 6-10, haud constrictis, 5-7-septato-muriformibus, fuligineis.

Hab. in ramis aridis Viburni Lantanæ, Presburg Hung.

30. **Camarosporium Laureolæ** Br. et Har. Journ. de Bot. 1891, p. 171. 6208
— Peritheciis sparsis, amphigenis, prominentibus, superficialibus,

firmis, mammiformibus, 0,3-0,5 mm. diam.; ostiolis papillatis, oculo nudo conspicuis; sporulis ovato-oblongis vel oblongis, obtusis, 3-5-septatis, 1 vel pluribus septis longit. percursis, initio hyalinis, demum brunneo-olivaceis, pellucidis, 20-26 ≃ 9-10.

Hab. ad folia emortua Daphnes Laureolæ prope Clermont Arverniæ (HÉRIBAUD).

31. **Camarosporium Cneori** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 72. — Peritheciis crebre sparsis, cortice immersis, minutis, nigris, contextu celluloso, fuligineo; sporulis ellipticis v. ovatis, primo integris, dein uni-triseptatis, non constrictis, loculis nonnullis septo longitudinali v. obliquo divisis, flavis; basidiis brevibus hyalinis, fultis, 10-12 ≃ 5. 6209

Hab. in ramulis siccis Cneori tricocci, in horto botanico, Roma.

32. **Camarosporium quercinum** (Bon.) Sacc. Syll. III, p. 312. — Sec. Celotti Mic. Montp. pag. 21, sporulæ 6-7 ≃ 4-5 metiuntur. Nascitur quoque in ramis Quercus, Montpellier Galliæ.

33. **Camarosporium cruciatum** (Fuck.) Sacc. Syll. III, p. 464, Berl. Pug. Fung. Fior. p. 25, t. II, f. 13. — Perithecia conoideo-papillata, tecta, nitida; sporulæ 8-10 ≃ 8, basidiis brevissimis vel subnullis fultæ. Nascitur quoque in ramis emortuis Mori albæ pr. Firenze Ital. centr. In Syll. l. c. ubi indicatur *Alnus campestris*, legatur, ut evidens est, *Ulmus campestris*.

34. **Camarosporium Passerinii** Sacc. *C. affine* Passer. Diagn. F. N. IV, n. 76 (1888), nec S. B. R. — Peritheciis aggregatis, erumpentibus, globosis, ostiolo vix papillato, epidermide rupta cinctis, atris, sublevibus; sporulis sæpius exacte ellipticis, initio hyalinis, uniseptatis, tandem castaneis, triseptatis, loculis intermediis vel subinde etiam polaribus, longitrorsum divisis, 10-15 ≃ 5-6. 6210

Hab. in ramulo emortuo Mori albæ, socia *Sphæropside*, Parma Ital. bor. — Sporulis minoribus, numquam 5-7-septatis ab affini *Camarosporio Mori* distinguitur.

35. **Camarosporium strobilinum** Bomm. Rouss. Sacc. sp. nov. — Peritheciis subcutaneo-erumpentibus, atro-brunneis, aggregatis subinde confluentibus, 0,3-0,5 mm. diam., nucleo compacto; perithecii contextu spurio; sporulis ellipsoideo-globulosis, 27-36 ≃ 21-24, olivaceo-fuligineis, dein fere opacis, basi apiculo subtriangulari obtuso subhyalino v. basidio brevissimo, 6 ≃ 3-3,5, curvo fultis, dense septato-muriformibus, septis subconcentricis. 6211

Hab. in squamis strobilorum Abietis excelsæ, M. Righi Helvetiæ. — Ob perithecia parum evoluta ad Melanconieas nutat.

36. **Camarosporium Ephedræ** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 9. — 6212
Peritheciis sparsis, subcutaneis, demum erumpentibus et superne expositis, subglobosis, atris, apice pertusis; sporulis ellipsoideis, triseptatis, loculis uno v. binis long. divisis, brunneis, 20 ≃ 8-10.

Hab. in ramulis Ephedræ andinæ, Kew London Britanniæ.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis v. suffruticosis.*

37. **Camarosporium Salviæ** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, pag. 179. — 6213
Peritheciis sparsis vel confluentibus, superficialibus, orbicularibus, 0,5-0,5 mm. diam., nigris, convexis, ostiolo breviusculo pertuso; sporulis numerosis, primitus ovoideis hyalinisque dein utrinque attenuatis, 5-8-septato-muriformibus, atris, loculis ultimis hyalinis, 25-30 ≃ 10-15.

Hab. in caulibus siccis Salviæ, Panecillo pr. Quito Æquatoriæ.

38. **Camarosporium Teucrii** Celotti Mic. Montp. p. 29. — Peritheciis 6214
gregariis, tomento candido obvolutis, prominulis, globosis v. conoideis, diametro valde inæqualibus; sporulis e globoso ovoideis, 2-3-septatis, muriformibus, atris, 12-15 ≃ 8-9.

Hab. in ramis Teucrii fruticantis, Montpellier Galliæ.

39. **Camarosporium Helichrysi** Pass. in Brun. Champ. nouv. VI, p. 3. 6215
— Peritheciis subgregariis, cortice immersis, tectis v. demum nudis, nigris, globoso-depressis, ostiolo parum evoluto; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, atro-castaneis, 3-septatis, ad septa non constrictis, loculo uno longitudinaliter septato, 10-12 ≃ 5-6.

Hab. in caulibus emortuis Helychrysi Stœchadis, Fouras pr. Saintes Galliæ. — Verisimiliter species eadem est **Camarosporium Helichrysi** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 75: peritheciis sparsis, erumpentibus, atris, globosis, contextu fuligineo, obscure celluloso; sporulis ellipticis triseptatis, non constrictis, loculis septo mediano longitudinali continuo divisis, 12,5 ≃ 5-6. In caulibus siccis Helichrysi Stœchadis, Vigheffio prov. Parma.

40. **Camarosporium affine** Sacc. Bomm. et Rouss. F. myc. Belg. II, 6216
pag. 38 (1887). — Peritheciis subepidermicis, dein erumpentibus, sparsis, subglobosis, ostiolo papilliformi, 20-30 μ. diam.; sporulis subglobosis, fuliginosis, 12-21 μ. long., muriformibus.

Hab. in caulibus Artemisiæ vulgaris, Nonceveaux Belgii. — *C. Compositarum* et *C. æquivoco* affine.

41. **Camarosporium Poterii** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 74. — Peri- 6217
theciis sparsis vel subgregariis, tectis, epidermidem sublevantibus,

ostiolo acuto erumpente, contextu minute celluloso, fuligineo; sporulis irregulariter ellipsoideis, 5-7-septatis, ad septa constrictis, muriformibus, 25–37 ≈ 10-12, flavis, basidiis hyalinis, brevibus, flexuosis fultis.

Hab. in ramulis Poterii Sanguisorbæ, Vigheffio pr. Parma Ital. bor. — Probabiliter *Pleosporæ Passerinianæ* status pycnidicus.

42. **Camarosporium Sarcinula** Sacc. et Berl. Myc. Sibir. p. 22, fig. 27. 6218
— Peritheciis sparsis, 200–250 μ. diam., atris; contextu crasse parenchymatico fuligineo, epidermide tectis, globoso-depressis; sporulis numerosis, sphæroideis vel ovoideis, 3-5-septatis, muriformibus vel cruciatim divisis, 15-20 ≈ 15, atro-fuligineis.

Hab. in ramulis Corispermi hyssopifolii in desertis prope Caratus Sibiriæ (A. Argunowa). — Affine *C. Roumeguerii*, *C. cruciato* simile sed sporulis majoribus.

43. **Camarosporium pusillum** Cooke Grev. XIX, p. 4. — Peritheciis 6219
sparsis punctiformibus, minutis, membranaceis, epidermide tectis; sporulis ellipticis, irregularibus, utrinque obtusis, 4–5-septatis, cellula una alterave longitudinaliter divisis, fuscis, 20-30 ≈ 8.

Hab. in caulibus et receptaculis Mesembryanthemi in Nova Zelandia (Colenso).

44. **Camarosporium ellipticum** Cooke et Harkn. in Grevillea XIII, 6220
p. 112. — Caulicolum; peritheciis gregariis, subglobosis, erumpentibus, mox seminudis, atris, pertusis; sporulis ellipticis, 2-4-septatis, loculo uno alterove longitudinaliter divisis, fuscis, nec constrictis, magnitudine varialibus, 10–18 ≈ 7-7,5.

Hab. in caulibus Mesembryanthemi in California (Harkness).

45. **Camarosporium Rostrupii** Sacc., *C. alpinum* Rostr. Bidr. Ascom. 6221
Dovr. p. 11 nec Speg. — Peritheciis discretis, majusculis, 0,3 mm. diam., globosis, poro perspicuo pertusis; sporulis irregulariter ovato-oblongis, multiseptato-muriformibus, 16-28 ≈ 9-13, fuscis.

Hab. in inflorescentia Bartsiæ alpinæ, Dovre Norvegiæ (Blytt).

III. *In Monocotyledoneis.*

46. **Camarosporium Geitonoplesii** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 77. — 6222
Peritheciis ligno adnatis, solitariis, globosis v. sæpius lineatim digestis et etiam concretis, erumpentibus dein cortice consumpto, nudatis, atris; sporulis ut in *Camarosporio Cneori*, sed paullo grandioribus 10–15 ≈ 5–6.

Hab. in caulibus siccis Geitonoplesii angustifolii, sociis *Sphæropside* et *Diplodia* in horto botanico Roma.

47. **Camarosporium Phragmitis** Brun. in Rev. Myc. 1886, p. 142. — 6223
Peritheciis sparsis vel subgregariis, numerosis, globulosis, epidermide parum atrata tectis, ostiolo erumpente; sporulis oblongo-fuligineis, primo 3-septatis, ad septa constrictis, demum loculiis uno vel duobus longitudinaliter divisis, 18-22 ≈ 7-8.

Hab. in vaginis Phragmitis communis, Saintes Galliæ. — An *Hendersonia Phragmitis* senescens?

48. **Camarosporium metableticum** Trail Suppl. Myc. Scot. n. 3074. — 6224
Peritheciis innatis, sparsis, subglobosis, circ, 250 μ. diam., ostiolo brevissimo; sporulis fuligineis, ovoideis, ellipsoideis v. trapezoideis, medio non vel vix constrictis, utrinque acuminatis vel rotundatis, circ. 26-30 ≈ 12-13, transverse 3-7-septatis, loculis 1-4 mediis longitudinaliter 1- raro 2-septatis.

Hab. in foliis emortuis Ammophilæ arenariæ prope Aberdeen Scotiæ.

49. **Camarosporium arenarium** Sacc. Bomm. Rouss. Contr. Myc. Belg. 6225
III, pag. 20. — Peritheciis sparsis, subglobosis, $^1/_4$ mm. diam., subcutaneis, dein erumpentibus, prominulis; sporulis oblongis, subfusoideis, olivaceis, 7-septato-muriformibus, 24-36 ≈ 10-14.

Hab. in culmis Elymi arenarii, Ostende Belgii.

CYTOSPORIUM Peck — Syll. III, p. 470.

1. **Cytosporium incrustans** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 168. — 6226
Peritheciis sparsis, adhærentibus, basi incrustatis, nigris, hirsutis, papillatis; sporulis obovatis vel oblongis, irregularibus, subinde sphæroideis v. piriformibus, 12-20 ≈ 6-12, tri-quinqueseptatis muriformibusque, olivaceis.

Hab, in ligno quercino putrescente, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

2. **Cytosporium? fuegianum** Speg. F. Fueg. n. 413. — Peritheciis in 6227
matrice late infuscata v. nigrificata superficialibus globoso-depressis 250 μ. diam., atris subcarbonaceis primo pilis cylindraceis acutis continuis opacis fuligineis basi non incrassatis sæpeque subcæspitulosis, 20-80 ≈ 5-7 μ., laxe vestitis, dein glabratis, ostiolo non v. vix papillulato-donatis, contextu indistincto; sporulis ellipticis, utrinque acutiuscule rotundatis 18-20 ≈ 4-6 horizontaliter 3-5-(rarius 7-)septatis, ad septa validule constrictis, loculis 2-3 (rarius 0) centralibus septo altero continuo donatis, griseo-fuligineis.

Hab. ad lignum decorticatum putrescens Libocedri tetragoni et Fagi cujusdam prope Port Tom in Schyring island Fuegiæ. — Species notis fructificationis ac basidiis deficientibus nonnihil dubia. An ascigera?

DICHOMERA Cooke — Syll. III, p. 471.

1. **Dichomera æquivoca** Passer. in Erb. Critt. Ital. Ser. II, n. 1391, 6228
— Peritheciis discretis, superficialibus, celluloso-confertis; sporulis parvulis, fuscis, subglobosis, ut plurimum 7,8 μ. diam., uni- vel biseptatis vel sæpius radiatim septatis, aut etiam ellipticis triseptato-muriformibus, et tunc 10 ≈ 5.

Hab. in caulibus siccis Artemisiæ camphoratæ, pr. Parma Ital. bor. (Passerini).

2. **Dichomera Persicæ** Passer. Diagn. F. N. V, n. 42. — Peritheciis 6229
gregariis vel sparsis, nigris, stromate carbonaceo lignum incrustante semiimmersis, globosis, glabris; sporulis elongato-ellipticis, primo 3-septatis, flavidulis, loculo altero ex intermediis longitudinaliter diviso, tandem 5-7-septatis, plus minus ad septa, præcipue medium constrictis, loculis nonnullis septulo longitudinali divisis, 15-22 ≈ 5-10, fuligineis.

Hab. in disco trunci recisi Persicæ, Vigheffio pr. Parma.

3. **Dichomera Laburni** Cooke et Massee Grev. XVIII, p. 54. — Erum- 6230
pens, cæspitosa; peritheciis globosis, nigris, opacis, in stromate definito 5 mm. diam. numerose confertis; sporulis ellipsoideis, 3-septatis septisque uno vel pluribus longitudinalibus divisis, fuligineis, 22-25 ≈ 7; basidiis brevibus.

Hab. in ramis Cytisi Laburni, Blakey Leicester (W. A. Vice). — Videtur forma cæspitosa-compacta *Camar. Laburni* (West.) Sacc. [nec *C. Laburni* Sacc. = *C. laburnicum* Sacc. Cfr. supra].

4. **Dichomera Elæagni** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIII, pag. 11. — 6231
Stromatibus per corticem fissum transversim erumpentibus, ellipsoideis, ovalibus vel subrotundatis planiusculis, atris usque ad 5 mm. latis; peritheciis stromate semiimmersis, polystichis, plurimis, subsphæroideis, ostiolo papilliformi, atris, circiter 0,2 mm. diam.; sporulis ellipsoideis, sæpe irregularibus, rectis v. leviter curvulis, 3-septatis, loculo uno alterove septulo longitudinali diviso ad septa non vel vix constrictis, fuligineis, semipellucidis, 15-21 ≈ 9-11.

Hab. in ramis emortuis Elæagni macrophylli in horto mustialensi Fenniæ (Onni Karsten).

Sect. 8. Scolecosporæ.

SEPTORIA Fr. em. Sacc. Syll. III, p. 474.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Septoria cirrosa** Winter in Journ. of Myc. 1885, p. 122. — Maculis sparsis v. confluentibus, subrotundatis v. irregularibus, submagnis, pallide fuscidulis, centro sæpe pallidioribus, area lata, luteola circumdatis, indeterminatis, usque 7 mm. latis; peritheciis amphigenis, laxe gregariis, semiimmersis, depresse globosis, poro late pertusis, atris, 100-130 μ. diam.; sporulis cylindraceo-filiformibus, sæpe flexuosis curvatisve, utrinque acutis, chlorino-hyalinis, plerumque 3-5-septatis, 30-45 ≃ 2-2,5, cirrose expulsis. 6232

Hab. ad folia viva Staphyleæ trifoliæ, Missouri in America boreali.

2. **Septoria Pteleæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, pag. 76. — Maculis amphigenis, sparsis, parvis, 1-3 mm. lat., irregularibus, subnigris, definitis, sed margine proprio destitutis; peritheciis amphigenis, sparsis, minutis, 100-150 μ. diam., prominulis, papillatis; sporulis cylindraceo-vermicularibus, guttatis, 1-3-septatis, uno apice angustatis, hyalinis, 35-65 ≃ 3-3,5. 6233

Hab. in foliis Pteleæ trifoliatæ, Racine, Wisconsin Amer. bor. (Davis).

3. **Septoria Pistaciæ** (Lév.) Cooke Grev. XIII, p. 45, *Dothidea* Lév. Demid. Voy. II, p. 103, t. V, f. 2. — Hypophylla, maculiformis, atra, irregularis; peritheciis innatis, confertis, minutissimis, ostiolis inconspicuis; sporulis filiformibus, curvis, continuis, pellucidis, 50 μ. long. 6234

Hab. in foliis Pistaciæ, Nikita Tauriæ (Demidoff).

4. **Septoria Hydrangeæ** Bizz. Fungi Ven. novi vel crit. p. 6. — Maculis brunneo-ferrugineis, rubro-sanguineo cinctis, irregularibus, dein confluentibus; peritheciis immersis, contextu parenchymatico, brunneo, indistincto; sporulis cylindraceis, rectis v. flexuosis, hyalinis, non septatis, 16-22 ≃ 1,5. 6235

Hab. in foliis Hydrangeæ hortensis in horto botanico patavino. — Species valde noxia.

5. **Septoria canadensis** Peck 32 Rep. p. 39. — Maculis amplis, subinde confluentibus, pallidis vel subalutaceis, purpureo-marginatis; 6236

peritheciis epiphyllis, minutis, sparsis, nigris; sporulis filiformibus, subrectis, 25–36 μ. long.

Hab. in foliis vivis Corni canadensis, Sandlake Amer. bor.

6. **Septoria evonymella** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 13. — Perithe- 6237
ciis epiphyllis, crebre sparsis, tectis, atris, globosis, ostiolo crassiusculo, plus minus longo, recto vel inflexo; sporulis bacillaribus, rectis, endoplasmate minutissimo granuloso, continuis, hyalinis, 30-60 ≍ 2,5.

Hab. in foliis dejectis Evonymi japonici, Livorno Ital.

7. **Septoria Alaterni** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 13. — Maculis exa- 6238
ridis griseis, halone fusco cinctis; peritheciis epiphyllis, paucis, erumpentibus, interdum collapsis, atris; sporulis subcylindraceis curvis, apicibus obtusis, basidiis longiusculis fultis, integris hyalinis, endoplasmate nubiloso, 20 ≍ 3.

Hab. in foliis vivis Rhamni Alaterni, Arezzo et Parma.

8. **Septoria capensis** Wint. in Hedw. 1885, I. — Peritheciis in ma- 6239
culis sordide albidis vel griseis, margine determinato, fusco, perlato cinctis, rotundatis v. angulatis, $1\frac{1}{2}$-2 mm. lat., epiphyllis, immersis, demum erumpentibus, depresse globosis, fuscis, tenuissime membranaceis, 130-150 μ. diam.; sporulis filiformibus, sæpe flexuosis curvatisque, pluriseptatis, hyalinis, 30-50 ≍ $2\text{-}2\frac{1}{2}$.

Hab. in foliis languescentibus Zizyphi mucronati in Prom. Bon. Spei (Mac Owan).

9. **Septoria Spartii** Rob. et Desm. Not. X, p. 9. — Maculis rotun- 6240
datis vel oblongis, olivaceis, dein fulvo-rufis, 2-10 mm. long. quandoque luteolo-cinctis; peritheciis perexiguis, numerosis, innato-prominulis, fuscis demum nigris, poro orbiculari apertis; cirris albido-carneis; sporulis cylindricis, obtusulis, rectis curvulisve 4-8-guttulatis, 20 ≍ 2-3.

Hab. in foliis languidis Spartii juncei in Gallia boreali.

10. **Septoria Argophyllæ** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 86. — Ma- 6241
culis amphigenis, minutis, 1 mm. diam., initio nigricantibus, dein centro expallentibus, atro-marginatis; peritheciis sæpius epiphyllis, sparsis, majusculis, immersis; sporulis cylindraceis, obtusis, curvulis, hyalinis, 2-3-septatis, 40–55 ≍ 2,5–3.

Hab. in foliis vivis Psoraleæ argophyllæ, Manhattan, Kans. Amer. bor. (Swingle).

11. **Septoria Hardenbergiæ** Sacc. in Hedw. 1890, pag. 156. — Ma- 6242
culis amphigenis, latis, pallentibus, fusco-marginatis; peritheciis punctiformibus, pertusis, 90-100 μ. diam., contextu melleo-ochra-

ceo; sporulis fusoideo-falcatis, medio 2-guttulatis, 15-18 ≃ 1,5, hyalinis.

Hab. in foliis subvivis Hardenbergiæ monophyllæ in hortis Norwood Australiæ (Tepper).

12. **Septoria Siliquastri** Pass. — Syll. III, p. 484. — Sec. Brun. Suppl. Sphæroid. p. 4, sporulæ sunt 20-25 μ. long. — Nascitur quoque in foliis Cercidis, Saintes Galliæ.

13. **Septoria Wistariæ** Brun. Esp. Sphærops. p. 3. — Maculis hypo- 6243
phyllis, irregularibus, versiformibus, læte brunneis, non marginatis; peritheciis sparsis vel adproximatis, numerosis, punctiformibus, brunneo-nigris, pertusis; sporulis bacillaribus, obtusis, rectis curvulisve 20-25 ≃ 1-1,5, subcontinuis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Wistariæ sinensis, Saintes Galliæ.

14. **Septoria Phyllodiorum** Sacc. in Hedw. 1890 (Junio) pag. 156. — 6244
Maculis amphigenis, circularibus, albidis, fusco-cinctis; peritheciis confertis, punctiformibus, pertusis, 130-140 μ. diam., nigricantibus; sporulis anguste fusoideis, utrinque acutis, 15-16 ≃ 2, 1-septatis, hyalinis.

Hab. in phyllodiis vivis Acaciæ, Caromby Australiæ (Tepper).

15. **Septoria Martiniana** Sacc. *Septoria phyllodiorum* Cooke et Mass. 6245
Grev. XIX, p. 47 (Dec. 1890) nec Sacc. — Peritheciis dense gregariis, amphigenis, maculis definitis destitutis, totam folii paginam sæpe occupantibus, immersis, epidermide tectis, globoso-depressis, nigris, apice pertusis; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis, multiguttatis, dein 3-5-septatis, hyalinis, 40 ≃ 3.

Hab. in phyllodiis Acaciæ longifoliæ, Victoria Australiæ (Martin).

16. **Septoria Carrubi** Pass. in Erb. critt. ital. II, n. 1292. — Peri- 6246
theciis hypophyllis, minutissimis, in maculis fuscis irregularibus aggregatis; sporulis in cirros albidos ejectis, allantoideis, leniter arcuatis, integris, 20-25 ≃ 2,5-3, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Ceratoniæ Siliquæ ad Pincio, Roma. — Cum *Septoria Ceratoniæ* Passer. non comparanda.

17. **Septoria Sorbi** Lasch in Kl. H. M. n. 459, Sacc. in Bull. Soc. 6247
Myc. V, pag. 121. — Maculis minutis irregularibus, hypophyllis, brunneolis, haud limbatis; peritheciis remotiusculis, punctiformibus, nigricantibus; sporulis filiformibus, curvis, 60-70 ≃ 3,5-4, plerumque 2-septatis, hyalinis; basidiis brevissimis.

Hab. in foliis subvivis Sorbi aucupariæ, Driesen Germaniæ. — Satis diversa a *Sept. Sorbi-hybridæ* Cesati.

18. **Septoria Myrobolanæ** Brun. Misc. Mycol. p. 19. — Maculis mediis rotundis v. oblongis, brunneis, demum expallentibus, saturatius marginatis; peritheciis minutis, erumpentibus, nigris, pertusis; sporulis cylindricis, hyalinis, continuis, rectis curvulisve, 18-30 ≃ 1,5. 6248

Hab. in foliis Pruni Myrobolanæ, Saintes Galliæ.

19. **Septoria effusa** (Lib.) Desm. — Syll. III, p. 489. — In exemplaribus Libert. Arduenn. n. 335, sporulæ adsunt filiformes curvulæ subcontinuæ, 20-22 ≃ 0,7-1, basidiis fusoideis, apice acutis, subinde ramosis, 15-20 ≃ 3 suffultæ. Ab hac specie vix differt *Septoria pallens* Sacc.

20. **Septoria Padi** Lasch in Kl. H. M. n. 457. — Maculis indeterminatis, ochraceo-fuscis; peritheciis spuriis tectis disciformibus, $^1/_6$ mm. lat., dein concavis, apertis, succineis; sporulis filiformibus, curvis utrinque obtusiusculis, 45-50 ≃ 2, spurie 3-septatis, hyalinis. 6249

Hab. in pag. inf. foliorum Pruni Padi adhuc vivorum, Driesen Germaniæ. — Perithecia omnino spuria, hinc *Cylindrosporium Padi* Karst. verisimiliter eandem rem sistit. *Sept. Padi* Thüm. F. Austr. n. 1186, omnino differt et probabiliter *Septoriam Pruni* Peck spectat.

21. **Septoria stipata** (Lib.) Sacc. F. Ardenn. n. 177, *Ascochyta stipata* Lib. Crypt. IV, n. 354 (1837). — Epiphylla; maculis magnis orbiculatis fuscis; peritheciis dense sparsis, prominulis, globosis, poro apertis; cirris tenuissimis, hyalinis; sporulis fusoideis, curvatis, 7-9-guttulatis. Lib. l. c. 6250

Hab. ad folia Pruni Padi in Arduennis. — Sporulas non vidi. *Sept. Pruni* Ellis forte huic affinis.

22. **Septoria gummigena** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, pag. 79. — Peritheciis gregariis, nigris, subovoideis, mox late apertis, circ. $^1/_4$ mm. diam.; sporulis filiformibus, 30-40 ≃ 1-1,2. 6251

Hab. in gummi indurato Cerasi, Wilmington Del. Amer. bor. (Commons). — «An, ob habitationem singularem, novus typus?».

23. **Septoria Cerasi** Pass. Fung. Gall. novi in Journ. d'Hist. nat. Bord. 1885, n. 4, p. 16. — Maculis subdiscoideis, atro-sanguineis; peritheciis minutis, immersis, vix ostiolo superne perspicuis; sporulis filiformibus, integris, hyalinis, in cirrum brevem ejectis, rectis v. curvulis, 15-30 ≃ $1^1/_2$. 6252

Hab. in foliis Pruni Cerasi prope Saintes, Pessines etc. in Gallia (Brunaud).

24. **Septoria Salicifoliæ** (Trel.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4503, *Ascochyta Salicifoliæ* Trelease in Journ. of Myc. p. 14. — Ma- 6253

culis numerosis rotundatis, circ. 1 mm. diam., intense carneolis; peritheciis amplis, concoloribus; sporulis hyalinis, fusiformibus, sæpius leniter curvatis, 1-septatis, 3-4-guttulatis, 30-50 ≍ 2-2,5.

Hab. in foliis Spirææ salicifoliæ, Wisconsin Amer. bor. — Primo obtutu *Septoriam ascochytoidem* æmulans, sed ab ea maculis non obscure marginatis, sporulis minus longis differt.

25. **Septoria ceuthosporoides** Cooke et Hark. Journ. Myc. 1888, p. 41, *Cryptosporium ceuthosporoides* Cooke et Hark. Grev. IX, p. 127, Syll. III, p. 490. — Perithecia applanata, brunnea, tenuia, supra fissa; sporulæ hyalinæ, fusoideæ, curvæ, 18-20 ≍ 3. In foliis emortuis Eucalypti in California.

26. **Septoria caa-guazuensis** Speg. Guar. I, p. 150. — Maculis epiphyllis, determinatis, inæqualiter angulosis, aridis, griseis, facile frustulatim secedentibus; peritheciis sparsis, atris, lenticularibus, 80-90 μ. diam., membranaceis, ostiolo impresso zona coriacella cincto pertusis, atris, contextu parenchymatico pellucido olivaceo; sporulis cylindraceo-elongatis, utrinque obtusis, 16-20 ≍ 1,5, subindistincte 2-3-septatis, nubilosis, hyalino-chlorinis. 6254

Hab. ad folia dejecta Myrtaceæ cujusdam in silva subvirginea Caa-guazù Brasiliæ.

27. **Septoria Theæ** Cav. Mat. Lomb. p. 20, t. II, f. 8. — Peritheciis sparsis, superficialibus, applanatis, nigro-opacis, rugulosis, ostiolo prominenti pertusis; sporulis cylindraceis leviter curvulis, utrinque obtusis et oblique 1-ciliatis, 3-septatis, loculis mediis dilute chlorinis, extimis hyalinis, 18-20 ≍ 2-3, setis 6-8 μ. long. 6255

Hab. in foliis languidis Theæ viridis in horto botanico Pavia Ital. bor.

28. **Septoria aurantiicola** Speg. F. Puigg. n. 424. — Maculis amphigenis irregulariter expansis candidis, determinatis, zonula stricta fusco-subatra subnitente cinctis, peritheciis in maculis sparsis amphigenis globoso-conoideis 120-150 μ. diam. innatis, atris, astomis, spuriis? contextu fusco indistincto; sporulis filiformibus 40-50 ≍ 2, falcatis, utrinque obtusis, grosse 1-guttulatis, hyalinis. 6256

Hab. ad folia languida Citri Aurantii in hortis pr Apiahy Brasiliæ.

29. **Septoria Rhois** Lév. in Demid. Voy. Ross. mer. et Crim. tab. V, f. 4. — Hypophylla; maculis fuscis, marginatis; peritheciis sparsis, raris, innatis, nucleo albido farctis, ostiolis inconspicuis; sporulis filiformibus, numerosis, 3-4-septatis, pellucidis. 6257

Hab. in foliis Rhois Cotini, Oriauda Tauriæ Rossiæ merid.

30. **Septoria Toxicodendri** Curt. in Journ. myc. 1887, p. 77. — Maculis fulvis, subangulosis, 3-5 mm. lat., margine brunneo, elevato, angusto; peritheciis nigris, convexis prominentibus aggregatis hypophyllis, 220-240 μ. diam.; sporulis hyalinis, cylindricis, curvis, 3-5-septatis 35-40 ≈ 3. 6258

Hab. in foliis Rhois Toxicodendri in Pennsylvania.

31. **Septoria Rosæ-sinensis** Brun. Misc. mycol. pag. 19. — Maculis rotundis, læte brunneo-olivaceis, margine brunneo exstante; peritheciis hypophyllis, sparsis vel circulariter sitis, conicis, brunneis; sporulis filiformibus, curvis, continuis, hyalinis, 22-25 ≈ 1-1,5. 6259

Hab. in foliis Hibisci Rosæ-sinensis culti, Bordeaux Galliæ.

32. **Septoria Puiggarii** Speg. F. Puigg. n. 426. — Maculis parvulis amphigenis fuscis determinatis, 1-2 mm. diam., sæpe zona obscuriore cinctis; peritheciis lenticularibus membranaceis parenchymaticis, atris, 80-90 μ. diam., minute pertusis; sporulis obclavulato-fusoideis, arcuatis, continuis, hyalinis, 40-60 ≈ 2-2,5. 6260

Hab. ad folia viva Walteriæ speciei cujusdam in pratis pr. Apiahy Brasiliæ.

33. **Septoria æsculicola** (Fr.) Sacc. in Bull. Soc. myc. V, pag. 122, *Depazea æsculicola* Fr., Kretzschm. in Kl. n. 563. — Ab affini *Sept. æsculina* Thuem. differt sporulis 20-30 ≈ 1, h. e. brevioribus et multo tenuioribus. 6261

Hab. in hypophyllo Æsculi Hippocastani in Germania.

34. **Septoria pachyspora** E. et Hol. in Journ. of Myc. I, pag. 6. — Peritheciis epiphyllis, atris, 100-130 μ. diam., in maculis candidis, tenuibus, subangularibus vel fere pustulis, subrotundis latis, 1-2 mm, margine purpureo-atro cinctis; sporulis arcuato-fusiformibus, 4-6-septatis, 35-60 ≈ 3, sæpe luteo-virentibus. 6262

Hab. in foliis Zanthoxyli americani, in America boreali.

35. **Septoria acerella** Sacc. Syll. III, pag. 479 — var. **major** Brun. Esp. Sphærops. p. 3. — Maculis minutis, atris; peritheciis amphigenis, punctiformibus, nigris; sporulis bacillaribus, continuis, rectis curvulisve, granulosis, 15-32 ≈ 2,5-3, hyalinis. 6263

Hab. in foliis languidis Aceris campestris, Rochefort Galliæ.

36. **Septoria Myopori** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 113. — Epiphylla; maculis orbicularibus, albidis, linea fusca cinctis; peritheciis semiimmersis, punctiformibus, atris; sporulis linearibus flexuosis, guttulatis 40-50 ≈ 2. 6264

Hab. in foliis Myopori insularis, Melbourne Australiæ (Campbell).

37. **Septoria Melastomatis** Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 84. — Maculis obscure brunneis, amphigenis; peritheciis hypophyllis, minutis, numerosis, gregariis, nigris, lucidis, conoideis; sporulis elongatis, flexuosis, aculeatis, hyalino-viridulis, 5-6-septatis, 60-90 ≃ 5. 6265

Hab. in foliis Melastomatis yunannensis, Tsang-Chan Sinarum (Ab. Delavay).

38. **Septoria Melastomatum** (Lév.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 4679, *Rhabdospora Melastomatum* Lév. in Ann. Sc. Nat. 1863, p. 299. — Peritheciis minutis, puncto minoribus, sparsis, globosis, epidermide tectis, prominulis, vertice pertusis, macula alba, arida fusco-cincta insidentibus; sporulis linearibus, continuis, cylindricis, utrinque obtusis, hyalinis. 6266

Hab. ad folia Melastomatis cujusdam in Nova Granata.

39. **Septoria Mayteni** Wint. Exot. Pilze IV, pag. 12. — Peritheciis amphigenis dense gregariis, foliorum dimidiam partem superiorem, expallidam occupantibus, immersis, depresse globosis, fere lenticularibus, vertice primo concavo, demum parum convexo et emergente, late pertuso, atris, 170-200 μ. diam.; sporulis numerosissimis, cylindraceis, plerumque rectis, rarius perparum curvatis, utrinque rotundatis, haud raro basin versus parum attenuatis, subclavatis, ut videtur continuis, hyalinis, 21-30 ≃ 3,5. 6267

Hab. in foliis languidis Mayteni spec. Cap Horn. (Hariot) et in foliis M. magellanicæ in silvis Shammacus Fuegiæ (Spegazzini). — In hac postrema forma perithecia subastoma, rugulosa, globulosa, coriacella; sporulæ 15-25 ≃ 2,5-3, sæpe 1-septatæ.

40. **Septoria? maytenicela** Speg. F. Fueg. n. 419. — Maculis nullis; peritheciis immersis vix prominulis, hinc inde densiuscule aggregatis, lenticularibus 150-180 μ. diam., atris, glabris, subcarbonaceis, contextu indistincto, ostiolo vix papillulato pertusis; sporulis cylindraceis, superne rotundatis, inferne acutatis 12-14 ≃ 1-1,5 continuis, rectis, hyalinis, basidiis brevissimis papillæformibus suffultis, paraphysibus filiformibus dense ramulosis obvallatis. 6268

Hab. ad folia dejecta putrescentia Mayteni magellanicæ in silvis prope Shammacus Fuegiæ.

41. **Septoria? Winterii** Speg. F. Fueg. n. 423. — Maculis nullis; peritheciis laxe sparsis epi- vel rarius hypophyllis immersis vix prominulis lenticulari-globulosis 200 μ. diam., atris glabris coriacellis, contextu indistincto, ostiolo vix papillulato perforatis; spo- 6269

rulis cylindraceis utrinque rotundatis 20-25 ≍ 2-2,5 continuis, hyalinis, rectis, basidiis obovatis breviusculis 8-10 ⩘ 3-5 bisporis suffultis.

Hab. ad folia dejecta Drymidis Winterii in silvis prope Shammacus et in Staten island Fuegiæ. — Species inter *Phomam* et *Rhabdosporam* nutans. An huc *Sept. Drymios* Mont., cujus tamen perithecia 150 μ. et sporulæ 20 μ. metiuntur?

42. **Septoria Mikaniæ** Wint. Grev. XV, p. 92. — Maculis amphigenis, sparsis vel subgregariis, angulato-rotundatis vel irregularibus, sæpe lobatis repandisque, luteo-fuligineis, centro sæpe exaridis albidisque, linea elevata lutea et zona indeterminata, purpurea, plus minusve lata circumdatis, usque 3 mm. latis, interdum confluentibus; peritheciis sparsis, immersis, subglobosis, poro pertusis, vertice demum erumpentibus, membranaceis, atris; sporulis filiformibus, utrinque parum attenuatis, flexuosis curvatisve, obscure triseptatis, hyalinis, 18-29 ⩘ 1,5. 6270

Hab. in foliis vivis Mikaniæ, Sao Francisco Brasiliæ (Ule). 6271

43. **Septoria Coprosmæ** Cooke in Grevillea XIV, p. 129. — Maculis orbicularibus, minutis, pallidis, nigro-limitatis; peritheciis paucis, semiimmersis, atris, pertusis; sporulis cylindraceis, flexuosis, obsolete guttulatis, hyalinis, 30 ⩘ 2.

Hab. in foliis emortuis delapsisque Coprosmæ, New Zealand Austral. (Colenso).

44. **Septoria Symphoricarpi** E. et E. in Journ. of Myc. 1886, p. 38. — Maculis suborbicularibus, parvis, 1-2 mm. diam., albescentibus, margine obscuriore cinctis; peritheciis sublenticularibus, atris, epiphyllis, parcis, (1-5) prominulis; sporulis subcylindraceis, sursum acutis, sæpe rectis, 20-40, sæpe 30-40 ≍ 2, tenuissime 1-3-septatis. 6272

Hab. in foliis Symphoricarpi, Valley City, Dakota Amer. bor. (Pr. B. Seymour).

45. **Septoria Diervillæ** Peck 38 Rep. St. Mus. pag. 98. — Maculis suborbicularibus, albis vel cinereis, margine lato, indefinito, brunneo vel purpureo-brunneo cinctis; peritheciis epiphyllis, minutis nigris; sporulis filiformibus, curvis, flexuosis, exilibus, 25-40 μ. longis. 6273

Hab. in foliis vivis vel languidis Diervillæ trifidæ in montibus, Adirondack Amer. bor.

46. **Septoria diervillicola** E. et E. in Journ. of Myc. I, 44 (sub *S. Diervillæ*). — Maculis brunneo-atris, 2-3 mm., plerumque margine crasso, inflato, atro-purpureo cinctis; peritheciis hypophyl- 6274

lis, tenuibus, atris, innato-erumpentibus; sporidiis filiformibus, sæpe curvatis, nucleolatis, 25-35 ≃ 4-1½, viridibus.

Hab. in foliis vivis Diervillæ trifidæ, Magnolia Am. bor. (C. H. Clarke). — «An a *S. Diervillæ* Peck satis distincta?».

47. **Septoria Tini** (Arc.) Sacc. *Phyll. Tini* Arcang. in Thüm. M. U. n. 1691. — Maculis fusco-cinerescentibus, exaridis, irregularibus v. subpolygonis, margine purpureo; peritheciis punctiformibus, prominulis, subglobosis, poro pertusis; sporulis fusiformibus 20 ≃ 3,3, pluriguttatis, 1-septatis, hyalinis. 6275

Hab. in foliis vivis Viburni Tini, Firenze Ital. med. — Socia adest *Ascochyta Tini* (ut videtur).

48. **Septoria Phillyreæ** (G. M.) Sacc. *Hendersonia Phillyreæ* G. Machado in Roum. Rev. Myc. 1888, p. 92. — Peritheciis punctiformibus, exiguis, in greges discretos hinc inde adproximatis, epiphyllis; sporulis filiformibus, 20 ≃ 1-1,5, guttulatis, hyalinis. 6276

Hab. in foliis siccis Phillyreæ mediæ Pinsaguel, Haute-Garonne Galliæ.

49. **Septoria submaculata** Wint. in Journ. myc. 1887, pag. 76. — Maculis subangulosis, subrufis, 1-2 mm. diam., venulis limitatis, atro-purpureo-marginatis, subinde confluentibus, infra marginatis; peritheciis brunneo-nigricantibus, subglobosis, innatis, parcis, epiphyllis, 80 μ. diam.; sporulis filiformibus, subflexuosis, continuis 16-28 ≃ 1-1,5. 6277

Hab. in foliis Fraxini americanæ, Missouri Amer. bor.

50. **Septoria Elæagni** (Chev.) Desm. Esp. Sept. p. 4, *Depazea* Chev. Fl. Paris p. 453. — Maculis epiphyllis, minutis, rotundatis, 2-4 mm. diam., quandoque confluentibus, albidis, exaridis, ambitu brunneo cinctis; peritheciis minutissimis, nigris, subglobosis, ore orbiculari apertis; sporulis anguste cylindricis, obtusis, curvis, raro rectis, septulatis, 4-7-guttulatis, in cirros albidos expulsis, 18-20 μ. longis. 6278

Hab. in foliis Elæagni angustifoliæ in Gallia bor.

51. **Septoria Loniceræ** Allesch. Bot. Centr. 1890, II, p. 77. — Maculis orbicularibus, sæpe confluentibus, pallide viridulis, dein magnis expallentibus, vix saturatius marginatis; peritheciis epiphyllis, lenticularibus, poro amplo pertusis; sporulis filiformibus, rectis v. curvulis, utrinque obtusulis, 30-40 ≃ 1,5, hyalinis. 6279

Hab. in foliis Loniceræ Xylostei pr. Siegsdorf in Bavaria sup.

52. **Septoria Empetri** Rostr. Fung. Groenl. p. 574. — Peritheciis 6280

epiphyllis, sparsis hemisphæricis, majusculis, nitidis; sporulis fasciculatis, acicularibus, 1-3-septatis, 20-25 ≈ 1-1,5.

Hab. in foliis Empetri nigri, Kekertak Groenlandiæ (Ryder).

53. **Septoria Chimophilæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 85. — Maculis amphigenis, albis, purpureo-limbatis; peritheciis sæpius epiphyllis, sparsis, sublenticularibus; sporulis acicularibus, 20 ≈ 1. 6281

Hab. in foliis Chimophilæ maculatæ, Faulkland Amer. bor. (Commons).

54. **Septoria Unedonis** Rob. et Desm. — Syll. III, pag. 493 — var. **vellanensis** Br. et Cav. F. Parass. fasc. V, n. 121. — Maculis amphigenis, numerosis, irregularibus brunneo-rubentibus vel violaceis, demum aridis et centro albidis; peritheciis paucis, nigris, subprominulis; sporulis filiformibus, manifeste multiseptatis, 50-80 μ. long. 6282

Hab. in foliis Arbuti Unedonis, Vellano in pr. Lucca Italiæ.

55. **Septoria Arbuti** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 13. — Maculis amplis, vagis, griseis, fusco marginatis; peritheciis amphigenis, gregariis punctiformibus tectis, passim circinantibus; sporulis cylindricis rectis vel curvulis, integris, hyalinis, 10-15 ≈ 1,3. 6283

Hab. in foliis languidis Arbuti Unedonis culti, Parma.

56. **Septoria Linnææ** (Ehrenb.) Sacc. in Bull. Soc. myc. V, p. 121. *Sphæria (Depazea) Linnææ* Ehrenb., Lasch in Kl. n. 363. — Maculis amphigenis, suborbicularibus, albis, vix marginatis; peritheciis punctiformibus, nigricantibus, epiphyllis; sporulis filiformibus, subcurvis, 45-50 ≈ 1-1,5, hyalinis, 6-7-septulatis. 6284

Hab. in foliis Linnææ borealis, Driesen Germaniæ. — *Sept. Linnææ* (Ehrenb.) Br. et Har. Journ. Bot. 1891, p. 171, species eadem videtur sed maculæ albæ foliorum describuntur brunneo-roseo-marginatæ et sporulæ 40-70 ≈ 2-3. Hæc postrema lecta fuit in eadem matrice pr. Berolinum.

57. **Septoria Caryæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 80. — Maculis amphigenis, castaneo-brunneis, infra pallidioribus, irregularibus, definite limitatis et circumcirca flaventibus; peritheciis copiosis, minutis, nigris, amphigenis; sporulis 12-16 ≈ 1,2-1,5, sæpius fortiter curvatis, nucleatis. 6285

Hab. in foliis Caryæ, Delaware Amer. bor. (Commons).

58. **Septoria musiva** Peck in Thirty-fifth Rept. St. Mus. Bot. 1884, p. 138. — Maculis parvis, numerosis, angularibus, brunneis, sæpe areolis pallidioribus, minutis, angularibus variegatis; peritheciis paucis, epiphyllis, depressis, nigris vel nigrescentibus; sporulis cy- 6286

lindraceis subtilibus, curvulis quandoque obscure triseptatis, 30-35, hyalinis.

Hab. in foliis Populi moniliferæ, Albany Amer. bor. — A *Sept. Populi* maculis musivo-variegatis et septatione sporularum diversa.

59. **Septoria osteospora** Briard Rev. Myc. 1890 Oct. — Peritheciis 6287
plus minus gregariis, globosis, erumpentibus, nigris, $^1/_8$-$^1/_7$ mm. diam., amphigenis, nucleo albo; sporulis minutis, numerosis, cylindraceis, utrinque truncatis et subcrassioribus, continuis, hyalinis, 10-12 ≈ 2-2,5.

Hab. in foliis Populi nigræ dejectis, Troyes Galliæ (Briard).

60. **Septoria populicola** Peck 40 Rep. p. 61. — Maculis suborbicu- 6288
laribus, rubentibus vel brunneolis, supra anguste atro-marginatis, infra griseis; peritheciis hypophyllis, parcis, pallidis, late pertusis; sporulis filiformibus, curvis 2-4-septatis, 65-75 ≈ 3-4.

Hab. in foliis vivis Populi balsamiferæ, Keene Americæ borealis.

61. **Septoria blennorioides** (Karst.) Berl, et Vogl. Add. Syll. n. 4489, 6289
Hab. ad ramos corticatos emortuos Rhois, Ohio Amer. bor. (Lesquereux).

3. **Cornularia Boudieri** Rich. Cat. Camp. Marn. n. 1768. — Perithe- 6528
ciis minutissimis, elongatis, nigris, apice incrassatis; sporulis aculeiformibus, ad perithecii apice demum congestis.

Hab. in cortice Pini, Ablancourt Galliæ.

GAMOSPORA Sacc. Misc. Myc. II, p. 9 (Etym. a *gamos* connubium et *spora*). — Perithecia subsuperficialia, globulosa, minuta, subastoma, membranacea, setis divergentibus, atris vestita. Sporulæ bacillares, pluriseptatæ, hyalinæ, in sterigmatis communis apice subternæ et cum eo persistentes; basidia bacillaria, brevia, apice sterigmata subterna gerentia. — In grege *Sphærioidearum scolecosporarum* sectionem propriam sistit.

1. **Gamospora eriosporoides** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, pag. 9 et 6529
Rev. Myc. 1885. — Peritheciis epiphyllis, mycelio tenuissime maculoso, fusco interspersis, punctiformibus, globoso-depressis, setulis cuspidatis, septatis, rectis, 140–150 ≃ 4-5, atro-fuligineis parce vestitis; contextu perithecii minute celluloso, dilute fuligineo prope basim subprosenchymatico; sporulis bacillaribus, rectis, utrinque obtusiusculis, 3-4-septatis, 50-60 ≃ 7, in apice sterigmatis subternis et eo persistenter hærentibus; sterigmatibus subternis in basidio communi et ab eo mox secedentibus; sterigmatibus basidiisque sporulæ tertiam partem æquantibus.

Hab. in foliis coriaceis languidis, Logan Australiæ. — Sporulæ basi, *Eriosporæ* fere ad instar, diu connexæ, tandem vero interdum secedunt.

SEPTOSPORIELLA Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 52 (Etym. a *Septoria*, cui affinis) [nec *Septorella* Berk. quæ = *Phleospora*]. — Stroma intus locellatum. Sporulæ pluriseptatæ, muticæ, dilute coloratæ, in basidiis simplicibus acrogenæ. – Est quasi *Septoria* stromate dothideaceo prædita.

1. **Septosporiella Phragmitis** Oud. Contr. Myc. loc. cit. f. 34. — Stromatibus erumpentibus, angustis, ostiolis punctiformibus vix notatis, loculis 90-100 μ. diam., mono- vel distichis perfossis; sporulis bacillaribus, rectis vel curvis, 2-8-septatis, 50 ≍ 3,5 vel brevioribus, dilute olivaceis; basidiis monosporis, tenuissimis; sporulis subbrevioribus. 6530

Hab. in culmis et vaginis Phragmitis communis, Loosduinen Nederlandiæ.

CYTOSPORINA Sacc. — Syll. III, p. 601.

1. **Cytosporina Persicæ** Brun. Suppl. Sphæroid. p. 5. — Stromatibus corticalibus, nigris, subrotundis, oblongis vel irregularibus, subpulvinatis, nigris, epidermide decolorata, demum rupta tectis, locellis majusculis, interdum plus minus circinantibus; sporulis filiformibus, 50-60 ≍ 1,5-2, hyalinis, pluriseptatis. 6531

Hab. in ramulis emortuis Persicæ vulgaris, Pessines pr. Saintes Galliæ.

2. **Cytosporina Staphyleæ** Cooke in Grev. XVI, p. 48. — Stromate minuto, sparso, nigro, convexo, erumpenti; sporulis cylindraceis, obtusis, curvis, multiguttatis, 25 ≍ 4; basidiis brevissimis. 6532

Hab. in ramis Staphyleæ trifoliatæ, Kew Britanniæ.

3. **Cytosporina hysterioides** Cooke in Grev. XVI, p. 48. — Stromatibus gregariis, elongatis, ellipsoideis, per epidermidem hysterioideo-erumpentibus, nigris; sporulis cylindraceis, obtusis, curvis, continuis, hyalinis 20 ≍ 4; basidiis brevibus. 6533

Hab. in ramis Celtidis, Kew Britanniæ.

4. **Cytosporina Quercus** Pass. in Brun. Champ. Saint. V, pag. 7. — Stromatibus numerosis, sparsis, pustuliformibus, erumpentibus, globosis, astomis, epidermide cinctis; sporulis bacillari-fusoideis, incurvis, continuis, hyalinis, 30-45 ≍ 2-2,5. 6534

Hab. in ramis emortuis Quercus, Pessines pr. Saintes Galliæ.

GELATINOSPORIUM Peck — Syll. III, p. 596.

1. **Gelatinosporium fulvum** Peck in 38 Rep. St. Mus. pag. 97. — Peritheciis cæspitosis, stipatis, erumpentibus, externe pulverulentis, pallide brunneis, madore apice dehiscentibus et tum massam sporularum albam ostendentibus; sporulis elongatis, curvis, utrinque attenuatis, 75 μ. longis, hyalinis. 6535

Hab. in ramis emortuis Betulæ luteæ, Caroga Amer. bor.

2. **Gelatinosporium magnum** Ellis North Am. F. n. 957. — Peritheciis transverse erumpentibus, globoso-conoideis, nigris, 2-4-aggregatis, subcoriaceis; sporulis teretiusculis, falcatis, utrinque rotundatis, nubilosis, hyalinis, 45 ≃ 4. 6536

Hab. in cortice ramulorum emortuorum Betulæ, Decorah Jowa Amer. bor. (E. W. Holway). — A *Gel. betulino* differt sporulis crassiusculis, curvatis, utrinque obtusulis, an satis?

MICROPERA Lév. — Syll. III, p. 601.

1. **Micropera Mali** Pass. in Erb. Critt. Ital. Ser. II, n. 1488. — Peritheciis ut *Microperæ Drupacearum* sed nigris, apice cæsiopruinosis; sporulis etiam similibus sed brevioribus, 18-32 ≃ 1,5. 6537

Hab. in ramis emortuis Piri Mali prope Parma Ital. bor.

Fam. 2. Nectrioideæ Sacc.

Subfam. 1. Zithieæ Sacc.

Sect. 1. Hyalosporæ.

ZYTHIA Fr. — Syll. III, p. 614.

1. **Zythia Pinastri** Karst in Rev. Myc. 1885, pag. 106. — Peritheciis erumpentibus, subcæspitosis vel sparsis, conoideis vel rotundatis, siccis difformibus, inæqualibus, subinde ostiolo papillato præditis, aurantiacis, glabris, 0,2-0,3 mm. diam.; sporulis elongatis vel fusoideo-oblongatis, eguttulatis, hyalinis, 2-3,5 ≃ 0,5-0,6, madore in cirros aureos expulsis; basidiis filiformibus, circiter 15 ≃ 1-1,5. 6538

Hab. ad folia Pini silvestris dejecta in regione aboensi Fenniæ.

2. **Zythia resinæ** (Ehrenb.) Karst. Symb. Myc. Fenn. XXI, p. 104, *Cytospora* Ehrenb., *Tuberculariæ resinæ* (Ehrenb.) Thüm., Syll. 6539

IV, pag. 649. — Peritheciis gregariis vel sparsis, superficialibus, ovoideis v. sphæroideis, levibus, sordide rubris v. aurantio-lateritiis demum poro obsolete pertusis, contextu membranaceo, 0,2-0,3 mm. diam.; sporulis sphæroideis, hyalinis, 1,5-2 μ. diam.

Hab. in resina recenti Pini silvestris, P. austriacæ in Germania, Austria, Fennia.

3. **Zythia ovata** Peck 49 Rep. p. 47. — Peritheciis ovatis, udis rubentibus v. carneis, siccis nigris, 2-3-gregariis, subsuperficialibus, 625-750 μ. long., 425-450 μ. lat.; sporulis oblongis, hyalinis, 7,5 ≃ 3; basidiis dense fasciculato-ramosis. 6540

Hab. in cortice emortuo Populi, South Ballston Amer. bor.

4. **Zythia Galii** Oud. Contr. Flor. Myc. Pays-Bas XI, pag. 34. — Peritheciis hypophyllis, $^1/_{10}$ mm. latis, depresse globosis, diu sub epidermide latentibus, membranaceis, tenuissimis, coloris fulvi maxime diluti, denique ostiolo simplici apertis; sporulis numerosissimis, continuis, hyalinis, 8-10 ≃ 2. 6541

Hab. in foliis Galii Molluginis, Putten Hollandiæ. — Usque dum latent perithecia, folia pellucide punctata facile crederes.

5. **Zythia Nectriola** Speg. Guar. I, p. 151. — Maculis amphigenis, parvulis, 2-3 mm. diam., indeterminatis, pallescentibus, parum manifestis; peritheciis hypophyllis, sparsis, globosis, minutissimis, 60-80 μ. diam., griseo-albis, tenuissime membranaceis, astomis, rugulosis, subiculo mucoso, hyphis exilissimis, parum manifestis efformato, insidentibus; sporulis ellipticis v. subcylindraceis, 4-6 ≃ 1, utrinque rotundatis, rectis v. inæquilateralibus, hyalinis. 6542

Hab. ad folia languida Commelinæ sp. cujusdam, in silvis valleculæ Yakan inter Paraguarí et Valenzuela Brasiliæ.

6. **Zythia lancispora** Speg. Guar. I, p. 151. — Maculis nullis v. vix manifestis, fuscescentibus; peritheciis epiphyllis, globulosis, 250-300 μ. diam., adnato-superficialibus, fuscis v. fuscescentibus, glabris, rugulosis, carnosulis, mycelio asteromaceo, parum evoluto insidentibus, contextu indistincto circa ostiolum papillatum, vix manifestum nigrescente, ceterum fulvo; sporulis lanceolatis, 12-14 ≃ 2,5-3, rectis vel vix curvulis, sursum attenuato-acutis deorsum attenuato-truncatis, nubilosis, in pedicello a matrice non secedente brevi acrogenis, hyalinis. 6543

Hab. ad folia viva Bambusaceæ cujusdam pr. Naranjo Brasiliæ.

7. **Zythia lonchosperma** Speg. Guar. I, p. 150. — Peritheciis subiculo compactiusculo, albo, ex hyphis rectis, non v. ramosis, 2 μ. 6544

cr., hyalinis, septulatis, composito, insidenti-aggregatis, globulosis vel subovatis, 200–250 μ. diam., carneo-aurantiis, glabris vel minutissime squarruloso-puberulis, membranaceis, contextu indistincto, circa ostiolum hyalino, ceterum sanguineo; sporulis lanceolatis, 28–30 ≈ 4–5, nubilosis, sursum attenuato-acutissimis, deorsum subattenuatis, truncatis, pedicello parvulo, a matrice secedente auctis, hyalinis.

Hab. ad Cocci emortui sp. quamdam in foliis putrescentibus Laurineæ indeterminatæ pr. Peribebuy Brasiliæ.

CHÆTOZYTHIA Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVIII, p. 41 (Etym. *chæte* seta et *Zythia*). — Perithecia superficialia, ovoidea, astoma, membranacea, mollia, aurantiaca, setulis obsessa. Sporulæ ellipsoideæ, continuæ, aureæ.

1. **Chætozythia pulchella** Karst. loc. cit. — Peritheciis sparsis vel subcæspitosis superficialibus, ovoideis levibus, roseo-aurantiacis undique, vertice excepto, setulis divergentibus, strictis continuis, albis, 30–50 ≈ 2–4 obsitis, circiter 0,2 mm. diam.; sporulis sphæroideo-ellipsoideis vel ovalibus, continuis, hyalino-aureis, 10–13 ≈ 7–9. 6545

Hab. supra librum ramulorum emortuorum Syringæ vulgaris in horto mustialensi Fenniæ.

EUROTIOPSIS Karst. Rev. Myc. 1889 (Etym. ab *Eurotio*, cui analogum). — Perithecia superficialia, hyphis repentibus suffulta, sphæroidea, astoma, tenuissime membranacea, glabra, sulphurea. Sporulæ globulosæ, continuæ, hyalinæ.

1. **Eurotiopsis minima** Karst. loc. cit. — Peritheciis sæpius glomerulatim aggregatis, glaberrimis levissimis sulphureis 60–90 μ. diam., contextu tenuissime membranaceo, imperspicue parenchymatico, hyalino; hyphis hyalinis vel fulvescentibus, levibus, basi asperulis vel granulosis, fulvis, apice recto, obtuso, rotundato, hyalino; sporulis sphæroideis vel ellipsoideo-sphæroideis, 3–4 μ. diam. vel 4 ≈ 3. 6546

Hab. supra corticem arborum frondosarum vetustum in Minas Geraes Sitio Brasiliæ (Edw. Wainio). — *Eurotio? bonariensi* Speg. affinis, sed minor.

PLEOSPOROPSIS Œrst. — Syll. III, p. 693.

1. **Pleosporopsis Heteromeles** Cooke et Hark. in Grev. XIII, p. 111. — Hypophylla; peritheciis gregariis, aurantio-fulvis, globoso-de- 6547

pressis, $^1/_2$ mm. glabris, pulpa pulverulenta, flavida; sporulis globosis, subpellucidis, 8 μ. diam.

Hab. in foliis emortuis Heteromeles in California (HARKNESS).

SPHÆRONÆMELLA Karst. — Syll. III, p. 617.

1. **Sphæronæmella Rosæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 152. — 6548
Peritheciis erumpentibus, epidermide lacerata cinctis, membranaceis, ovatis, flavidis, dein nigricantibus, circ. $^1/_5$ mm. diam., nucleo albo, supra in ostiolum breve, cylindraceum, membranaceum, pallidum, dein sporularum globulo flavo coronatum attenuatis; sporulis angustis, ellipsoideis, hyalinis, continuis, 4,5–5,5 ≃ 2,5–3.

Hab. in ramis emortuis et calycibus vetustis Rosæ lucidæ, Newfield, N. J. Amer. bor.

2. **Sphæronæmella carnea** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 152. — 6549
Peritheciis gregariis, erumpentibus, carneis, subulatis, 2 mm. long., basi nucleum sporuligerum continente incrassatis; sporulis oblongis, hyalinis, continuis, circ. 15 ≃ 4, utrinque rotundatis,

Hab. in cortice Aceris ad lacum Skaneateles, New York Amer. bor. (Rev. J. L. ZABRISKIE).

3. **Sphæronæmella mirabilis** Speg. F. Puigg. n. 428. — Peritheciis 6550
gregariis vel subfasciculatis cylindraceis cinnabarinis glabris 2–3 mm. long., 250–300 μ. cr., rectis v. subarcuatis; sporulis ellipsoideis vel ovoideis, hyalinis, 2,5–4 ≃ 1–1,5; basidiiis filiformibus 6–10 ≃ 1 monosporis, cavitatem intern. perithecii occupantibus.

Hab. ad cortices dejectos putrescentes in silvis prope Apiahy Brasiliæ. — Species pulchella habitu *Stilbum cinnabarinum* capitulo orbatum simulans. Species simillima specimini sterili, sub nomine *Psilopeziæ mirabilis* B. et C., a Clar. Wrightio misso; an identica?

4. **Sphæronæmella filicina** Cooke et Mass. Grev. XIX, p. 4. — Peri- 6551
theciis cylindricis 1 mm. long., carneis, apice perforatis superficialibus, sparsis; sporulis continuis, ovalibus, hyalinis, 3 ≃ 2.

Hab. in Hymenophyllo in Nova Zelandia (COLENSO).

5. **Sphæronæmella fimicola** March. Champ. copr. VI, p. 12. — Peri- 6552
theciis sparsis raro gregariis, superficialibus, sphæroideis, 150–250 μ. diam., membranaceis, mollibus, luteolis, glabris, in ostiolum subulatum cylindraceo-conicum, vertice hyalino-penicillatum, 700–820 μ. longitudine productis; sporulis ellipsoideis, hyalinis, leniter curvatis vel rectis, 7–7,5 ≃ 2–2,5 μ. muco obvolutis, ad ostioli apicem

demum singulis expulsis et globulum ovoideum albidum, 130 ≈ 85 μ. formantibus.

Hab. in fimo leporino canino et vulpino, Boitsfort, Spa, Recogne, Montbliart Belgii (Ap. Hardy). — Affinis *S. Helvellæ* sed ostiolo et sporulis mox distincta. — Var. β. **minor** March. loc. cit.: peritheciis minus evolutis, ostiolo plane conico, haud subnoduloso, in fimo cuniculorum, Limelette Belgii.

ASCHERSONIA Mont., Syll. III, p. 619, nec Endl. (quæ =*Laschia*).

1. **Aschersonia viridans** (B. et C.) Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 48, 6553
Hypocrea B. et C., Syll. II, p. 532. — Sec. Pat. loc. cit. sporulæ ascis nullis inclusæ, fusoideæ, hyalinæ, 12–15 ≈ 2–3; basidia bacillaria simplicia, perithecii superficiem internam occupantia; hinc vera *Aschersonia* nec *Hypocrea*. Quoad *A. oxysporam* cfr. Speg. F. Puigg. n. 475.

MUNKIA Speg. Guar. I, p. 155. — Stromata globosa vel lenticulari-hemisphærica, majuscula, punctulata, intus suberoso- vel flocco-so-compacta, alba, cortice vix distincto. Loculi stromate infossi, subcupulato-aperti, hyphis penicillatim exsilientibus farcti; hyphæ simplices, cylindraceæ, rectæ. Sporulæ globosæ, simplices, hyalinæ, in hyphis pleurogenæ. — Genus perquam singulare, nulli alii affine; ad interim hoc loco in systemate receptum et probabiliter statum *Hypocrellæ* cujusdam stylosporicum sistens.

1. **Munkia Martyris** Speg. Guar. I, p. 155. — Stromatibus globoso- 6554
lenticularibus, 6 mm. diam., 4-5 mm. cr., duris, coriacellis, irregulariter applanatis v. rimula parum profunda percursis, extus sordide griseis, basi v. parte infera excepta, punctulis albis, tomentellis dense inspersis, intus albis, flocculoso-compactis; loculis subglobosis, 200-300 μ. diam., spatio duplo separatis, numquam confluentibus, parum insculptis, ostiolo latissimo, 150-200 μ. diam., donatis, hyphis fasciculatis, longe ex eo penicillatim exsilientibus; hyphis liberis totum cavum loculorum implentibus, gracilibus, 450-600 ≈ 2,5; sporulis globosis vel inferne nonnihil depressis, 2,5-3,5 μ. diam., grosse 1-guttulatis, hyalinis, papillis pleurogenis hypharum solitarie fultis.

Hab. ad ramulos hornotinos Bambusaceæ cujusdam in paludosis pr. Guarapi Brasiliæ.

Sect. 2. Phæosporæ.

MARTINELLA Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 7, ut subg. (Etym. a Domina Martin mycologa alacri australiensi). — Stroma et porithecia *Polystigminæ* sed sporulæ subsphæroideæ v. ellipticæ, continuæ, fuscæ.

1. **Martinella Eucalypti** (Cooke et Mass.) Sacc. *Polystigmina* Cooke et Mass. loc. cit. — Epiphylla; stromate suborbiculari, carnoso, planiusculo, rufo-fusco; peritheciis minutissimis, immersis, saturatioribus, ostiolo pertuso; sporulis sphæroideo-ovalibus, continuis, læte fuscis, 6 ≍ 4. 6555

Hab. in foliis Eucalypti, Lilydale Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

Sect. 3. Didymosporæ.

PSEUDODIPLODIA Karst. — Syll. III, p. 621.

1. **Pseudodiplodia corticis** Grove in Journ. of Bot. 1886, p. 197. — Late effusa; peritheciis gregariis vel in lineas breves aut maculas contractis, 1-1,4 mm. diam., globulosis vel oblongis, levibus, nitidis, contextu ceraceo mollissimo, olivaceo, minute celluloso, emergentibus, denique semisuperficialibus, siccis atro-fuscis, poro pertusis exiguo, dein celeriter dilatato, subinde phacidiiformiter vel hysteriiformiter laceratis, mox parte superiore prorsus evanidis; nucleo olivaceo, senio (disco) subnigro; sporulis oblongis, subfusiformibus, utrinque obtusis vel basi vel apice acutatis, rarius curvulis, diu continuis, dein senioribus tenuiter uniseptatis, vix constrictis, vix guttulatis, singulis hyalinis, coacervatis dilute olivaceis, 10-14 ≍ 3-4; basidiis subramosis, fasciculatis, duplo-triplo longioribus suffultis. 6556

Hab. in pagina interiori corticis vel etiam in ligno Aceris Pseudoplatani, Sutton Coldfield, prope Birmingham Britanniæ. — A *P. lignaria* Karst. differt loco natali, sporulis angustioribus, sed imprimis peritheciorum magnitudine, quæ 5-7-plo majora. An his notis satis distincta? Num vere e Nectrioideis sit, dubium manet.

Sect. 4. Hyalophragmiæ.

STAGONOPSIS Sacc. — Syll. III, p. 621.

1. **Stagonopsis Phaseoli** Erikss. in Bot. Centralbl. 1891, n. 36, p. 298. 6557
— Maculis orbicularibus, 6-12 mm. diam., brunneis; peritheciis epiphyllis, præsertim in partibus exterioribus maculæ laxe gregariis v. sparsis, pallide carneis, ostiolatis, 60-80 μ. diam.; sporulis subfusoideis, 1-3-septatis, hyalinis, 17-24 ≈ 3-4.
Hab. in foliis Phaseoli vulgaris in Suecia.

2. **Stagonopsis virens** Mout. Ascom. Lieg. II, pag. 8. — Peritheciis 6558
sparsis, maculas viridulas effusas in caule gignentibus, globoso-depressis, $^1/_5$ mm. diam., pertusis, contextu amœne virente; sporulis in basidiis bacillaribus continuis, brevissimis acrogenis, longe fusiformibus, 7-8-cuboideo-nucleatis spurieque septatis, sæpe curvulis, hyalinis, 35-40 ≈ 5.
Hab. in caulibus Angelicæ et Spirææ Ulmariæ, Beaufays et Forêt Belgii.

3. **Stagonopsis Peltigeræ** Karst. Symb. XX, pag. 106. — Peritheciis 6559
laxe gregariis, subsuperficialibus, ceraceis, nudis, sphæroideis, dein sæpe cupulato-depressis, demum poro pertusis, testaceis, tandem, præcipue siccitate, fulvescentibus, 300-400 μ. lat.; sporulis oblongatis, utrinque obtusis, curvulis, raro rectis, spurie 1-3-septatis, 16-22 ≈ 4,5-6.
Hab. in thallo languido Peltigeræ caninæ prope Mustiala Fenniæ. — Cum *Nectria erythrinella* v. *N. lecanode* metagenetice conjuncta.

Sect. 5. Scolecosporæ.

TRICHOCREA March. Champ. copr. VI, p. 14 (Etym. *thrix* pilus [basidium] et *creas*, caro). — Perithecia superficialia, ovoidea, contextu parenchymatico, ceraceo-molliuscula, læticoloria, initio clausa demum late aperta, fere discoidea. Sporulæ numerosissimæ, anguste cylindraceæ, 1-septatæ, hyalinæ, basidiis elongatis, filiformibus, dense fasciculatis, sursum 1-3-ramosis, suffultæ.

1. **Trichocrea stenospora** March. loc. cit. — Peritheciis sparsis, gla- 6560
bris, pallide ochraceis, 500-700 ≈ 250-380; sporulis rectis sæpe intus minute granulosis vel nucleolatis, utrinque rotundatis, ad septum non constrictis, 16,2-18 ≈ 1,7-1,9.

Hab. in fimo vetusto damarum, Tervueren Belgii. — Ob basidia longe filiformia et dense fasciculata ad *Tuberculariam* nutat, sed perithecium perfectum adest.

RHYNCHOMYCES Sacc. et March. Champ. copr. p. 28 (Etym. *rhynchos* rostrum et *myces* fungus). — Perithecia subglobosa, in rostrum subulatum abeuntia, molliuscula, læte colorata (ochraceo-rubentia). Sporulæ fusoideo-bacillares, acutæ, 1-septatæ, hyalinæ, deorsum in setulam (basidium?) cuspidatam sensim attenuatæ. — Est quasi *Sphæronæmella* scolecospora.

1. **Rhynchomyces Marchalii** Sacc. in March. Champ. copr. pag. 28. 6561
— Peritheciis gregariis vel subaggregatis, superficialibus, ovoideo-subglobosis extus hyalino-papillosis, flavicantibus, contextu laxe celluloso, 140–160 ≈ 110-125, ostiolo subulato-rostrato, 255–265 ≈ 35–45, stricto, glabro, ochraceo, contextu e cellulis vermicularibus, subparallelis conflato; sporulis ad apicem rostri demum expulsis et globulum albidum, ellipsoideum formantibus, fusoideo-bacillaribus, rectis vel leniter curvis, apice acutis, deorsum sensim stipitato-setigeris, 65-70 ≈ 5,4-,5,6, 1-septatis, non constrictis, hyalinis, sæpius strato mucoso, diaphano involutis.

Hab. in fimo vulpino in Arduennis. — Septulum adest obsoletum in limite inferiore sporulæ versus stipitem seu setulam. — *Eleutheromycetem longisporum* in mentem revocat, sed in præsente genere asci vere nulli.

Subfam. 2. **Patellineæ** Sacc.

OLLULA Lév. in Ann. Sc. Nat. 1863, pag. 299 (Etym. ab *olla*). — Cupulæ submembranaceæ, concavæ, late apertæ, basi puncto matrici adnatæ; discus læte coloratus e basidiis ramosis, apice monosporis formatus. Sporulæ oblongæ, continuæ, hyalinæ. — « An *Patellineæ* affinis? »

1. **Ollula pezizoidea** Lév. in Ann. Sc. Nat. 1863, pag. 299. — Peri- 6562
theciis levibus, albis, disco aurantiaco; sporulis oblongis, continuis, incoloribus, diametro triplo quadruplove longioribus.

Hab. ad cortices, Villeta la Vega Nov. Granat. — Fungillus hic exacte faciem minusculæ *Pezizæ* aurantiacæ exhibet.

TRICHOSPERMA Speg. F. Guar. II, n. 179 (Etym. *thrix* pilus et *sperma* spora). — Cupulæ ceraceæ parvulæ, subiculo phyllogeno tenui

albo insidentes. Sporulæ filiformes dense constipatæ e strato proligero immediate oriundæ.

1. **Trichosperma pulchellum** Speg. F. Guar. II, n. 179. — Subiculi 6563
cæspitulis parvulis 0,5-1 mm. diam., hypophyllis, marginalibus ad folii denticulos tantum sparsis, compactiusculis, candidis non v. vix radiantibus, ex hyphis hyalinis tenerrimis gracilibus compositis; cupulis subiculo subimmersis, turbinatulis, parvulis 200-250 μ. diam. extus pallescentibus hyphis paucis hyalinis radiantibus vestitis, disco succineo-aurantio; sporulis filiformibus 180-200 ≃ 1, continuis, rectis vel vix flexuosulis, hyalinis.

Hab. ad folia Trichiliæ Caatiguæ in silvis subvirgineis prope Guarapi Brasiliæ. — Species pulchella habitu *coccos* pusillos albo-gossypinulos perfecte simulans.

Fam. 3. Leptostromaceæ Sacc.

Sect. 1. Hyalosporæ.

LEPTOTHYRIUM Kunze et Schm. — Syll. III. p. 626.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Leptothyrium medium** Cooke in Grevillea XIII, pag. 98. — Hy- 6564
pophyllum; peritheciis sparsis, amplis, ½ mm. diam., depressis, circularibus, atro-brunneis; sporulis angustis, utrinque attenuatis, 12-14 ≃ 2.

Hab. in foliis emortuis Quercus, Gomshall Britanniæ. — Var. **castanicola** Cooke loc. cit.: peritheciis duplo minoribus sed fructificatione eadem. In foliis Castaneæ, Darenth Britanniæ.

2. **Leptothyrium castanicolum** Ell. et Ev Journ. Myc. 1888, p. 103. 6565
— Epiphyllum; peritheciis sparsis, scutatis, orbicularibus, nigro-ardosiacis, 115-150 μ. diam., margine æquali vel subcrenato; contextu radiato-fibroso.

Hab. in foliis vivis Castaneæ vescæ, socio *Glœosporio epiphyllo* maculas albas gignente, Newfield, N. J. Amer. bor. — Verisimiliter a *L. Castaneæ* diversum.

3. **Leptothyrium Carpini** Brun. Champ. Saint. p. 340. — Peritheciis 6566
sparsis, amphigenis, punctiformibus, e globoso dein depressis, atris, nitidis, astomis, facile secedentibus; sporulis oblongis, hyalinis, 5-7 ≃ 3, biguttulatis.

Hab. in bracteis fructiferis Carpini Betuli, Saintes Galliæ.

4. **Leptothyrium aristatum** Cooke in Grev. XX, p. 6. — Peritheciis 6567
sparsis, superficialibus, scutatis, orbicularibus, submembranaceis, radiatim cellulosis, atro-brunneis, $^1/_{10}$ mm. diam.; sporulis cylindraceis, valde incurvatis, utrinque obtusis, uno apice setula hyalina, obliqua, sporula æquilonga præditis, hyalinis, 14-15 ≃ 2-3.

Hab. in foliis emortuis Eucalypti, Victoria Australiæ (Mrs. Martin). — Ob sporulas aristatas peculiaris typus.

5. **Leptothyrium Eucalyptorum** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 7. — 6568
Peritheciis in macula exarida sparsis, scutiformi-applanatis, atris, angulosis, triangularibus v. subquadratis, medio stellato-dehiscentibus; sporulis ovoideis, continuis, hyalinis, 4 ≃ 3.

Hab. in foliis dejectis Eucalypti, Lilydale Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

6. **Leptothyrium Liriodendri** Cooke in Grevillea XIV, pag. 90. — Pe- 6569
ritheciis in macula exarida, fusca, sparsis, epiphyllis, disciformibus, nitidis, plano-convexis, atris, minutis; sporulis cylindraceis, curvulis rectisque, tenuibus, hyalinis, 5 ≃ 1.

Hab. in foliis Liriodendri, Aiken S. Car. Americæ borealis (Ravenel).

7. **Leptothyrium Buxi** Pass. in litt. Brun. Liste Sphærops. p, 64. — 6570
Maculis albis vel albidis, semiorbicularibus, marginalibus utraque pagina conspicuis, linea nigra limitatis; peritheciis sparsis, hypophyllis, punctiformibus, nigris, circularibus, applanatis, primo tectis; sporulis globulosis, hyalinis, 2,5-4 μ. diam.

Hab. in foliis Buxi sempervirentis, Saintes Galliæ.

8. **Leptothyrium Berberidis** Cooke et Mass. in Grev. XVI, p. 9. — 6571
Peritheciis amphigenis, minutis, punctiformibus, nigris, sparsis, discoideis; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis, 8-9 ≃ 1,5-2.

Hab. in foliis aridis Berberidis vulgaris, Oxford Britanniæ (Baxter). — Probabiliter idem est **Leptothyrium Berberidis** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1776: peritheciis hypophyllis hemisphæricis, dein centro collabentibus, nigricantibus; sporulis..... (non descriptis). In foliis emortuis Berberidis vulgaris, Aulnay-l'Aître Marne Galliæ.

9. **Leptothyrium Platanoidis** Pass. in Brun. Champ. nouv. VI, p. 4. — 6572
Maculis irregularibus, subaridis, brunneo-pallidis; peritheciis numerosis, sparsis, hypophyllis, punctiformibus, depressis, brunneis; sporulis bacillaribus, hyalinis, 5-7,5 ≃ 1,5.

Hab. in foliis Aceris platanoidis, Saintes Galliæ.

10. **Leptothyrium Pseudoplatani** Pass. in litt. Brun. Liste Sphærops. 6573
p. 54, *Melasmia Perisporium* Pass. Fung. Gall. nov. in Journ. d'Hist. nat. 1885, n. 4, p. 55. — Maculis nullis; peritheciis epiphyllis, subhemisphæricis, apice dein paullulum depressis, atris, subsuperficialibus, nunquam confluentibus; sporulis botuliformibus, rectis vel curvulis, 8-12 ≈ 1½-2, hyalinis.

Hab. in foliis emortuis Aceris Pseudoplatani prope Saintes in Gallia (Brunaud).

11. **Leptothyrium subzonatum** Speg. F. Puigg. n. 431. — Peritheciis 6574
hypophyllis, sparsis, superficialibus, scutato-dimidiatis 200-250, astomis, membranaceis, prosenchymatico-radiantibus, zonulatis; sporulis cylindraceis, hyalinis, 4 ≈ 1; basidiis 10-15 ≈ 1.

Hab. ad folia viva Myrtaceæ cujusdam in nemorosis prope Apiahy Brasiliæ.

12. **Leptothyrium zonatum** Speg. F. Puigg. n. 430. — Peritheciis hy- 6575
pophyllis, sparsis, superficialibus, scutato-dimidiatis, 400-600 μ. diam., astomis, membranaceis, contextu prosenchymatico-radiante, zonato; sporulis ellipticis vel ovoideis hyalinis, 4-5 ≈ 2; basidiis concoloribus, 20-25 ≈ 1.

Hab. ad folia viva Myrtaceæ cujusdam in nemorosis prope Apiahy Brasiliæ.

13. **Leptothyrium Panacis** Cooke in Grevillea XIV, p. 129. — Peri- 6576
theciis gregariis vel sparsis, punctiformibus, scutiformibus, membranaceis, orbicularibus, atro-fuscis; sporulis minutis, cylindraceis, rectis vel leniter curvulis, hyalinis, 7 ≈ 2.

Hab. in pag. super. foliorum emortuorum Panacis arborei in Nova Zelandia.

14. **Leptothyrium Pinastri** Karst. Symb. XX, pag. 96. — Peritheciis 6577
amphigenis, scutiformibus, subcircularibus, astomis, nigrescentibus, opacis, exiguis, contextu radiato, ambitu subinde fimbriatulis; sporulis elongatis, rectis, continuis, hyalinis, 5-6 ≈ 1.

Hab. ad folia putrescentia Pini silvestris prope Mustiala Fenniæ.

15. **Leptothyrium Pini-austriacæ** Fautr. in Rev. Myc. 1891, p. 7. — 6578
Peritheciis sparsis, amphigenis, adnatis, applanato-umbonatis, 100 μ. diam,; sporulis cylindraceis, rectis, apicibus obtusis et 1-guttatis, 6-8 ≈ 1-1,5.

Hab. in acubus dejectis Pini austriacæ, Morvan, Côte-d'Or Galliæ.

16. **Leptothyrium exiguum** Karst. Sphærops. Fenn. 76. — Peritheciis 6579

sparsis, subinde subseriatis, initio epidermide tectis, forma variis ovalibus elongatis difformibusve, rima longitudinali sæpe flexuosa dehiscentibus, atris, nitidis, 0,3-0,5 mm. long.; sporulis cylindraceis, rectis, eguttulatis, hyalinis, 5-7 ≈ 0,5.

Hab. in foliis languidis Pini Cembræ in horto mustialensi Fenniæ (O. Karsten).

17. **Leptothyrium Cycadis** Pass. Diagn. F. N. IV, n. 126. — Maculis 6580
oblongis, exaridis, albicantibus, fusco-rubiginoso-marginatis, interdum pinnam dimidiam et ultra occupantibus; peritheciis punctiformibus, sparsis v. quandoque gregariis, atro-nitidis, minute ostiolatis; contextu membranaceo, fuscidulo, celluloso-radiato; sporulis ovalibus, compressis, continuis, hyalinis, 5-6 ≈ 2,5-3, a latere visis 1,5 μ. cr.

Hab. in foliis Cycadis revolutæ, Parma in horto botanico Ital. bor.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

18. **Leptothyrium Pirolæ** Karst. Symb. XIX, pag. 88. — Peritheciis 6581
gregariis vel confertissimis, sæpe confluentibus, subcircularibus, nitidis, cupulato-collapsis, atris, punctiformibus; sporulis elongatis, 2-3 ≈ 0,5.

Hab. in pag. sup. foliorum siccorum Pirolæ umbellatæ, Villnäs prope Mustiala Fenniæ.

19. **Leptothyrium Melampyri** Bäuml. F. Schemn. I, p. 7. — Maculis 6582
nullis vel sordide griseis, irregularibus; peritheciis superficialibus varie dehiscentibus, contextu parenchymatico fuligineo; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, hyalinis, numerosissimis; 4-5 ≈ 1,5, concatenatis (?); basidiis nullis visis.

Hab. in foliis vivis Melampyri nemorosi, Antal prope Prenzow Hungariæ.

20. **Leptothyrium gentianæcolum** (DC.?) Bäuml. Myc. Not. p. 1, *Depazea* (DC.) Fr. S. M. II, p. 531, Sacc. Syll. III, p. 62. — Maculis rotundis vel irregularibus griseis dein brunneis; peritheciis subcutaneo-erumpentibus, 60-100 μ. diam., minute parenchymaticis; sporulis elongatis, utrinque rotundatis, 14-16 ≈ 3, rectis v. curvulis. 6583

Hab. in foliis Gentianæ acaulis prope Innsbruck Tirolíæ transalpinæ.

21. **Leptothyrium Lycopi** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1775. — Peritheciis applanatis irregularibus nigris; sporulis semilunatis, curvis, 6584

Hab. in caulibus emortuis Lycopi europæi ad fossas et ripas Fion, Marne Galliæ.

22. **Leptothyrium microsporum** Sacc. in Rev. Myc. 1886, p. 22. — 6585
Peritheciis epiphyllis, sparsis, applanatis, circulari-subangulosis, $^1/_2$ mm. diam., radiato-contextis, centro pertusis; sporulis allantoideis, perexiguis, 3-4 ≃ 1-1,3.

Hab. in foliis languidis Solani, Guarapì Brasiliæ.

23. **Leptothyrium tataricum** Brun. Champ. Saint. VII, pag. 5. — Peritheciis sparsis, aggregatis vel seriatis, suborbicularibus, discoideis, leviter collabascentibus, nigris, nitidis; sporulis oblongis, hyalinis, 2-guttatis, 6-7 ≃ 2,5. 6586

Hab. in caulibus emortuis Polygoni tatarici in hortis Rochefort Galliæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

24. **Leptothyrium decipiens** Berk. Fl. Antarc. II, p. 449, t. 163, f. 3. — Suborbiculare, atrum, nitidum; sporulis tenerrimis, irregulari-subfusiformibus, quandoque curvatis. 6587

Hab. in culmis Rostkoviæ grandifloræ, Falkland Island Amer. austr.

25. **Leptothyrium fuegianum** Speg. F. Fueg. n. 425. — Peritheciis sparsis, atris, scutato-orbicularibus 90-100 μ. diam., tenui-membranaceis; contextu laxe prosenchymatico-reticulato, margine non vel vix denticulato, dilute fuligineo; ostiolo latiusculo, impresso; sporulis ellipticis, utrinque leniter rotundatis, 2-3 ≃ 0,8-1, continuis, hyalinis. 6588

Hab. ad culmos emortuos Rostkoviæ grandifloræ in Fuegia prope Chair island Brasiliæ. — Statum spermogonicum *Microthyrii fuegiani* sistit.

26. **Leptothyrium culmigenum** Sacc. et Brun. Camp. Saint. p. 340. — Peritheciis sparsis vel adproximatis, discoideis, convexulis, nigris, subastomis; sporulis ovato-oblongis, hyalinis, 3 ≃ 1,5. 6589

Hab. in culmis Bambusæ arundinaceæ, Saintes Galliæ.

27. **Leptothyrium Angelæ** Sacc. in Rev. Myc. 1884, tab. LV, fig. 5 bis. — Peritheciis superficialibus, gregariis, planis, subcircularibus radiato-contextis margine fimbriatis, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. diam.; sporulis fusoideis, minutis, utrinque acutiusculis, 7-8 ≃ 1, hyalinis. 6590

Hab. in culmo Bambusæ mitis cult. in Gallia meridionali (Angèle Roumeguère).

28. **Leptothyrium crastophilum** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. 6591

IV, p. 290. — Peritheciis sparsis, scutellato-applanatis, orbicularibus, opace nigro-brunneis, 210-250 μ. diam., demum collabascentibus, contextu radiato; sporulis cylindraceis, vulgo rectis, hyalinis, utrinque 1-guttatis, 9-10 ≍ 2.

Hab. in culmis et foliis Calamagrostidis arundinaceæ, Poix Galliæ.

29. **Leptothyrium juncinum** Cooke et Harkn. in Grev. XIII, p. 113. 6592
— Gregarium; peritheciis scutiformibus atris, opacis, planis demum concavis, orbicularibus; sporulis cylindraceis, obtusis, continuis, hyalino-olivaceis, basidiis brevissimis suffultis.

Hab. in Junco in California (Harkness).

---

30. **Leptothyrium magnum** Speg. Fl. Guar. nonn. n. 140. — Peritheciis (stromatibus?) majusculis superficialibus, dimidiato-orbicularibus, tenui-membranaceis, prosenchymatico-radiantibus, atris, glabris, centro 1-3-colliculoso-loculigeris, 0,5-3 mm. diam., loculis albo-farctis, 60-80 μ. diam.; sporulis elliptico-cylindraceis utrinque obtusulis, 8-10 ≍ 3, subguttulatis, hyalinis. 6593

Hab. in foliis vivis Nectandræ speciei in silvis Caa-guazù Brasiliæ. — Species pulcra, novi generis facillime typus, statum sporuligerum *Polystomellæ* v. *Hysterostomellæ* sistens.

31. **Leptothyrium ampullulipedum** Speg. Fl. Guar. nonn. n. 141. — 6594
Characteribus externis simillimum *Asterinæ ampullulipedi*, cujus est st. sporuliger; sporulis ellipsoideo-cylindraceis, utrinque subtruncato-rotundatis, 6 ≍ 3, hyalinis.

Hab. ad folia Laurineæ cujusdam prope Villarica Brasiliæ. — *Lept. punctulatum* Sacc. in Roum. F. G. n. 1213 ex errore typ. sub nom. *L. pulchelli* prostat.

PIGOTTIA Berk. et Br. — Syll. III, p. 636.

1. **Pigottia atro-nitens** Oud. — Syll. III, p. 637 — forma **Gleditschiæ** 6595
Pass. in Brun. Champ. Saint. V, p. 7. — Sporulis exiguis, oblongis, ex hyalino flavidis; basidiis filiformibus, hyalinis.

Hab. in ramis emortuis Gleditschiæ Triacanthi, Saintes Galliæ.

2. **Pigottia substellata** Cooke Grev. XX, p. 6. — Hypophylla; peritheciis in cæspitulos parvos, 1-2 mm. diam., suborbiculares, stellatos, nigros confluentibus, applanatis, interdum distinctis, maculis majusculis, fulvis insidentibus; sporulis cylindraceis, rectis, utrinque obtusis, 8 ≍ 1, hyalinis, basidiis longioribus, simplicibus fultis. 6596

Hab. in foliis Eucalypti, Victoria Australiæ (MARTIN).

3. **Pigottia Gneti** Oud. Microm. I, p. 6. — Peritheciis amphigenis, superficialibus, nigris, orbiculari-ellipticis, 0,5 mm. diam. non excedentibus, depressis, dimidiatis, astomis, tenui-parenchymaticis; sporulis oblongis v. subcylindraceis, hyalinis, granulosis, continuis, 11-19 ≃ 2,5-3,5; basidiis cylindricis, acutatis, sporulam subæquantibus, ex pariete interiore perithecii oriundis. 6597

Hab. in foliis Gneti Gnomonis culti in horto bot. Amsterdam Nederlandiæ (PLEMPER VAN BALEN).

ERIOTHYRIUM Speg. F. Fueg. n. 426 (Etym. *erion* lana et *thyreos* scutum). — Perithecia minuta, scutato-dimidiata, matrice adnata, ostiolata, subiculo effuso, tenuissimo, fumagineo cincta. Sporulæ hyalinæ, ovato-oblongæ, continuæ.

1. **Eriothyrium dubiosum** Speg. F. Fueg. n. 426. — Peritheciis sparsis, atris, minutissimis, scutato-dimidiatis, 80 μ. diam., tenuissime membranaceis, contextu pellucido, subprosenchymatico, ostiolo lato, 20 μ. diam., impresso pertusis, subiculo late effuso, nigro-olivaceo, submembranaceo, ex hyphis crebre toruloso-articulatis, articulis subcuboideis, 3-10 ≃ 3-4, grosse 1-guttulatis, efformato cinctis; sporulis ellipticis v. ovoideis, utrinque obtusiusculis, 3-4 ≃ 1, rectis v. curvulis, hyalinis. 6598

Hab. ad folia viva v. languida Pernettiæ mucronatæ in Staten island Brasiliæ.

TRICHOPELTULUM Speg. F. Puigg. n. 342 (Etym. *thrix* pilus et *pelte* scutum). — Mycelium e fibris pro ratione majusculis, membranaceo-applanatis, vittiformibus, non costatis, dendritico-ramulosis, prosenchymatico-contextis efform tum. Perithecia superficialia v. fibris tecta, dimidiato-scutata, parvula, ostiolata. Sporulæ continuæ, hyalinæ. — Status sporulifer *Trichopeltidis*.

1. **Trichopeltulum pulchellum** Speg. F. Puigg. n. 432. — Vittis mycelii membranaceo-pellucidis, prosenchymaticis, olivaceis, laxe ramoso-intricatis, longiusculis atque latiusculis; peritheciis pusillis, ostiolo rotundo perforatis; sporulis hyalinis, minutissimis, utrinque subtruncatis, continuis, 4-6 ≃ 1. 6599

Hab. ad folia viva Myrtacearum in dumetis prope Apiahy Brasiliæ.

MELASMIA Lév. — Syll. III, p. 637.

1. **Melasmia Empetri** Magn. in Bericht. Deut. bot. Gesell. 1885, p. 104. 6600
— Pustulis atris, subcutaneis, bullato-prominulis e peritheciis paucis, confluentibus formatis, supra inæqualiter rimosis; sporulis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, medio leniter coarctatis, 12-17 ≈ 3,5-4,8, intus granulosis, hyalinis; basidiis bacillaribus, simplicibus, sporulâ subquadruplo longioribus, fasciculatis.

Hab. in ramulis vivis junioribus Empetri nigri in insula Wollin Borussiæ.

2. **Melasmia pulchella** Speg. Fl. Guar. noun. n. 145. — Maculis nullis; 6601
stromatibus minutis epiphyllis, sparsis, 1-locularibus convexo-prominulis, 0,5 mm. diam., atro-nitidulis, intus albo-farctis; sporulis ellipsoideo-subovoideis, obtusulis granuloso-farctis, hyalinis, 9-11 ≈ 4-5.

Hab. in foliis vivis Eugeniæ speciei in vallecula Yacan-guazù inter Paraguarì et Valenzuela Brasiliæ.

3. **Melasmia Eucalypti** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 25. — Maculis 6602
orbicularibus v. confluentibus, 2 mm. diam., atris; peritheciis paucis, subgregariis, ellipticis lanceolatisve, rima dehiscentibus, dein hysteriiformibus; sporulis lanceolatis, utrinque acutis, continuis, hyalinis, 25 ≈ 6; basidiis subelongatis, simplicibus, hyalinis.

Hab. in foliis emortuis Eucalypti, Brisbane Australiæ (Bailey).

4. **Melasmia hypophylla** (B. et Rav.) Sacc. *Leptostroma* B. et Rav. 6603
F. Carol. III, n. 45, *Melasmia Gleditschiæ* Ell. et Ev. Journ. Mycol. 1888, pag. 45. — Peritheciis hypophyllis, applanatis, rugulosis, 0,5-1 mm. diam., dense sparsis, maculam fusco-brunneam occupantibus; sporulis oblongis, hyalinis, 3-5 ≈ 1-1,5, continuis; basidiis dense fasciculatis, 10-12 μ. long.

Hab. in foliis vivis Gleditschiæ Triacanthi, Concordia Mo., Louisiana, Manhattan Ka. Amer. bor. (Demétrio, Langlois, Kellerman, Swingle) Carolina (Ravenel).

5. **Melasmia Escallonia** Speg. F. Fueg. n. 429. — Maculis nullis; 6604
peritheciis sparsis, epiphyllis, innatis, atris, subnitentibus, orbicularibus, minutissimis, 180-250 μ. diam., in vivo prominulis, in sicco collabascenti-rugulosis, coriacellis, contextu indistincto; sporulis globulosis, 4-5 μ. diam., granuloso-farctis, hyalinis.

Hab. ad folia dejecta putrescentia Escalloniæ serratæ in silvis pr. Shammacus Fuegiæ.

6. **Melasmia antarctica** Speg. F. Fueg. n. 428. — Maculis nullis; peritheciis epiphyllis, innatis, atris, nitentibus, orbicularibus, 0,8-1,2 mm. diam., in vivo subhemisphærico-prominulis, in sicco cupulato-collabescentibus, sparsis v. rarius 1-2-aggregatis, coriaceis, contextu indistincto aterrimo; sporulis cylindraceis v. ellipticis, utrinque rotundatis v. truncatis, 3-4 ≂ 1, ac minute 1-guttulatis, hyalinis v. subchlorinis. 6605

Hab. ad folia viva Fagi antarcticæ var. sublobatæ in montanis prope Port Cook in Staten island Fuegiæ. — An potius *Placosphæria?*

LEPTOSTROMA Fr. — Syll. III, p. 639.

1. **Leptostroma Sequoiæ** Cooke et Hark. in Grevillea XIII, p. 113. — Gregarium, superficiale, innatum, hysteriiforme, atro-fuscum, nitidum, siccitate centro collapsum; sporulis sublanceolatis, curvatis, continuis, hyalinis, 16 ≂ 3. 6606

Hab. in ramulis Sequojæ in California (Harkness).

2. **Leptostroma Punicæ** Pass. in Journ. d'Hist. Bord. p. 136, Brunaud Liste Sphærops. pag. 85. — Peritheciis lineari-oblongis, nigris, gregariis, primo tectis, dein epidermide secessa liberis; sporulis fusoideis, 5-7 ≂ 1,5, hyalinis; basidiis filiformibus, plus minus longis. 6607

Hab. in ramulis emortuis Punicæ Granati, Saintes Galliæ.

3. **Leptostroma Ludovicianum** P. Har. Journ. de Bot. 1891, p. 172. — Peritheciis innatis, atris, oblongis, lanceolatis linearibusve, interdum hysteriiformibus, rectis, fibris ligni circumdatis, 0,5-1 mm. long., 0,2-0,5 mm. lat.; sporulis ovato-oblongis, obtusis v. subfusoideis, obscure guttatis, hyalinis, 8-10 ≂ 2,5-3,5; basidiis filiformibus, 25-40 ≂ 1-1,5. 6608

Hab. ad ramos et truncos gelu necatos Fici Caricæ, Méry-sur-Seine, Aube Galliæ.

4. **Leptostroma herbarum** (Fr.) Link. — Syll. III, pag. 645. — Var. **spiræinum** Sacc. et Br. Fl. crypt. Aub. p. 416. — Sporulis oblongis, obtusissimis, 2-guttatis, 7-8 ≂ 3,5-4 (hinc quam in typo paullo crassioribus). 6609

Hab. in caulibus siccis Spirææ Ulmariæ, Villechétif, Aube Galliæ.

5. **Leptostroma Virgaureæ** Br. et Har. in Rev. Myc. 1890 Oct. — Peritheciis subepidermicis, dein superficialibus, primo punctiformibus, nigris, nitentibus, dein depressis, sulcatis, sæpe confluenti- 6610

bus et series irregulares efformantibus, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam.; sporulis incurvis, falcatis, utrinque acutis, simplicibus, hyalinis, 8-10 ≃ 2-2,5.

Hab. in caule arido Solidaginis (Virgaureæ) prope Clermont-Ferrand Galliæ (R. Héribaut).

6. **Leptostroma Luzulæ** Lib. Crypt. I, n. 75 (1830) Sacc. F. Ard. n. 198, Syll. III, p. 644. — Perithecia facile secedentia, contextu minutissime celluloso; sporulæ fusoideæ, minutissimæ, 5 ≃ 1, rectæ. In foliis Luzulæ maximæ in Arduennis.

7. **Leptostroma bambusinum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. IX. — 6611
Peritheciis hysterioideis, 1-1,5 mm. long., 0,5-1 mm. lat., initio epidermide fissa velatis, extus atris, intus stromatice albidis, postremo rima longitudinali dehiscentibus; sporulis bacillaribus, continuis, hyalinis, 13 ≃ 1, curvulis v. rectis.

Hab. in culmis Bambusæ, Tonkin Sinarum.

8. **Leptostroma maculans** Lib. Crypt. IV, n. 375 (1837), Sacc. F. 6612
Ardenn. n. 197. — Maculis minutis, oblongis, confluendo elongatis, e fibrillis radiantibus ortis, nigris; peritheciis minutis nitidis, atris, subrotundo-elongatis, poro subrimoso dehiscentibus; sporulis . . . . non visis.

Hab. in culmis Secalis in Arduennis. — Species, ignota fructificatione, omnino dubia.

LABRELLA Fr. — Syll. III, p. 647.

1. **Labrella arctica** Fuckel in Heuglin Reis. Nordpolarmeer vol. III 6613
et Oud. Contr. Myc. Now. Seml. p. 5. — Peritheciis discoideis, punctiformibus, minutis, nigris, orbicularibus seu oblongis, planis; sporulis cylindraceis, continuis, rectis, utrinque obtusis, hyalinis, 12-14 ≃ 4.

Hab. in foliis siccis Potentillæ Fragariastri in insula Nowaja Semlja.

2. **Labrella Heraclei** (Lib.) Sacc. Syll. III, p. 648, *Cheilaria Heraclei* Lib. Crypt. III, n. 254 (1834). — Sporulæ fusoideæ, curvulæ, 28-32 ≃ 5-6 binucleatæ spurieque 1-septatæ, hyalinæ. Ad caules Heraclei Sphondylii siccos in Arduennis.

3. **Labrella? Agrostidis** (Lib.) Sacc. F. Ard. n. 195, *Cheilaria Agro-* 6614
stidis Lib. Crypt. I, n. 63 (1830). — Maculis fusco-albescentibus aut nullis; peritheciis immersis, utrinque prominulis, ovatis elongatisve, atris, rima longitudinali dehiscentibus; cirris albis; sporulis fusoideis, biguttatis (Lib.).

Hab. in foliis Agrostidis vulgaris in Arduennis. — Sporulas ipse non vidi.

SACIDIUM Nees. — Syll. III, p. 649.

1. **Sacidium Camelliæ** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 3. — Peritheciis sparsis, superficialibus, dimidiatis, atris, opacis, magnitudine variis, plerumque minutis; sporulis subglobosis, continuis, pallide fuscis, 10 ≍ 8. 6615

Hab. in foliis languidis Camelliæ, Melbourne Australiæ (F. Campbell).

2. **Sacidium Eucalypti** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 75. — Amphigenum; peritheciis gregariis, erumpentibus, minimis, applanatis, atris, mox superne deficientibus; sporulis globosis, continuis, hyalinis, 5-6 μ. diam. 6616

Hab. in foliis emortuis Eucalypti Globuli, Melbourne Australiæ (Reader).

3. **Sacidium Ulmi-gallæ** Kell. et Sw. Journ. Mycol. 1889, p. 72. — Maculis nullis; pseudoperitheciis in gallarum superficie areas indefinite atratas occupantibus, subgregariis, parcis, nigris v. nigricantibus, ovatis, ellipticis vel irregulariter linearibus, 0,5-2 ≍ 0,2-0,5 mm., inæqualiter inflatulis, dein applanatis et corrugatis, primo rimosis dein late dehiscentibus, contextu spurie celluloso; sporulis ovato-clavatis vel subteretibus, utrinque obtusis, 7,5-11 ≍ 3-5, minute guttulatis; basidiis tereti-clavatis, continuis v. obsolete septatis, stipatis, 15-25 ≍ 2-4. 6617

Hab. in gallis ad pag. sup. foliorum Ulmi americanæ, Manhattan Kans. Amer. bor.

4. **Sacidium lignorum** Peck 42 Rep. p. 30. — Peritheciis sparsis v. aggregatis, numerosis, tenui-membranaceis, clypeatis, astomis, 4-5-angulis, nigris, facile secedentibus; sporulis minutis, oblongis, hyalinis v. dilute coloratis, 4 ≍ 2. 6618

Hab. in fundo dolii in cella vinaria, Flatbush Long Island Am. bor. (J. L. Zabriskie).

5. **Sacidium depazeoides** Cooke Grev. XIX, p. 7. — Peritheciis in maculis suborbicularibus vel confluentibus, ochraceis insidentibus, membranaceis, demum sursum dissilientibus; sporulis globosis, subglobosisve, hyalinis, 12 μ. diam. 6619

Hab. in foliis Aspidopterygis caudatæ in India.

6. **Sacidium Epimedii** Cooke Grev. XV, p. 116. — Peritheciis spar- 6620

sis, hypophyllis, innatis, convexis, dein supra pertusis, tenuissimis; sporulis subglobosis, continuis, hyalinis, circ. 4 μ. diam.

Hab. in foliis languidis Epimedii alpini, Kew Britanniæ.

7. **Sacidium? brasiliense** Speg. F. Puigg. n. 433. — Maculis nullis; peritheciis hemisphæricis, minutis, 250–300 μ. diam., atris, superficialibus, anhistis, pellucidis, astomis; sporulis e globoso ellipticis, continuis, e chlorino hyalinis, 8 ≃ 6-7. 6621

Hab. ad folia Polygoni sp. cujusdam in uliginosis pr. Apiahy Brasiliæ. — *Sacidii* species hæc et aliæ perplurimæ (*S. Spegazzinianum* Sacc., *S. venetum* Speg., *S. Ulmariæ* Sacc. et Roum., *S. chartarum* Sacc. et Penz.), teste Speg. loc. cit., sunt sine ullo dubio delendæ, nam sporangia *Pilobilorum* expulsa tantum sistunt. «Probabile in nonnullis quidem videtur sed ulterius inquirendum».

8. **Sacidium Polygonati** Ell. et Mart. in Amer. Nat. 1884, p. 1264. — Peritheciis applanatis, globulosis v. ellipsoideis, 200–230 μ. diam., astomis, contextu subradiatim parenchymatico, compacto; sporulis subglobosis v. e pressione subangulosis, 5-7 μ. diam. 6622

Hab. ad caules emortuos Polygonati gigantei, New Jersey Amer. bor.

9. **Sacidium Desmazierii** Mont. in Desm. Pl. crypt. III, n. 351 (non vidi).

TRICHOPHILA Oudemans Hedw. 1889, n. 6 (Etym. *thrix* pilus et *philos* amicus). — Stroma applanatum, effusum, piceum, intus p. m. distincte plurilocellatum, pallidius, basi propria destitutum. Sporulæ oblongæ, continuæ, hyalinæ, basidiis brevissimis. — *Placosphæriæ* analogon.

1. **Trichophila Myrmecophagæ** Oudem. loc. cit. — Stromatibus $^1/_3$-$^1/_2$ mm. long., nunc rotundis, tunc ovalibus, oblongis v. lineari-oblongis, sparsis v. in series dispositis, versus medium altioribus, versus ambitum declivibus; loculis seriatis, monostichis, 60 ≃ 45, tandem poro minimo centrali dehiscentibus; sporulis in basidiis brevissimis acrogenis, oblongis, 14-16 ≃ 4, pro varia ætate aut protoplasmate granuloso aut simul guttulis 1-3 repletis. 6623

Hab. in pilis Myrmecophagæ jubatæ, Amsterdam Nederlandiæ (Max Weber).

Sect. 2. Phæosporæ.

ASTEROSTOMELLA Speg. Guar. I, p. 151 (Etym. *aster* et *stoma*). —

Perithecia dimidiato-scutata, subiculo fumagineo insidentia, radiato-dehiscentia. Sporulæ continuæ, ovoideæ, fuligineæ. — Verisimiliter sistit spermogonium *Seynesiæ*, *Asterinæ* et *Micropellidis*.

1. **Asterostomella paraguayensis** Speg. Guar. I, p. 151. — Maculis 6624
nullis, subiculo amphigeno, laxe radiante, plagulas orbiculares, 2-3 mm. diam., brunneas, sæpe confluentes formantibus; hyphis repentibus, dense septatis, laxe ramoso-intricatis, 2,5-3,5 μ. cr.; peritheciis orbicularibus, 50-90 μ. diam., atris, glabris, contextu parenchymatico-radiante, pellucido, olivaceo-fuligineo, margine plus minus fimbriatulo; sporulis ovoideis, sæpe 1-guttatis, 14-20 ≃ 8-14, fuligineis; basidiis brevibus, hyalinis, mox diffluentibus.

Hab. ad folia viva Cestri, Rutacearum etc. in tota regione paraguayensi.

2. **Asterostomella subreticulata** Speg. Fl. Guar. nonn. n. 143. — Facie 6625
omnino simillima *Asterinæ subreticulatæ* (Syll. IX, p. 390) cujus est spermogonium; sporulis piriformi-ovoideis, continuis vel binucleatis, 20-24 ≃ 14-16, fuligineis.

Hab. in foliis vivis Cestri pubescentis in silvis pr. Guarapì et Villarica Brasiliæ. — Var. **microspora**. Cfr. Speg. loc. cit.: sporulis conspicue minoribus, 16-20 ≃ 10-12. In foliis Cestri cujusdam, ibidem.

3. **Asterostomella cristata** Speg. Fl. Guar. nonn. n. 142. — Cha- 6626
racteribus externis simillima *Asterinæ cristatæ* (Syll. IX, p. 391) cujus est spermogonium; sporulis ovoideis, continuis, rarius, binucleatis, 20-24 ≃ 12-14, fuligineis.

Hab. in foliis vivis vel languidis Rutaceæ cujusdam in silva subvirginea Caa-guazù Brasiliæ.

4. **Asterostomella cingulata** Speg. Fl. Guar. nonn. n. 144. — Sper- 6627
mogonium *Micropellidis Balansæ* Speg. loc. cit. n. 127, quacum characteribus externis perfecte congruit; peritheciis tamen paullo minoribus, 80-90 μ. diam.; sporulis ovoideis, 12 ≃ 6, fere opace fuligineis, ad tertium superum cingulo transverso, fere hyalino ornatis.

Hab. in foliis vivis Euphorbiaceæ (Sebastianæ?) cujusdam in dumetis silvæ Caa-guazù Brasiliæ.

5. **Asterostomella peraffinis** Speg. F. Puigg. n. 434. — Subiculo et pe- 6628
ritheciis ut in statu ascophoro (*Asterina peraffinis* Sp., Syll. IX, p. 392); sporulis obovatis, continuis, fuligineis, 12-15 ≃ 8-10, dense constipatis.

Hab. ad folia viva Asclepiadeæ cujusdam in silvis prope Apiahy Brasiliæ. — Species statum spermogonicum *Asterinæ peraffinis* sistens.

LASMENIA Speg. Guar. I, p. 152 (Etym. metathesis *Melasmiæ*). — Perithecia *Melasmiæ* dimidiata, plana subastoma v. rimosa, membranacea, atra, stromate effuso nigricante sæpius phyllogeno innata. Sporulæ continuæ fuligineæ v. aliter coloratæ.

1. **Lasmenia Balansæ** Speg. Guar. I, p. 152. — Stromatibus hypophyllis, minutis, 0,3-0,6 mm. diam., irregularibus, subepidermicis, densiuscule sparsis, numquam confluentibus, atris, levibus, glabris, loculis uno vel binis in quoque stromate inæqualibus, albo-farctis; sporulis ellipticis, utrinque obtusis, 15-20 ≃ 8-9 non v. grosse 1-guttulatis, fuligineis, muco subfilamentoso immerso-obvallatis. 6629

Hab. ad folia viva Eugeniæ speciei, Cerro Hu pr. Paraguari.

10. **Colletotrichum glœosporioides** Penzig, Syll. III, p. 735 — var. 6854
Hederæ Passer. Diagn. F. N. IV, p. 15. — Differt a typo setulis tortuosis semper integris inferne fuligineis, apice pellucidis, obtusis et subinde clavulatis; conidiis fusiformibus rectis vel curvulis, 18-20 ≂ 5-6, hyalinis, pluriguttulatis.

Hab. in maculis arescentibus foliorum vivorum Hederæ Helicis in viridario publico Parma et Bologna.

11. **Colletotrichum ampelinum** Cav. Mat. Lomb. p. 21, t. II, f. 5. — 6855
Acervulis epiphyllis, minutis, in maculis irregularibus sparsis, epidermide cito erumpentibus, setulis 3-20 rigidiusculis, rectis v. curvulis, continuis, atro-olivaceis, apice dilutioribus, 50-150 μ. long.; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, 2-guttatis, hyalinis, 13-14 ≂ 4-5.

Hab. in foliis Vitis Labruscæ in horto botanico Pavia Italiæ.

PESTALOZZIELLA Sacc. et Ell. Syll. III, p. 737.

1. **Pestalozziella Geranii-pusilli** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 103, 6856
t. III, f. 22. — Acervulis punctiformibus, hypodermeis, in maculis amphigenis, parvis, suborbiculatis, expallentibus, margine subincrassato ferrugineo-limbatis insidentibus; conidiis (haud stipitatis?)

oblongis, utrinque obtusis, 14–19 ≃ 6–8, plasmate subchlorino farctis, sub apice ex uno latere setula e basi in ramis 3-5-subdichotomo-divisa ornatis, ramis setulæ longitudinem conidii sæpe adæquantibus.

Hab. in foliis Geranii pusilli, Tregnago Agri veron. — Afnis *P. subsessili.*

2. **Pestalozziella Andersoni** Ell. et Everh. Bot. Gaz. 1891, p. 18, t. VII, f. 12–14, Journ. Myc. 1889, p. 65. — Acervulis amphigenis, dense sparsis, nigris, erumpentibus, discoideis, 150-200 μ. diam.; conidiis ovato-ellipsoideis, subacutis, hyalinis, continuis, 15–22 ≃ 7–10, crista irregulari, 3-4-partita, e setulis patentibus, 12–15 μ. long. formata, donatis; basidiis nullis v. obsoletis. 6857

Hab. in foliis vivis Asclepiadis v. Apocyni, Sand Coulee, Mont. Amer. bor. (F. W. Anderson).

3. **Pestalozziella circularis** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 80. — Pseudo-peritheciis amphigenis, circulariter dispositis, convexulis, denique irregulariter erumpentibus, brunneis, dein nigricanti-nitidulis, *Phyllachoræ* instar; conidiis elliptico-cylindraceis, 30-34 ≃ 8–10, hyalinis, continuis, intus granulosis, apice unisetis, basi breviter crasseque stipitatis setisque 3–4 divergentibus hyalinis ornatis. 6858

Hab. in foliis emortuis Eucalypti parvifloræ in Australia (Mrs. Martin.)

4. **Pestalozziella Yuccæ** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 362. — Acervulis gregariis, vulgo orbicularibus, epidermide dein circumscisso-soluta velatis, atris, disco pallescente, 0,2 mm. v. paullo ultra lat.; conidiis clavato-oblongatis, nonnunquam medio constrictis, continuis, hyalinis, 44–50 ≃ 12–15, apice appendiculis 4, tenellis, 20 μ. circ. long. instructis. 6859

Hab. ad Yuccam, Texas Amer. bor. (Trécul).

Sect. 2. Phæosporæ.

MELANCONIUM Link — Sacc. Syll. III, p. 749.

1. **Melanconium triangulare** E. et E. in Journ. of Myc. 1886, p. 38. — Acervulis epidermide tectis, orbicularibus, parvis, stromate corticali, centro in pustulam conicam elevato; conidiis obtuse triangularibus, minutis, 5–6 μ. diam., brunneis, in massam atram coalitis; basidiis gracilibus, 15 ≃ 1. 6860

Hab. in ramulis emortuis Carpini americanæ, West Chester, Pennsylvania Amer. bor.

2. **Melanconium zonatum** Ell. et Ev. in Peck 44 Rep. p. 24. — *M. bicolori* affine sed stromate albo carens et conidiis zona pellucida medio notatis. 6861

Hab. in ramis Ostryæ virginicæ, Clarkville Amer.

3. **Melanconium dimorphum** Peck 40 Rep. p. 62. — Acervulis pusillis, subcutaneis, subprominulis, fere conicis, nigris, stromate albo præditis; conidiis dimorphis, aliis angustis, cylindraceis, rectis vel curvis, 7,5-10 ≍ 2, aliis oblongis, ellipsoideis v. subfusoideis, coloratis, 10-12,5 ≍ 5-6,5, in massas nigras erumpentibus. 6862

Hab. in ramis emortuis Alni viridis, in montibus Adirondack Amer. bor.

4. **Melanconium betulinum** S. et K. — Syll. III, p. 756 — *Didymosporium elevatum* Lib. Crypt. IV, n. 391 (1837) ex parte, an et Linkii? — Occurrit quoque in ramis exsiccatis Betulæ albæ in Arduennis. Conidia ovoidea, 10-12 ≍ 8-9, fuliginea.

5. **Melanconium salicinum** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, p. 103. — Acervulis sparsis, tuberculiformibus v. sæpe sursum truncatis, circiter 1 mm. diam. crassis, epidermide rupta cinctis; conidiis ovato-ellipsoideis, brunneis, 10-12 ≍ 6-7. 6863

Hab. in ramulis emortuis Salicis nigræ in America boreali (Langlois). — Differt a *M. bicolori* matrice atque stromate albo nullo.

6. **Melanconium gracile** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1885, pag. 44. — Pustulis prominentibus, seriatim dispositis, in rimis longitudinalibus corticis, stromate minuto albescente; conidiis oblongo-cylindraceis, pallide brunneis, 15-18 ≍ 4-5. 6864

Hab. in ramulis emortuis Caryæ albæ, Plainfield Amer. bor. (Geo. F. Mescutt).

7. **Melanconium Gleditschiæ** Bacc. Cat. Fung. Avell. p. 374. — Acervulis sparsis, rotundis, subcutaneis, epidermide atrata, poro aperta tectis; conidiis ovoideis, olivaceo-fuscis, 12 ≍ 7, circa porum sæpe papillam atram, prominulam rarius cirrosam formantibus. 6865

Hab. in ramis siccis Gleditschiæ et Carpini (?) pr. Avellino Ital. austr.

8. **Melanconium fuligineum** (Scrib. et Viala) Cav. Bitt. Rot. 1888, p. 4, Berl. Due Parass. Vite p. 444, *Greeneria fuliginea* Scribner et Viala Compt. Rend. Sept. 1887. — Acervulis sparsis vel subinde gregariis, primo griseo-cinereis, dein fuligineis, epidermide tectis, dein rimose erumpentibus; conidiis ovoideis v. ellipsoideis, plerumque navicularibus v. inæquilateralibus, utrinque acutiusculis, 9-12 ≍ 6866

4–6, haud raro 14 μ. long., olivascentibus, guttulatis; basidiis filiformibus e stromate conoideo parenchymatico albido oriundis, longiusculis.

Hab. in baccis maturescentibus Vitis viniferæ in Amer. bor. (Scribner) ubi morbum *bitter rot* causat, nec non prope Vittorio Ital. bor. (Berlese).

9. **Melanconium phyllostictoides** Speg. F. Puigg. n. 449. — Maculis irregulariter orbicularibus, 5-20 mm. diam., sæpe confluentibus ac totum fere folium occupantibus, determinatis, sordide fulvo-fuscescentibus, zona strictissima rufescenti-fusca cinctis; acervulis amphigenis, dense sparsis e lenticulari conoideis, 200 μ. diam., primo tectis, mox erumpentibus atris; conidiis e fronte discoideis, 6–8 μ. diam., e latere compressis, 1–guttulatis, fuligineis. 6867

Hab. ad folia viva Xanthoxyli speciei cujusdam in dumetis pr. Apiahy Brasiliæ. — Species pulchella conidiis *Lasmeniarum* sporulas perfecte imitantibus.

10. **Melanconium pallescens** Bäuml. Crypt. Presb. p. 27. — Acervulis minutis, 150–200 μ. lat., nigris, sub epidermide dealbata nidulantibus; conidiis ovatis, fuligineis, sæpe inæquilateralibus, 14-18 ∽ 7-9; basidiis hyalinis, 8 ∽ 3. 6868

Hab. in ramulis emortuis Corni sanguineæ, Pressburg Hungariæ.

11. **Melanconium Tiliæ** Peck 42 Rep. Rep. p. 31. — Acervulis subcutaneis, minutis, epidermidem vix elevantibus; conidiis ovoideis v. oblongis v. subellipsoideis, nigris, 22,5-27,5 ∽ 17,5-20, in massulas nigras erumpentibus. 6869

Hab. in ramis emortuis Tiliæ americanæ, Mechanicville Amer. bor.

12. **Melanconium foliicolum** Peck 42 Rep. p. 31. — Maculis orbicularibus, brunneis vel rubro-brunneis, margine angusto, obscuriore cinctis; acervulis hypophyllis, minutis, nigris; conidiis ellipsoideis, subcoloratis, 10–12,5 ∽ 7,5. 6870

Hab. in foliis vivis Sassafras Manor Amer. bor.

13. **Melanconium Rusci** C. et Mass. Grev. XVII, p. 3. — Acervulis sparsis, orbicularibus, erumpentibus, cuticula brunnea lacerata tectis; conidiis ellipsoideis, subolivaceis, 12 ∽ 7–8. 6871

Hab. in phyllodiis Rusci aculeati, Kew London Britanniæ. — A *Sphæropside Rusci* defectu perithecii etc. mox distinctum.

14. **Melanconium æcidiiforme** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 123. — Acervulis nigris, zona alba cinctis, primo subepidermicis, dein promi- 6872

nentibus, cylindraceis, 0,5-1 mm. alt., apice truncatis, stromate albo basi præditis; conidiis ovoideis v. subglobosis, nigris, opacis, 1-2-guttatis, 15-20 ≈ 13-15, seriatim dispositis.

Hab in petiolis Mauritiæ flexuosæ, Puerto-Zamuro Venezuelæ.

15. **Melanconium? bambusinum** Speg. F. Guar. nonn. n. 152. — Erumpens, lineare, dense gregarium; acervulis 1-5 mm. long. 0,3-0,4 mm lat., rimose dehiscentibus, intus atris; conidiis subglobosis, sublimoniformibus, majusculis, obscure fuligineis, 30 ≈ 20-30; basidiis (hyphis?) longis repentibus, articulatis, fumoso-olivaceis, superne sæpius uncinato-recurvis basidiisque utroque apice monosporis. 6873

Hab. in culmis dejectis putrescentibus Bambusaceæ cujusdam pr. Paraguari Brasiliæ. — Ad *Coniosporium* nutat.

16. **Melanconium stictoides** Sacc. et Paol. Myc. Mat. pag. 27, t. III, f. 7. — Acervulis epiphyllis, subsparsis, minutis, epidermide operculatim secedente, grisea, $^1/_2$ mm. diam.; conidiis e globoso ovatis, 9-10 ≈ 8, uniguttatis, atro-fuligineis, basi sæpius apiculatis. 6874

Hab. in foliis languidis v. emortuis Monocotyledoneæ verisimiliter Bambusæ vel Dracænæ, Malacca (Scortechini).

BASIASCUM Cavara App. Pat. Veg. p. 11 (Etym. a *basis* basidium et *ascos* uter). — Acervuli subcutanei, mox erumpentes, crustacei. Basidia e stromate parenchymatico orta, brevissima, basi valde inflata fusca. Conidia cito decidua continua, fusca. — «An *Fusicladii* forma v. status?».

1. **Basiascum Eriobotryæ** Cav. loc. cit. f. 19-20. — Acervulis atris, epiphyllis; basidiis inflatis, obscure 1-2-septatis, 12-18 μ. longis, olivaceis pellucidis; conidiis ovato-lanceolatis, basi truncatis, medio constrictis, apice acuminatis, 16-20 ≈ 6-7. 6875

Hab. in foliis Eriobotryæ japonicæ cultæ Caserta Ital. infer.

THYRSIDIUM Mont. — Syll. III, p. 761.

1. **Thyrsidium botryosporum** Mont. — Syll. III, p. 762. — Huc ducenda *Moronopsis inquinans* Delacr. (nov. gen. et sp.) in Bull. Soc. Myc. 1891, p. 109 et Contr. Myc. p. 14, t. III, f. 4. — Nascitur quoque in cortice Fagi, Carpini, Juglandis et in caulibus Hyperici, Saône-et-Loire Galliæ (G. Delacroix).

Sect. 3. Didymosporæ.

DIDYMOSPORIUM Nees. — Syll. III, p. 763.

1. **Didymosporium profusum** (Grev.) Fr. Sacc. Syll. III, p. 763, *Didymosporium elevatum* Lib. Crypt. n. 391 (1837) ex parte. Nascitur quoque in ramis Alni glutinosæ in Arduennis et Alni viridis pr. Trento. Conidia constricta, didyma, utrinque rotundata, 9-12 ≈ 8-9, fuliginea, septo tenui vel spurio divisa, sed crasse biguttata.
2. **Didymosporium effusum** Schw. — Syll. III, pag. 764. — Var. **distinctum** Peck 43 Rep. p. 27. — Acervulis rotundis, erumpentibus, distinctis; conidiis oblongis, oblongo-ovatis v. ellipsoideis, 1-septatis, raro 2-septatis, coloratis, 35-45 ≈ 15-20. 6876

   Hab. in cortice emortuo Ulmi fulvæ, Copake Iron Works Amer. bor.
3. **Didymosporium sepultum** Passer. Diagn F. N. IV, p. 14. — Acervulis subcutaneis, pulvinatis, seriatim digestis v. sparsis, epidermidem leniter sublevantibus, sed non vel vix findentibus; conidiis lanceolato-fusiformibus, medio septatis, non constrictis, olivaceis, 8-12 ≈ 2,5-3; basidiis filiformibus, hyalinis, conidio longioribus. 6877

   Hab. in ramis Mühlenbeckiæ complexæ, Roma. — *Didymosp. Hedysari* Schw. Carol. pag. 75, *Coryneum Hedysari* Schw. Amer. bor. p. 306, sec. exempl. Ravenelii in Desmodio stricto sistit *Uromycetem Hedysari-paniculati* et in alia Desmodii specie *Parodiellam perisporioidem!*

BARKLAYELLA Sacc. n. gen. (Etym. a cl. Doct. med. Arth. Barclay, anno 1891 Simlæ præmature demortuo, de studio *Uredinearum* indicarum meritissimo). — Acervuli subcutaneo-erumpentes, atri. Conidia oblonga, 1-septata, colorata, apice setis 1-3 coronata. — Genus cum *Robillarda* comparandum, sed perithecium nullum.

1. **Barklayella primaria** (Ell. et Ev.) Sacc. *Pestalozzia* E. et E. in Journ. of Myc. 1886, p. 103. — Acervulis hysteriiformibus, atris, erumpenti-superficialibus circiter $^1/_2$ mm. longis, sparsis; conidiis oblongo-cylindraceis, luteo-brunneis, demum uniseptatis, setis tribus, hyalinis, radiantibus, 6-9 μ. longis, sursum attenuatis; basidiis filiformibus, 10-12 μ. longis. 6878

   Hab. in Scirpo fluviatili emortuo in Louisiana Amer. bor. (Langlois). — Conidia primo continua sunt.

2. **Barklayella flagellifera** (E. et Ev.) Sacc. *Pestalozzia* Ell. et Ev. 6879
Journ. Myc. 1889, p. 156. — Acervulis numerosis, subcuticularibus, dein erumpentibus, nucleo atro-griseo; conidiis copiosis, oblongis, subcurvis, 1-septatis, flavido-hyalinis, 9-12 ≃ 3, setula undulata, 25-35 μ. long., hyalina prope apicem inserta, præditis; basidiis validis, conidio subæquilongis.

Hab. in ramis Comptoniæ aspleniifoliæ, Newfield N. J. Amer. bor.

SEPTOMYXA Sacc. Syll. III, p. 766.

1. **Septomyxa leguminum** Karst. Hedw. 1889, p. 112. — Acervulis 6880
gregatim sparsis, depresso-sphæroideis, subcutaneis, pallidis, demum subfuscescentibus, exiguis; conidiis oblongatis, obtusis, rectis, rarius curvulis, constricto 1-septatis, 12-18 ≃ 4-5.

Hab. in leguminibus Pisi sativi var. hortensis languidis in horto mustaliensi Fenniæ.

2. **Septomyxa Carpini** Peck 44 Rep. pag. 24, tab. IV, f, 13-14. — 6881
Acervulis subcutaneis, subprominulis, erumpentibus, intus albidis; conidiis hyalinis, anguste fusoideis, 2-guttatis, demum 1-septatis, in massam subrufescentem erumpentibus.

Hab. in cortice Carpini americanæ, Meadowdale, Albany Amer. bor.

MARSONIA Fisch. — Syll. III, p. 767.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Marsonia Juglandis** (Lib.) Sacc. Syll. III, pag. 768 — var. **Rhois** 6882
Sacc. in Rev. Myc. 1885. — Conidiis 18-21 ≃ 3-4, curvato-subrostratis; acervulis conidiorum membranula anhista sed reticulata, brunneola (non cellulosa) velatis.

Hab. in foliis Rhois typhinæ in Gallia (Feuilleaubois).

2. **Marsonia Toxicodendri** (Ell. et Mart.) Sacc. *Glœosporium* E. et 6883
M. in Journ. of Myc. 1885, p. 116. — Maculis amphigenis, albescentibus, parvis, 2 mm. diam., margine lato, obscuro cinctis; acervulis sparsis, paucis, obscure coloratis; conidiis oblongis, 1-septatis, 12-15 ≃ 5-6.

Hab. in foliis vivis Rhois Toxicodendri, Charles City, Jowa Amer. bor. (Prof. J. C. Arthur).

3. **Marsonia Acaciæ** C. et Mass. Grev. XIX, p. 47. — Maculis ir- 6884
regularibus vel confluentibus, pallidis vel albidis, brunneo-marginatis, 0,5-1 cm. long.; acervulis gregariis, demum erumpentibus;

conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, arcuatis vel sigmoideis vel flexuosis, 40 ≍ 8, 1-septatis, ex hyalino brunneolis, granulosis, dein in cirros ejectis.

Hab. in phyllodiis Acaciæ, Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

4. **Marsonia Rosæ** Trail F. Inverar. p. 46. — Maculis epiphyllis rufo-brunneis, infra brunneis; acervulis minutis, subinconspicuis; conidiis subcylindraceis, sæpe subfalcatis, 20-23 ≍ 6, hyalinis, 1-septatis, grosse granulosis. 6885

Hab. in foliis Rosæ tomentosæ, Tossachs Inver. Scotiæ. — Verisimiliter non diversa ab *Actinonemate Rosæ*. Etiam *Mars. Rosæ* (Bon.) Br. et Cav. F. Parass. n. 97 certe, et *Dicoccum Rosæ* Bon. probabiliter idem *Actinonema* spectant.

5. **Marsonia Myricariæ** Rostr. Bidr. Ascom. Dovr. p. 12. — Acervulis hypophyllis, gregariis, lenticularibus, pallidis; conidiis elongato-cylindraceis, 1-septatis, 24-28 ≍ 5-7. 6886

Hab. in foliis Myricariæ germanicæ, Foldalen Norvegiæ.

6. **Marsonia Quercus** Peck in 38 Rep. St. Mus. pag. 99. — Maculis angularibus vel suborbicularibus, albescentibus vel rufo-griseis, definitis; acervulis hypophyllis; conidiis oblongis v. subcylindraceis, rectis vel curvulis, medio leniter constrictis, obscure uniseptatis, 12-15 ≍ 2,5-4. 6887

Hab. in foliis vivis Quercus ilicifoliæ, Karner Amer. bor.

7. **Marsonia Betulæ** (Lib.) Sacc. F. Ard. n. 224, *Leptothyrium Betulæ* Lib. Crypt. II, n. 163 (1832), nec *Glœosporium Betulæ* Fuck., Sacc. Syll. III, p. 714. — Maculis irregularibus, subradiatis, fuscis; acervulis epiphyllis gregariis, planiusculis, oblongo-difformibus, subinde confluentibus, fuscis, rugosis, basi tandem circumscissis; conidiis oblongis, rotundatis, basi obtuse angulatis inæquilateralibus, 1-septatis, dein constrictis, 17-22 ≍ 8-10, granulosis, hyalinis. 6888

Hab. in foliis Betulæ albæ in Arduennis. — Affinis *M. Castagnei* et *M. Populi*, sed satis diversa videtur natura maculæ et proportione conidiorum.

8. **Marsonia stenospora** (Ellis et Kellerm.) Sacc. *Glœosporium* E. et K. in Journ. of Myc. 1886, p. 4. — Maculis amphigenis, sordide griseis, rotundis, $^1/_2$ cm. diam. sæpe confluentibus, margine nigro, elevato cinctis; acervulis punctiformibus, rotundis, fuscis, demum collabascentibus, epiphyllis sed etiam in pagina inferiore foliorum conspicuis, vulgo in centro macularum congestis; conidiis cylindraceis, uniseptatis, hyalinis, 18-20 ≍ $2^1/_2$, curvulis. 6889

Hab. in foliis vivis Populi moniliferæ, Manhattan, Kansas Amer. bor.

9. **Marsonia apicalis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, pag. 84. — 6890
Acervulis minutis, numerosis; conidiis oblongis vel oblongo-cylindraceis, hyalinis, 1-septatis, 12-20 ≃ 5-6, uno apice leviter tenuatis, sæpius erumpentibus ex pagina inferiore et in massulas albas concretis.

Hab. in foliis vivis, quorum apex mox brunnescit et arescit, Salicis lucidæ, Racine Wisc. Amer. bor. (Davis).

10. **Marsonia nigricans** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 84. — 6891
Maculis amphigenis, supra nigricantibus, demum expallentibus, 0,5 cm. diam., infra rufo-brunneis, indefinite limitatis et confluentibus, subinde præsertim superne margine flavo anguste limbatis; acervulis parcis, 100-125 μ. diam. atris; conidiis clavato-ovatis, curvis, infra acutatis, 1-septatis, 14-16 ≃ 6, e pagina inferiore erumpentibus.

Hab. in foliis Salicis, London Canada Amer. bor. (Dearness).

– *Mars. Populi* est epiphylla et conidiis amplioribus pollet.

11. **Marsonia Salicis** Trail Fung. Hard. pag. 495. — Acervulis epi- 6892
phyllis, minutis, verrucosis, sparsis vel hinc inde gregariis, atro-brunneis; conidiis fusoideis vel clavatis, subrectis vel sæpius falcatis, apice acutis, hyalinis, loculo basali multo minore, 10-12 ≃ 2,5-3; basidiis minutis.

Hab. in foliis vivis Salicis, Simodal Norvegiæ.

12. **Marsonia obscura** Romell in litt. — Maculis epiphyllis, rufo-fu- 6893
scescentibus; acervulis dense gregariis, perithecioideis, nigricantibus; conidiis piriformibus vel clavatis, supra medium 1-septatis nebulosis v. fumosis v. fere olivaceo-fuscellis, 18-40 ≃ 10-10,5.

Hab. in foliis vivis Salicis (capreæ affinis), Norrtelge Sueciæ (H. Homberg).

13. **Marsonia brunnea** (Ell. et Ev.) Sacc., *Glœosporium* Ell. et Ev. 6894
Journ. Myc. 1889, p. 154. — Maculis epiphyllis, minutis, nigris, mox in areas magnas confluentibus et totam folii paginam in viridi-brunneum tingentibus; acervulis 1-3 in quaque macula, pallidis, amphigenis, demum subnigris; conidiis clavato-obpiriformibus, hyalinis, 1-septatis, loculo infero minore, 14-16 ≃ 5-7.

Hab. in foliis Populi candicantis, Newfield, N. J. Americæ borealis.

14. **Marsonia Lorentzii** Speg. Guar. I, p. 157. — Maculis amphige- 6895
nis, atris, stromaticis, coriaceis, determinatis, minutis, 0,5-0,7 mm.

diam., sparsis; acervulis in quaque macula sæpius solitariis, subcutaneis, per ætatem lacero-erumpentibus, fuscis, lenticularibus, 100-120 μ. diam.; conidiis cylindraceo-clavulatis, 17-18 ≃ 3,5, sursum obtuse rotundatis, subtus truncatis, medio 1-septatis, non constrictis, hyalinis; basidiis papilliformibus, vix prominulis.

Hab. ad folia viva Quebrachiæ Lorentzii in silvis prope Yaguaron Brasiliæ.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

15. **Marsonia Melampyri** Trail Grev. XV, p. 110. — Maculis indefinitis subatris, demum fere nigris; acervulis sparsis vel aggregatis translucidis; conidiis oblongo-ellipsoideis, curvulis, hyalinis, 1-septatis, leviter constrictis, 12-20 ≃ 3-3,5, catenulis hyalinis cellularum, 3-4,5 ≃ 0,5 intermixtis. 6896

Hab. in foliis Melampyri pratensis pr. Ballater Scotiæ.

16. **Marsonia Potentillæ** (Desm.) Sacc. Syll. III, p. 770 — var. **Tormentillæ** Trail Grev. XV, p. 110. — A typo differt præcipue conidiis 12-16 ≃ 3-4. 6897

Hab. in foliis Tormentillæ, nec non Potentillæ anserinæ (con. 14-20 ≃ 4-5), Pot. Comari (con. 18-21 ≃ 3-4) prope Aberdeen Scotiæ.

17. **Marsonia Daphnes** (Desm. et Rob.) Sacc. Syll. III, p. 769. — var. **Passerinæ** Bäuml. F. Schemn. III, p. 15. — Conidiis basim versus 1-septatis, loculo supero rotundato v. rostrato, loculo infero semper rostrato, 14-16 ≃ 3-4,5; basidiis 4-6 ≃ 1,5, hyalinis. 6898

Hab. dense gregaria in caulibus Passerinæ annuæ prope Schemnitz in Hungaria.

18. **Marsonia Chamænerii** Rostr. Fung. Groenl. pag. 576. — Macula magna, irregulari, ochracea, late violaceo-cincta; acervulis epiphyllis, discoideis, pallide fuscis; conidiis obovato-ovoideis, hyalinis, inæqualiter 1-septatis, 28-34 ≃ 8-9. 6899

Hab. in foliis Epilobii (Chamænerii) angustifolii in Groenlandia.

19. **Marsonia Ipomœæ** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 48. — Acervulis dense aggregatis, erumpentibus, cutem lacerantibus, dein fuscis et *Uredinem* imitantibus; conidiis anguste oblongis v. subcylindraceis, utrinque obtusis, 1-septatis, hyalinis, 10-15 ≃ 3, mox in cirros breves ejectis. 6900

Hab. in caulibus vivis foliisque Ipomœæ, Kew London Britanniæ.

20. **Marsonia Campanulæ** Bresad. et Allesch. in Allesch. et Schnabl F. Bav. n. 192. — Maculis minutis, suborbicularibus, ochraceis, fusco-cinctis; acervulis epiphyllis, tectis, lenticularibus, flavescentibus; conidiis subcylindraceis, sæpe inæqualibus, utrinque rotundatis, ut plurimum 1-septatis, guttulatis, nubilosis, 18-20 ≃ 4,5-5. 6901

Hab. in foliis vivis Campanulæ latifoliæ, Graswangthal pr. Oberammergau Bavar. super. (Allescher).

III. *In Monocotyledoneis et Acotyledoneis.*

21. **Marsonia graminicola** (E. et Ev.) Sacc., *Glœosporium* Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 154. — Maculis amphigenis, nigris, subindefinitis, 2-3 mm. lat.; acervulis minutis, immersis; conidiis cylindraceis, 1-septatis, 15-22 ≃ 3-4, hyalinis, in cirros albos, minutos exeuntibus. 6902

Hab. in foliis vivis Graminacearum, London, Canada Amer. bor. (J. Dearness).

22. **Marsonia necans** (Ell. et Ev.) Sacc., *Glœosporium* E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 104. — Amphigena, sæpius epiphylla; maculis rubescenti-brunneis, 1-1,5 cm. diam.; acervulis erumpentibus, parvis, nigris, sæpe subelongatis, demum saltem flavis; conidiis oblongo-cylindraceis, hyalinis, obtusis, sæpius rectis, minute 2-3-guttatis, demum 1-septatis, 12-22 ≃ 4-5. 6903

Hab. in frondibus et caulibus Pteridis aquilinæ, Newfield, N. J. Amer. bor.

Sect. 4. **Phragmosporæ.**

STILBOSPORA Pers. — Syll. III, p. 771.

1. **Stilbospora foliorum** Cooke Grev. XX, p. 6. — Epiphylla; acervulis in maculis pallidis orbicularibus insidentibus, poris 3-4 pertusis, stromate applanato fultis; conidiis late ellipsoideis, utrinque subangustatis, 3-septatis, non constrictis, demum subopacis, 22 ≃ 8-9. 6904

Hab. in foliis emortuis Eucalypti, Victoria Australiæ (Martin).

2. **Stilbospora Cratægi** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1829. — Conidiis oblongis v. piriformibus, brunneo-viridibus, 3-septatis. 6905

Hab. in ramis emortuis Cratægi Oxyacanthæ, pr. Ablancourt, Marne Galliæ.

3. **Stilbospora? anceps** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 15. — Acervulis 6906

irregularibus, tectis, depressis, atris; conidiis elongato-ellipticis, vix vel non stipitatis, 3-septatis, olivaceo-fuscis, 10-15 ≃ 4-5.

Hab. in glandibus dejectis Quercus Ilicis, Villa Reale, Caserta Ital. inf. — Propter conidia subsessilia, haud inquinantia, inter *Stilbosporam* et *Coryneum* ambigit.

CORYNEUM Nees. — Syll. III, p. 774.

1. **Coryneum cistinum** Cooke in Grevillea XIV, p. 5. — Stromatibus orbicularibus pulvinatis, convexis, atris cortice interiore insidentibus subinde gregariis, nunc tectis corticeque nidulantibus, nunc expositis; conidiis lanceolatis, utrinque obtusis, triseptatis, ad septa non constrictis, brunneolis, 56-55 ≃ 15-18; basidiis hyalinis, circiter conidia longitudine æquantibus, demum evanidis. 6907

Hab. in ramis Cisti laurifolii, Kew London Britanniæ.

2. **Coryneum microstictum** B. et Br. Sacc. Syll. III, p. 775. — Var. **Cydoniæ** Brun. Champ. nouv. obs. env. Saintes, p. 7. — Conidiis 17-18 ≃ 5,5; basidiis 20-22 ≃ 1. 6908

Hab. in ramis emortuis Cydoniæ vulgaris, Saintes Galliæ. — Var. **Photiniæ** Br. loc. cit.: conidiis 15 ≃ 5. In ramis emortuis Photiniæ glabræ, Saintes Galliæ.

3. **Coryneum Lauro-Cerasi** Prill. et Delacroix Bull. Soc. Myc. Fr. 1890, p. 179, Pl. XX, fig. IV. — Maculis amphigenis, fulvis v. ochraceis, saturatius marginatis, tandem a folio secedentibus; acervulis minutis, atris, primum tectis, dein erumpentibus; conidiis 5-7 septatis, sursum attenuatis, parte inferiori obtusiusculis, dilute fuscis, 60-80 ≃ 15-17; basidiis septatis, flexuosis, fuscis, intertextis, 180 ≃ 6-7. 6909

Hab. in pagina superiore foliorum Pruni Lauro-Cerasi, Seine et Oise Galliæ. — Habitus est *Corynei Beijerinckii,* sed ceterum multum differt.

4. **Coryneum longistipitatum** Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 80. — Stromatibus sparsis, epidermide primo tectis, dein ea laciniatim fissa, emergentibus, atris, 0,5-1 mm. long., irregulariter elongatis vel subrotundis; conidiis copiosissimis, ovoideis, transverse 3-septatis; loculis omnibus æque coloratis, ad septa non v. vix constrictis, luteo-fuscescentibus, 18-20 ≃ 8-9; basidiis longissimis, 40-60 ≃ 2. 6910

Hab. in ramis Pini communis, Magras Trento. — *C. Corni-albæ* affine.

5. **Coryneum viminale** Cooke et Mass. Grev. XX, p. 36. — Acervulis definitis, applanatis, sparsis, nigris, maculis definitis destitutis; co- 6911

nidiis obovatis v. piriformibus, 1-2-septatis, non constrictis, 8-10 ≈ 5-6, pallide purpureo-brunneis; basidiis longiusculis, filiformibus.

Hab. in foliis Eucalypti viminalis, Victoria Australiæ (Reader).

6. **Coryneum Camelliæ** Massee Grev. XX, pag. 8. — Epiphyllum; maculis irregularibus, latis, dealbatis, atro-marginatis; acervulis gregariis, epidermidem irregulariter vel linearitor et triangulariter erumpentibus; conidiis lanceolatis 30 ≈ 10, loculis 2-4 mediis coloratis, terminalibus triangularibus, hyalinis; basidiis conidio subæquilongis. 6912

Hab. in foliis Camelliæ, Kew Britanniæ. — Videtur *Pestalozzia Guepini* mutica.

7. **Coryneum arbuticolum** (Sow.) Sacc. Bull. Soc. Myc. V, pag. 122, *Sphæria arbuticola* Sow. Rabenh. in Kl. n. 443. — Acervulis amphigenis, diu epidermide tumidula velatis, pulvinatis, compactis, nigris, nitidulis, 0,2-0,3 mm. lat. (sphæriæformibus); conidiis e basidiis brevibus subinde furcatis nascentibus, clavato-cylindraceis, dense parallele stipatis, 4-5-septatis, muco hyalino obvolutis, initio subhyalinis pluri-guttulatis dein olivaceo-fuligineis, 40-59 ≈ 5-6, basi stromatica cellulosa crassiuscula, hyphis fuligineis, septatis cincta. 6913

Hab. in foliis subemortuis Arbuti (Arctostaphyli) Uvæ-ursi prope Dresden (Rabenhorst). — Stirps anceps, nonnullis notis *Exosporio* et præsertim *E. melampsoroidi* affinis, ceterum diversa quia innata et multo compactior; a *Coryneo* tamen quoque recedit conidiis compactissimis, cylindraceis a basidio parum discretis. *Sphæriam arbuticolam* Sow. Ill. Berkeley duxit ad *Diplodiæ* genus, quocum exemplar Rabenhorstii nil commune habet.

8. **Coryneum discolor** Fautrey in Rev. Myc. 1889, p. 152. — Acervulis globulosis v. difformibus, solitariis vel 3-pluribus gregariis, stromate fultis; conidiis cylindraceis, incurvis, vix clavatis, 5-septatis, loculis mediis primo hyalinis, dein cyaneis, demum brunneis, loculis extimis rotundatis, semper hyalinis, 28-32 ≈ 11-13; basidiis fasciculatis, 15-20 ≈ 3. 6914

Hab. in truncis Vitis viniferæ, Noidan Galliæ.

9. **Coryneum fagineum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 107. — Acervulis gregariis, initio tectis, mox epidermide tumida apiceque pertusa erumpentibus; stromate fusco concaviusculo; conidiis ellipsoideis, utrinque obtusatis, semper trilocularibus, interdum subcurvulis, fusco-olivaceis, 35 ≈ 12; basidiis hyalinis, granulatis tortuosis, 45-55 ≈ 1,5. 6915

Hab. in cortice Fagi silvaticæ, Rigny-sur-Arroux Saône-et-Loire Galliæ.

10. **Coryneum opacum** Speg. F. Fueg. n. 434. — Acervulis cortice innatis, primo peridermio tectis, dein erumpentibus, difformibus, 0,5-2 mm. atris; conidiis clavulatis, apice obtuse rotundatis, basi truncatis, 90 ≈ 24, rectis v. curvulis, primo pellucidis, 3-5-septatis, non constrictis, pedicello hyalino minuto mox fatiscente suffultis, dein opace atro-fuligineis. 6916

Hab. ad ramos emortuos Fagi antarcticæ in silvis prope Ushuwaia Fuegiæ.

11. **Coryneum betulinum** Schulz. Bot. Centr. 1883, XV, pag. 3. — Acervulis primo epidermide tectis, dein transverse erumpentibus, epidermide clavata cinctis, extus nigris, intus brunneis; conidiis disco immersis, fusiformibus, 1-5-septatis, 16-40 ≈ 9-14, fuscis; basidiis hyalinis, ramoso-filiformibus usque ad 40 μ. vel parum ultra long. 6917

Hab. in ramis aridis Betulæ albæ, Djakovar Slavoniæ.

12. **Coryneum disciforme** K. et S. — Syll. III, p. 778 — ***C. ambiguum** Karst. Symb. XVII, p. 165. — Acervulis erumpentibus, peridermio cinctis, disciformibus, planis, orbicularibus v. angulatis, brunneo-atris, circ. 0,4 mm. diam.; conidiis 3-6-septatis, nunc fusoideis, subinde curvulis, sæpe apice subobliquis et pallidioribus, nunc clavatis, apice obtusis, totis dilute fuligineis, 40-63 ≈ 17-21. 6918

Hab. in ramis aridis Quercus, Mustiala Fenniæ. — ***C. macrosporum** Karst. Symb. Fenn. XXIII, p. 2: conidiis clavatis obtusis, deorsum in basidia pedetentim attenuatis, 6-8-septatis, eguttulatis, parce subinde longitrorsum divisis, ad septa non v. leviter constrictis dilute fuligineo-flavidis, 75-115 ≈ 19-22; basidiis filiformibus continuis, hyalinis, 40-65 μ. longis. Ad ramulos Tiliæ ulmifoliæ emortuos, in horto mustialensi Fenniæ (Onni Karsten).

13. **Coryneum tumoricolum** Peck 40 Rep. p. 63. — Maculis sparsis, suborbicularibus, pallidis, margine rubro-brunneo cinctis; acervulis epiphyllis, minutis, punctiformibus, inæqualibus, nigris; conidiis oblongis, 3-septatis, coloratis, 10-12,5 ≈ 4, pedicellatis. 6919

Hab. in foliis vivis Ulmi americanæ in montibus Adirondack Amer. bor.

14. **Coryneum paraphysatum** Rostr. Fung. Groenl. p. 576. — Acervulis gregariis, depressis, fusco-atris, minutis; conidiis fusoideo-cylindraceis, fuscis, subsessilibus, 7-10-septatis, loculis extimis hyalinis; paraphysibus fuscis, filiformibus, conidiis longioribus intermixtis, 6920

Hab. in ramis Juniperi alpini, Tasermiut Groenlandiæ.

15. **Coryneum Comari** Trail Scot. Nat. 1887, p. 90 et Grev. XV, p. 110. — Acervulis in maculis atris, male definitis gregariis, circularibus, 50–60 μ. diam., poro conspicuo pertusis; conidiis melleis, in pallide brunneum vergentibus, rectis, late fusoideis, 25–30 ≍ 4-5, triseptatis. 6921

Hab. in Potentilla Comaro pr. Aberdeen Scotiæ.

16. **Coryneum microstictoides** Sacc. et Penz. Syll. III, p. 774. — ***C. Epilobii** Karst. Symb. XVII, p. 164. — Acervulis sparsis v. subgregariis, emergentibus, ellipsoideis v. elongatis, epidermide demum fissa velatis, atris, circ. 0,3 mm. lat.; conidiis ovoideo-oblongatis, 3-septatis, ad septa vix constrictis, totis fuligineis, 13–16 ≍ 6–7; basidiis fasciculatis, conidio longioribus. 6922

Hab. in caulibus Epilobii angustifolii emortuis pr. Helsingforsiam Fenniæ.

17. **Coryneum Paspali** E. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 82. — Acervulis sparsis, erumpentibus, nigris 0,5 mm. diam.; conidiis oblongo-cylindraceis, brunneis, 6–9-septatis, 50–60 ≍ 10–12; basidiis brevibus. 6923

Hab. in culmis emortuis Paspali platycaulis, St. Martinsville, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

HYALOCERAS Dur. et Mont. — Syll. III, p. 783.

1. *Eu-Hyaloceras.* Conidia utrinque monochæta.

1. **Hyaloceras parmense** Passer. Diagn. F. N. p. 15. — Acervulis subcutaneis ex epidermidis rima longitudinali erumpentibus, atris; conidiis elongatis, fuscis leniter curvis, 5-septatis, 22-25 ≍ 8-10, loculis polaribus minutis, hyalinis, setula obliqua hyalina, 8-10 μ. longa, ornatis; basidiis filiformibus conidio longioribus, hyalinis. 6924

Hab. in ramulis siccis Tamaricis gallicæ in horto botanico, Parma Ital. bor.

2. *Diploceras* Sacc. Conidia utrinque biseta.

2. **Hyaloceras dilophosporum** Cooke Grev. XIX, p. 5. — Epiphylla; acervulis gregariis, minutis, fuscis, erumpentibus, convexis subangulatis, centro irregulariter fisso, stromate submucoso; conidiis elongatis, subfusoideis, 25 ≍ 4, leniter curvatis triseptatis, ad septa non constrictis, pallide fuscis, utrinque setis binis divergentibus, hyalinis, ornatis. 6925

Hab. in foliis emortuis Leptospermi scoparii, Port Philip Australiæ (C. French, jun.).

3. **Hyaloceras hypericinum** (Ces.) Sacc. *Pest. hypericina* Ces. — Syll. III, p. 795. — Sec. Allesch. Centr. 1890, XLII, p. 106, species occurrit quoque in foliis Hyperici humifusi prope Sendling in Germania merid. et præbet conidia triseptata, cylindracea, curvula, 12-16 ≃ 3-4, utrinque rotundata, loculis mediis binis flavidis, 1-guttatis, extimis hyalinis, setis binis divergentibus, hyalinis instructis. 6926

PESTALOZZIA De Not. — Syll. III, p. 784, Vogl. Monogr. Pestal.

1. *Eu-Pestalozzia.*

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Pestalozzia Æsculi** Fautrey in Rev. myc. 1889, p. 153. — Acervulis sparsis, subcutaneis, dein erumpentibus, oblongis, brunneo-nigris, epidermide lacerata pro parte tectis; conidiis numerosissimis, ovato-oblongis, 3-septatis, medio constrictis, loculis centralibus brunneis, extimis minutis, hyalinis, conicis, 16-20 ≃ 8, subsessilibus, ciliis 2 divergentibus, hyalinis, 16 ≃ 1 coronatis. 6927

Hab. in Æsculo Hippocastano, Noidan Galliæ.

2. **Pestalozzia Sarothamni** Allesch. Bot. Centr. 1890, XLII, p. 106. — Conidiis elongatis, 1-septatis, griseo-brunneis, loculis 1-guttatis, apice setulis 3, conidio æquilongis, instructis, 20 ≃ 5; basidiis breviusculis. 6928

Hab. in ramis aridis Sarothamni scoparii prope Dachan, München Bavariæ.

3. **Pestalozzia funerea** Desm., Sacc. Syll. III, p. 791 — var. **algeriensis** Sacc. et Berl. in Rev. Myc. 1886. — A typo acervulis albidis, epidermide flavescente cinctis, nec non matrice differt. A *P. Rosæ* vero conidiis 4-septatis, loculis extremis subhyalinis ceterisque fuscis certe distinguenda. 6929

Hab. in ramulis emortuis Rosæ sempervirentis in Algeria.

4. **Pestalozzia suffocata** E. et E. in Journ. of Myc. 1886, p. 38. — Erumpens, in cirros atros ejecta; conidiis oblongo-fusiformibus, 22-26 ≃ 5-6, cellulis tribus mediis brunneis, apicalibus hyalinis, in basidium longitudinem conidii æquans attenuatis, apice setis tribus radiantibus, 25-30 μ. longis ornatis. 6930

Hab. in foliis vivis Rosæ, nonnullis diebus sub poculo vitreo servatis, in Amer. bor. (Prof. F. L. Scribner).

5. **Pestalozzia intermedia** Sacc. Bomm. et Rouss. F. myc. Belg. II, p. 45. — Acervulis cupulatis, gregariis, nigris, dein erumpentibus, secus ligni fibras in series dispositis; conidiis ellipsoideis, 3-septatis, eguttatis, 13–15 ≈ 4-5, loculis mediis olivaceo-pellucidis, loculis extimis hyalinis, apice setula subtortuosa, 13-21 μ. long., interdum 2-furcata v. rarius setulis 2 præditis; basidiis filiformibus, 24-29 μ. long. e basi ramosis, setula superiore conformibus et persistentibus. 6931

Hab. in ramulis vetustis Rosæ pomiferæ, sociâ *Sphæruliná intermixtâ*, Yvoir Belgii.

6. **Pestalozzia Sorbi** Pat. in Rev. Myc. 1886, pag. 182. — Acervulis parcis, in macula orbiculari, rufa sparsis; sporulis fusiformibus, 4-septatis, loculis extimis hyalinis, mediis brunneis, 1-guttulatis, 16 ≈ 6, ad septa vix constrictis, setis duabus divergentibus apice præditis; basidiis brevibus. 6932

Hab. in foliis Sorbi, Yunnam Sinarum (Ab. Delavay).

7. **Pestalozzia adusta** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 51. — Acervulis amphigenis, minutis, sparsis, prominentibus, globosis v. conicis, nigris; conidiis clavato-oblongis, 4-septatis, 12-15 ≈ 5-6 (parte colorata), loculis 3 mediis pallide brunneis, apicalibus hyalinis, supra setulis 2-3 patentibus, hyalinis, 8-12 μ. long. præditis. 6933

Hab. in apice et margine foliorum Pruni domesticæ cultæ, Newfield, N. J. Amer. bor.

8. **Pestalozzia versicolor** Speg., Syll. III, p. 790 — var. **guaranitica** Speg. Guar. I, p. 158. — Maculis irregularibus, determinatis, 3–5 mm. diam., sordide griseo-aridis, demum deciduis; acervulis epiphyllis, dense sparsis, lenticularibus, 90-100 μ. diam.; conidiis fusoideo-ellipsoideis, medio tumidulis, utrinque acutis, 20-25 ≈ 12–16 apice setulis 2 simplicibus, oppositis, crassiusculis 20-22 ≈ 1, coronatis, 4-septatis, loculis 2 extimis hyalinis, 2 intermediis fusco-flavescentibus, intimo olivaceo, opaco; basidiis tenuissimis, 8-10 ≈ 0,5. hyalinis. 6934

Hab. ad folia viva coriacea Myrtaceæ, in silva Caá-Guazú Brasiliæ.

9. **Pestalozzia Camelliæ** Pass. Rev. mvc. 1887, p. 146. — Acervulis sparsis, minutis, punctiformibus, primo tectis, dein nudatis, atris; conidiis oblongis v. oblongo-clavatis, 3-septatis, ad apicem rotundatum setis 2 tenuibus, divaricatis, articulos duos pænultimos subæquantibus præditis, hyalinis, 25 ≈ 5. 6935

Hab. in ramulo subvivo Camelliæ japonicæ in frigidariis Parma Ital. bor.

10. **Pestalozzia inquinans** Karst. in Hedw. 1891, p. 301. — Acervulis epiphyllis, macula orbiculari expallente fusco-cincta 1,5 cm. lata insidentibus, erumpenti-superficialibus, subsphæroideis, ovoideis v. tereti-oblongatis, punctiformibus, atro-fœdantibus; conidiis fusoideo-oblongatis, rectis, 4-septatis, loculis intermediis pellucide fuligineis, extimis acutato-conoideis, hyalinis, 16-18 ≈ 6-7, setulis apicalibus 2, rarissime 1 v. partitione 3, divergentibus, subæqualibus, hyalinis, 15-35 μ. long. 6936

Hab. in foliis vivis Camelliæ cultæ, Helsingfors Fenniæ (O. Karsten). — A *P. Guepini* acervulis subsuperficialibus, conidiis parcius ciliatis differt; «an satis?».

11. **Pestalozzia conglomerata** Bres. Rev. Myc. 1891, p. 68. — Superficialis; acervulis dense gregariis, punctiformibus, applanatis, atris, in tomento albo nidulantibus; conidiis oblongo-fusoideis, 5-locularibus, ad septa subconstrictis, loculis 3 interioribus fuscis, 2 extimis, hyalinis, conoideis, 25-30 ≈ 7-8, apice ciliis 2-5 incurvis, 10-15 ≈ 0,7-1 ornatis; basidiis filiformibus, hyalinis, 12-20 ≈ 1,5, mox deciduis et ad conidia immatura tantum conspicuis. 6937

Hab. in pericarpio Anonæ, Suadade, St. Thomé in sinu Guineæ (Moller).

12. **Pestalozzia fibricola** Grove in Journ. of Bot. 1886, pag. 198, tab. 266, fig. 7. — Acervulis parvis, atris, gregariis, fibras elevantibus, et demum findentibus; conidiis erumpentibus, ellipticofusiformibus, 4-septatis, 17-18 ≈ 5; loculis 3 interioribus olivaceis, sæpe guttulatis, medio saturatiori, superiori hyalino, conoideo, elongato, 4-5 μ. alto, setas 1-3 hyalinas, 12-18 μ. longas, patenti-recurvas gerente; inferiori hyalino, brevi, triangulari; basidiis brevissimis, 3-5 μ. longis.. 6938

Hab. inter fibras libri Tiliæ ad usum horticultorum parati, Sutton prope Birmingham Brit. — Cum plantis e Germania sine dubio importata. Loculo medio conid. saturatiori at non opaco a *P. longiseta* distincta. Setæ inter se basi breviter connatæ. Setæ duæ sæpissime inveniuntur; quum unica, solito est longior. Cum *P. funerea* var. *discolori* species comparanda.

13. **Pestalozzia Rhamni** Celotti Mic. Montpell. p. 11, f. 6. — Acervulis sparsis, minutis, atris, primum epidermide tectis, dein erumpentibus; conidiis fusoideis, 3-4-septatis, 25-30 ≈ 5-7, loculis extremis hyalinis, intermediis dilute fuligineis, setulis 2 filiformibus, divaricatis, 10-13 μ. long. 6939

Hab. in ramis siccis Rhamni Alaterni, Montpellier Galliæ.

14. **Pestalozzia uvicola** Speg., Syll. III, p. 789 — Sec. Prill. et Delacr. in Bull. Soc. Myc. V, p. 124, nascitur, præterquam in baccis, etiam in maculis foliorum Vitis viniferæ in Gallia.

15. **Pestalozzia affinis** Sacc. et Vogl. in Vogl. Sul Gen. Pestalozzia p. 10, t. VIII, f. 6. — Acervulis laxe gregariis, minutis, dein suberumpentibus, atris, subgloboso-oblongis, nigris; conidiis ovoideis, 3-septatis, loculis 2 interioribus fuligineis, extimis hyalinis, 14-20 ≃ 6-8; aristis 4-5, filiformibus, divaricato-ramosis, 18-25 μ. longis; basidiis filiformibus, 30-50 ≃ 2, rarius usque ad 70 μ. longis. 6940

Hab. in ramis corticatis Vitis et Juglandis pr. Malmedy Galliæ.

16. **Pestalozzia Corni** Allesch. Bot. Centr. 1890, XLII, p. 106. — Conidiis fusoideis, 5-septatis, loculis mediis 2 adjunctis brevioribus et cum iis brunneolis, sæpius 1-guttatis, loculis extimis hyalinis, conicis, minutissimis, supero setula 2-3-fida vel dichotomice ramulosa coronatis, 24-30 ≃ 8-10; basidiis tenuibus. 6941

Hab. in ramis aridis Corni albæ, Isaranlagen prope Flaucher, München Bavariæ.

17. **Pestalozzia cornifolia** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 51. — Maculis rotundis brunneis, 3-4 mm. diam., margine angusto, subelevato, nigro cinctis, extus folii superficie purpurea limitatis; acervulis punctiformibus, nigris, levibus, parte prominentibus, epiphyllis; conidiis oblongo-ellipsoideis, 4-septatis, basi acutis, supra setis 3, hyalinis, patentibus, 8-15 μ. long. præditis, loculis mediis brunneis vel opacis, apicalibus hyalinis. 6942

Hab. in foliis vivis Corni sericeæ, St. Gabriel Louisiana Amer. bor. (Langlois).

18. **Pestalozzia gibbosa** Harkn. F. Pacif. V, p. 439. — Epiphylla; acervulis nigris, erumpentibus; conidiis ellipsoideis, incurvis, 24 ≃ 8, 4-septatis, loculis 2 inferis pallide brunneis, 2 eis superpositis, atris, apicali hyalino, setulis 3, apice capitatis, 40 μ. long. coronatis. 6943

Hab. in foliis subemortuis Gaultheriæ Shallon, Pointes Reyes Amer. bor.

19. **Pestalozzia kalmicola** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 51. — Acervulis epiphyllis, minutis, sparsis, in lineas parallelas, subundulatas dispositis; conidiis pallide brunneis, 4-septatis, fusoideis, 18-22 ≃ 5-7, loculo terminali parvo, hyalino, setulis 3, brevibus, 5-7 μ. long., patentibus, tenuibus, dein apice incrassatis coronato. 6944

Hab. in apice dealbato foliorum viventium Kalmiæ latifoliæ, Wilmington, Del. Amer. bor. (A. Commons).

20. **Pestalozzia maura** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 123. — Acervulis amphigenis, subprominulis, nigris minutis, maculis rotundis, rubro-brunneis, 2-3 mm. diam. insertis; conidiis obovatis, basi acutis, 3-septatis, atris, subopacis, 12-15 ≍ 6-8, apice obtuso, setulis 3 horizontaliter deflexis, 15-20 μ. long. præditis, loculo basali hyalino, acuto; basidiis conidio brevioribus. 6945

Hab. in foliis Psychotriæ rufescentis, Halifax River, Florida Amer. bor.

21. **Pestalozzia Banksiana** Cavara App. Pat. Veg. pag. 13. tab. VI, fig. 15-16. — Acervulis conicis albido-griseis, erumpentibus, sparsis, epiphyllis 200-250 μ. diam. in maculis cinerescentibus; conidiis ellipticis, utrinque angustatis, 20-22 ≍ 6, quinque-cellularibus, ad septa non vel minime constrictis, loculis mediis olivaceis, extimis hyalinis; basidiis filiformibus 12-16 μ. longis; ciliis tribus valde divaricatis. 6946

Hab. in foliis Banksiæ speciei cultæ, Pavia Ital. bor.

22. **Pestalozzia versicolor** Speg. Sacc. Syll. III, p. 790 — var. **Cupaniæ** Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 11. — A typo aliquid differt basidiis paullo longioribus, nempe 15-16 ≍ 2; conidiis 30-32 ≍ 10-12, partis coloratæ loculis duobus sup. fuligineis, inferiore pallidiori; setis subternis, 30-33 ≍ 2. 6947

Hab. in foliis Cupaniæ anacardioidis, Logan Australiæ.

23. **Pestalozzia gongrogena** Temme in Thiel's Landw. Jahrb. XVI, 1887, p. 437, F. Ludwig in Berichte D. Bot. Gesell. 1890, p. 218. 6948

Hab. in ramis Salicis viminalis et S. undulatæ, in quibus tumores (*Weidenkropfen*) efficit, in Borussia et Saxonia. Diagnosis adhuc desideratur (sec. cl. Doct. F. Ludwig in litt., cui gratias plurimas ago).

24. **Pestalozzia montellica** Sacc. et Vogl. in Vogl. Sul Gen. *Pestalozzia* p. 9, t. IX, f. 21. — Acervulis epiphyllis, minutis, nigris, dense gregariis, non fœdantibus, macula nulla vel obsoleta; conidiis fusiformibus, 4-septatis, 20-25 ≍ 8, loculis intermediis semiopacis, extimis hyalinis; aristis 3-4, 20-25 ≍ 1, una superiore ex vertice loculi oriunda, ceteris ad basim ejusdem nascentibus, horizontali-deflexis; basidiis hyalinis, 25 ≍ 1. 6949

Hab. in foliis Quercus in silva Montello agri tarvisini Ital. bor. (Saccardo).

25. **Pestalozzia microspora** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 46. — Acervulis amphigenis, prominentibus, nigris, crebre sparsis, maculis definitis destitutis; conidiis anguste ellipsoideis, 3-septatis, pal- 6950

lide brunneis, loculis terminalibus hyalinis exceptis, setulis 10-12 μ. long. terminatis, parte colorata circ. 7-9 ≍ 4; basidiis gracilibus, 20-25 μ. long.

Hab. in foliis dejectis Quercus coccineæ, Newfield, N. J. Amer. bor.

26. **Pestalozzia Casuarinæ** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 114. — 6951
Acervulis gregariis, minutis, ellipticis, pustulæformibus, epidermide fissa cinctis; conidiis fusiformibus, loculis duobus centralibus fuscis, 10-12 ≍ 6-7, loculo superiori conoideo, hyalino, aristato; aristis 3, divergentibus (cum conidiis 45-50 μ. long.); basidiis hyalinis, sursum incrassatis.

Hab. in ramis Casuarinæ, Melbourne (Miss Campbell).

27. **Pestalozzia peregrina** Ellis et Mart. in Journ. of Myc. 1885. — 6952
Acervulis hysteriiformibus, primo epidermide velatis, dein partim erumpentibus; conidiis oblongo-ellipsoideis vel obovatis, 4-septatis, utrinque cellula acuta, subconoidea, hyalina, cellulis intermediis brunneis; setis tribus, hyalinis, 7-10 μ. longis; basidiis circiter longitudinem conidiorum æquantibus, cellulis coloratis 12-16 ≍ 6-7.

Hab. in foliis emortuis sed adhuc stantibus Pini austriacæ, Newfield Amer. bor. — A *P. funerea* conidiis minoribus differt.

28. **Pestalozzia abietina** Vogl. Sul Gen. *Pestalozzia* pag. 10, t. VIII, 6953
fig. 3. — Acervulis sparsis, subimmersis, primum tectis demum erumpentibus, aterrimis; conidiis ellipticis, 18-21 ≍ 5-7, 3-septatis, ad septa non vel vix constrictis, loculis 2 extimis hyalinis, intermediis fuligineo-atris; aristis 2-3, hyalinis, 14-18 ≍ 1; basidiis filiformibus, 18-27 ≍ 2.

Hab. in strobilis Abietis excelsæ in silvis Collecchio pr. Parma Ital. bor. (Passerini) et prope Massachussetts Amer. bor.

29. **Pestalozzia conorum-Piceæ** Tubeuf Bot. Centr. 1889, III, p. 134. 6954
— Acervulis nigris, erumpentibus; conidiis ovato-oblongis, 16-20 ≍ 6, loculis binis interioribus coloratis, 12-14 ≍ 6, loculis extimis acutis, hyalinis delabentibus; setulis binis ternisve, 20 μ. longis.

Hab. in conis dejectis Abietis pectinatæ in Germania et Amer. bor. — Teste auctore, species edita fuit in Ellis N. A. F. nomine *P. truncatulæ* et in Rab. F. E. n. 2462 nomine *P. conigenæ*, a quibus differt.

30. **Pestalozzia Hartigii** Tubeuf Beitr. Baumkr. p. 40, t. V. — Acer- 6955
vulis immersis, globosis, stromate applanato, tenui fultis; conidiis in massulas nigras erumpentibus, primo hyalinis, continuis, dein 3-septatis, ovato-oblongis, loculis binis mediis magnis, minute plu-

riguttulatis, coloratis, terminalibus parvis, hyalinis, 18-20 μ. long., setulis 1-4, tenuibus, hyalinis, 20 ≈ 1 apice præditis; basidiis filiformibus, tenuibus, hyalinis, 30-50 μ. long.

Hab. in cortice trunci Abietis excelsæ et pectinatæ, Hain in Spessart Bavariæ. — *P. truncatæ* affinis.

31. **Pestalozzia Sabinæ** Fautrey Rev. Myc. 1891 Oct. — Acervulis 6956
sparsis, mediis, nigris, epidermide cinctis; conidiis fusoideis v. oblongis 20-22 ≈ 7-8, triseptatis, loculis binis mediis fuligineis, extimis hyalinis; seta unica in 2-3 ramulos divergentes divisa, 20-25 ≈ 0,7.

Hab. in ramulis adultis Juniperi Sabinæ cultæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

32. **Pestalozzia austro-caledonica** Crié Depaz. p. 55, t. VIII, 27 ♂, 6957
Voglino Pest. p. 32. — Conidiis elliptico-ovoideis 40 ≈ 14, biseptatis, coloratis, crasse 2-guttatis; setis ternis, 17-20 ≈ 1,5.

Hab. in foliis Jonidii, Bignoniæ et Melodii in Nova Caledonia. — In textu p. 42 cl. Crié speciem suam *P. Novæ-Caledoniæ* nuncupat.

33. **Pestalozzia grandis** Berk.? Crié Depaz. p. 55, t. VIII, f. 27 ♂, 6958
Voglino Pest. p. 32. — Conidiis ovoideis 44 ≈ 14, triseptatis, subhyalinis, crasse guttatis; setis ternis vel quaternis 17-25 ≈ 1, subinde ramulosis; basidiis 40 ≈ 2.

Hab. (locus et matrix ignota). — In operibus Berkeleyanis species desideratur.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

34. **Pestalozzia Potentillæ** Rich. Cat. Champ. Marn. 1842. — Coni- 6959
diis fusoideis, 3-septatis, apice ciliis conidio longioribus coronatis.

Hab. in caulibus siccis Potentillæ reptantis, St.-Amand Galliæ.

35. **Pestalozzia Nummulariæ** Har. et Br. Journ. de Bot. 1891, p. 172. 6960
— Macula amphigena, vage limitata, brunneo-flava; acervulis minutissimis, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. diam., concoloribus; conidiis ovato-oblongis, 3-septatis, loculis mediis opacis, extremis conicis, hyalinis, 16-20 ≈ 7, loculo supero ciliis 2-3, sæpius ramosis, divaricatis, hyalinis, 18-20 ≈ 1; basidiis hyalinis, 16-20 μ. long.

Hab. ad folia ægrotantia Lysimachiæ Nummulariæ, Châtres pr. Méry-sur-Seine Galliæ (P. Hariot).

36. **Pestalozzia paraguayensis** Speg. F. Guar. II, n. 180. — Maculis 6961
amphigenis orbicularibus minutis 0,5-1 mm. sæpius marginalibus

determinatis candidis, zona purpurascente cinctis; acervulis amphigenis in centro macularum solitariis vel pauci-aggregatis, minutis, 80-100 μ. diam., atris, erumpentibus; conidiis obovatis vel subclavulatis 20 ≃ 7, 4-septatis, ad septa constrictulis, loculis 2 extimis minutis hyalinis, 3 internis olivaceis, infero sæpius pallidiore, apice rostellis 2-3 hyalinis brevibus ac crassis 5-10 ≃ 1,5 divaricatis ornatis, inferne pedicello brevissimo 5 ≃ 1 hyalino suffultis.

Hab. ad folia viva Euphorbiæ speciei cujusdam, socia *Phyllostictâ* immaturâ, in herbosis silvæ Caá-guazú Brasiliæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

37. **Pestalozzia Chamæropis** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 131. — Acervulis in matrice immutata sparsis vel gregariis, punctiformibus fuscis; conidiis fusiformi-clavatis bi- triseptatis, apice ciliis duobus divaricatis coronatis, breviter pedicellatis, fumosis, parte colorata 15 ≃ 5, loculo supremo cum crista secedente. 6962

Hab. in petiolo sicco Chamæropis humilis, Parma Ital. bor. — A *P. Phœnicis* differt maculæ defectu et conidiis minoribus; a *P. Palmarum* conidiis biciliatis.

38. **Pestalozzia Liliorum** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1844. 6963

Hab. ad basim caulis Lilii candidi, Marne Galliæ.

39. **Pestalozzia tubericola** Pass. in Mart. Fl. Bog. p. 148. — Peritheciis minutis, punctiformibus, innatis, sparsis, fusco-atris; conidiis fusiformibus, dilute flavidis, 3-4-septatis, setis 3-4 plus minus longis, stellatim patentibus, deciduis coronatis. 6964

Hab. in tubere exsiccato forsitan Orchideæ, Keren Abyssiniæ.

40. **Pestalozzia aquatica** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, pag. 157. — Maculis amphigenis, castaneis, 0,5-1 cm. diam., concentrice corrugatis, margine obscuriore, angusto, cinctis; acervulis epiphyllis, erumpentibus, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam., nigris, convexis, dein concavis; conidiis obovatis, 18-20 ≃ 6-7, quadriseptatis, loculis terminalibus hyalinis, loculo sequente infero subhyalino, 2 mediis atris, apice setulis 3, validis, 15-20 ≃ 1, hyalinis, divaricatis præditis. 6965

Hab. in foliis vivis Peltrandæ virginianæ, Newfield, N. J. Amer. bor.

2. *Monochætia* Sacc.

41. **Pestalozzia Everharti** Sacc. *P. affinis* Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 156, nec S. et V. — Acervulis innatis, erumpentibus, amphigenis; conidiis acute ellipsoideis, pallidis, 15 ≃ 5 (inter septa ex- 6966

trema), 4-septatis, apice setula obliqua, 7 μ. long., apicali præditis, in massas nigras erumpentibus; basidiis conidio brevioribus.

Hab. in foliis vivis Castaneæ? v. Æsculi? (*Japan Chestnut*), Lafayette, Louisiana Amer. bor.

42. **Pestalozzia phyllostictea** Sacc. Misc. Myc. II, p. 25, t. XI, f. 32. 6967
— Maculis arescendo expallentibus, variis; acervulis punctiformibus, vix erumpentibus; conidiis oblongis, 4-septatis, 20-22 ≃ 7-8, loculis 3 mediis fuligineis, extimis minutis, hyalinis, arista curvula unica, 4-6 μ. longa; stipite filiformi, 15-20 ≃ 1,5.

Hab. in foliis Rubi fruticosi in Gallia (Roumeguère). — *Pestalozziæ comptæ* et *P. monochætæ* subaffinis, a quibus præcipue arista brevi, curva et stipite brevi diversa.

43. **Pestalozzia compta** Sacc. Syll. III, p. 798 — var. **ramicola** Berl. 6968
et Bres. Micr. Trid. p. 81. — Acervulis sparsis, nitidis, atris; conidiis oblongo-fusoideis, 3-septatis, 12-15 ≃ 5, utrinque acutiusculis, loculis 3 centralibus, melleo-fuscis, extimis hyalinis, apice 1-setigeris, basidiis longiusculis suffultis.

Hab. in ramulis emortuis Rosæ caninæ prope Trento. — Quoad *P. seiridioidem* Sacc. cfr. Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 81, t. VI, f. 9.

44. **Pestalozzia discosioides** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 51. — 6969
Maculis sordide brunneis, circ. 1 cm. diam., suborbicularibus; acervulis epiphyllis, erumpenti-superficialibus, sæpius elongatis, hysteriiformibus, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. long.; conidiis oblongo-fusoideis, subcurvulis, 3-septatis, flavido-hyalinis, loculis mediis terminalibus, paullo obscurioribus, 12-15 ≃ 2,5, apice vel prope apicem setulâ obliquâ, 3-5 μ. long.; basidiis granulosis, conidio subæquilongis.

Hab. in foliis vivis Rosæ, Faulkland, Del. Amer. bor, (A. Commons).

45. **Pestalozzia monochætoidea** Sacc. Syll. III, p. 798 — var. **affinis** 6970
Sacc. et Briard in Rev. Myc. 1886. — Acervulis sparsis, punctiformibus vel oblongis, brunneis, erumpentibus; sporulis ovato-ellipticis, rotundatis v. basi attenuatis, rectis v. leniter curvulis, 3-septatis, loculo superiore conoideo, hyalino, inferiore obtusiore obscurioreque, intermediis olivaceis, pellucidis, 12-16 ≃ 6-7, cilio unico, obliquo, 10 ≃ 1; basidiis filiformibus, 10 ≃ 1.

Hab. in sarmentis emortuis Vitis viniferæ, Troyes Galliæ (Briard).

46. **Pestalozzia viticola** Cavara Dissecc. grapp. p. 28, t. III, f. 15-16. 6971
— Maculis brunneis, variis, inæqualibus; acervulis lenticularibus,

erumpentibus; conidiis ovato-ellipticis v. cylindraceis, 14-20 ≃ 5-6, basi attenuatis, curvulis, 3-5-septatis, loculo superiore obtusiore hyalino, inferiore conoideo hyalino, intermediis olivaceis, cilio unico obliquo, 10-12 ≃ 1; basidiis filiformibus.

Hab. in baccis Vitis viniferæ, Stradella Ital. bor.

47. **Pestalozzia sarmenti** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 15. — Acervulis sparsis v. paucis lineatim gregariis, epidermidem sublevantibus et per longitudinem findentibus; conidiis fusiformibus, triseptatis, loculis duobus intermediis castaneis, extimis hyalinis, 12,5 ≃ 5; seta terminali unica, recta v. declinata, conidium subæquante vel superante; basidiis longissimis, conidio pluries longioribus. 6972

Hab. in cortice vetusto sarmentorum Vitis viniferæ, Vigheffio pr. Parma.

48. **Pestalozzia Syringæ** Oud. Contr. Mycol. XIII, pag. 58, f. 40. — Conidiis piriformibus v. oblongis, subinde inæquilateralibus, 3-septatis, 15-20 ≃ 6-7, loculis pallide fuscescentibus, extremis pallidioribus, apice cilio unico, 7 μ. long., hyalino tantum præditis, basi in caudam 7 μ. circ. long., a basidio diffracto superstitem, protractis; basidiis 35 μ. long., hyalinis. 6973

Hab. in ramulis Syringæ vulgaris, Rijswijk Nederlandiæ (Destrée).

49. **Pestalozzia consocia** Peck 39 Rep. p. 48, t. I, f. 8-9. — Maculis latissimis, folii dimidium interdum occupantibus, irregularibus, supra rubro-brunneis, subtus pallidioribus; acervulis amphigenis, minutis, punctiformibus, nigris; conidiis oblongo-fusoideis, 30-35 ≃ 7,5, apice setula 22,5-27,5 μ. long. præditis, 5-septatis, loculis 4 mediis coloratis. 6974

Hab. in foliis vivis Hamamelidis virginianæ, sociâ *Phyllostictâ Hamamelidis*, Day Amer. bor.

50. **Pestalozzia depazeæformis** Auersw. in Œsterr. bot. Zeitschr. 1868, p. 209. — Peritheciis (spuriis?) epiphyllis, maculis cinerescentibus atro-purpureo-marginatis, sparsim insidentibus; conidiis oblongis, fuscis, 3-septatis, 18 ≃ 8, apice seta unica coronatis. 6975

Hab. in foliis Arbuti Uvæ-ursi pr. Seis Tiroliæ australis (Heufler). — Habitus fere *Depazeæ* seu *Phyllostictæ*.

51. **Pestalozzia alnea** Har. et Br. Journ. de Bot. 1891, pag. 172. — Maculis aridis, brunneo-cinereis, orbicularibus, amphigenis, 5-7 mm. diam., linea brunnea, obscure circumcinctis; acervulis epiphyllis, punctiformibus, innatis, per epidermidem erumpentibus, rugosis, atris, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. diam.; conidiis ovato-oblongis, utrinque acutatis, 6976

3-4-septatis, ad septa constrictulis, loculis mediis fuligineis, extremis hyalinis, 16-20 ≍ 6-8, cilio hyalino sæpius arcuato, apice attenuato, 12-16 ≍ 1-1,5; basidiis filiformibus, 12-16 ≍ 1.

Hab. in foliis ægrotantibus Alni glutinosæ, Ville-sur-Terre, Aube Galliæ (P. Hariot).

52. **Pestalozzia nervalis** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, pag. 157. — 6977
Acervulis subhysterioideis; conidiis angustis, ellipsoideis vel latis, oblongo-fusoideis, 4-septatis, loculis terminalibus hyalinis, parte colorata (loculis 3 mediis), circ. 14 ≍ 6, loculo infero hyalino, 8-9 μ. long., apice setula obliqua, 8-9 μ. long. præditis.

Hab. in foliis vivis Quercus albæ, Racine, Wis. Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

53. **Pestalozzia uncinata** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, p. 143. — 6978
Hypophylla, gregaria; peritheciis (?) scutatis, $^1/_4$-$^3/_4$ mm. diam.; conidiis oblongis, pallidis, 4-septatis, ad septum secundum superum constrictis, 18-22 ≍ 5-7, setula brevi, 5-7 μ. long., valida, curva apice præditis; basidiis gracilibus, 15-20 μ. long.

Hab. in foliis emortuis Quercus tinctoriæ, St. George Kansas Amer. bor. (Kellerman), sociâ *Chætophomâ maculosâ.*

54. **Pestalozzia pallida** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 46. — Macu- 6979
lis definitis nullis; acervulis sæpius hypophyllis, sparsis, erumpentibus, discoideis, 75-150 μ. diam.; conideis fusoideis, 3-4-septatis, loculis interioribus hyalino-flavidis, terminalibus omnino hyalinis et acutis, superiore in setulam 7-9 μ. long., incurvam productis, 12-14 ≍ 3-3.5; basidiis 8-11 μ. long., subinde basi ramosis.

Hab. in foliis dejectis Quercus albæ, New Jersey (Ellis), Ohio Amer. bor. (Doct. W. A. Kellerman). — *P. pallida* E. et Martin Journ. Myc. 1888, p. 104 eadem videtur.

55. **Pestalozzia taphrinicola** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 104. — 6980
Acervulis amphigenis, minutis, punctiformibus, nigris; conidiis fusoideo-oblongis, pallide brunneis, 3-4-septatis, ad septa sæpius constrictis, 16-22 ≍ 6-7, setula apicali, obliqua, 4-7 μ. long. præditis; basidiis 6-8 μ. long.

Hab. parasitica in Taphrina cœrulescente, in foliis Quercus albæ et Q. coccineæ, Newfield, N. J. et Louisiana Americæ borealis.

56. **Pestalozzia camptosperma** Peck 39 Rep. p. 48, t. 1, f. 10-11. — 6981
Acervulis minute cæspitosis, hypophyllis; conidiis fusoideis, curvis, 3-septatis, 20-30 ≍ 7-8, loculis 2 centralibus coloratis, 12,5 μ. long.,

loculo apicali hyalino, conico, in mucronem acuminatum desinentibus, loculo infero in basidium breve attenuatis.

Hab. in foliis emortuis Abietis balsameæ in montibus Adirondack Amer. bor.

3. *Pestalozzina* Sacc.

57. **Pestalozzia Fautreyi** Karst. et Roum. Rev. Myc. 1890, n. 47 (*Pestalozzina*). — Acervulis sparsis v. subgregariis, planiusculis, orbiculatis, primitus subcutaneis, atris, intus fuligineis, punctiformibus; conidiis elongatis v. cylindraceis, rectis v. curvulis, 3-septatis, ad septa non constrictis, hyalinis, 26-28 ≈ 4, setulis 4-6 apicalibus, 15-25 ≈ 0,5 instructis. 6982

Hab. in ramulis aridis Loniceræ Caprifolii pr. Noidan Galliæ (F. Fautrey).

SEPTOGLŒUM Sacc. Syll. III, p. 801.

1. **Septoglœum Ampelopsidis** (Ell. et Ev.) Sacc., *Glœosporium* Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 155. — Maculis irregularibus, angulosis, folii venulis limitatis, 2-3 mm. diam., viridulis; acervulis amphigenis, prominulis; conidiis clavato-cylindraceis, 5-9-septatis, 30-35 ≈ 4-4,5. 6983

Hab. in foliis languidis Ampelopsidis quinquefoliæ, Racine, Wis. Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

2. **Septoglœum Clusiæ** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 362. — Acervulis epi- raro hypophyllis, sparsis, immersis, solito orbicularibus, epidermide bullosa, dein laciniatim fissa v. circumscissa velatis, perithecioideis, atratis, circ. 0,2 mm. lat.; conidiis cylindraceis, hyalinis, obscure 3-5-septatis, loculis 1-guttulatis, 24-30 ≈ 2-3,5. 6984

Hab. ad folia Clusiæ in Novo-Granata Amer. austr.

3. **Septoglœum acerinum** (Pass.) Sacc. Syll. III. p. 802. — Sec. Ell. Journ. Myc. species occurrit quoque in foliis Aceris dasycarpi. Columbia Mo. Amer. bor. et præbet conidia 18-22 ≈ 3, verisimiliter serius 3-septata, ut certe illa in Thüm. M. U. n. 93.

4. **Septoglœum defolians** Harkness Fung. Pac. Coast. pag. 161. — Acervulis carneis, folia petiolosque occupantibus; conidiis 3-7-septatis, non vel vix curvis vel flexuosis, 68 ≈ 4. 6985

Hab. in Quercu Kelloggii, Sierra Nevada Californiæ. — «An *Cylindrosporium?*»

5. **Septoglœum profusum** (E. et E.) Sacc., *Glœosporium profusum* 6986

E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 104. — Maculis epiphyllis, flavis; acervulis sparsis, hypophyllis, magnis; conidiis albo-cirrose exeuntibus, cylindraceo-oblongis, granulosis, 3-septatis, 25-30 ≈ 6-7.

Hab. in foliis vivis Coryli americanæ, Vicksburg, Missouri Amer. bor. (Prof. S. M. Traćy).

6. **Septoglœum podophyllinum** (Ell. et Ev.) Sacc., *Glœosporium podophyllinum* Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 103. — Maculis late brunneis, 1 cm. lat., margine atro-viridule cinctis; acervulis amphigenis, albis, erumpentibus; conidiis ovatis, 12-15 ≈ 5-7 vel oblongo-cylindraceis, rectis curvulisve, hyalinis, 1-3-septatis, 20-35 ≈ 4-7. 6987

Hab. in foliis vivis Podophylli peltati, Concordia, Mo. Amer. bor. (C. H. Demetrio).

7. **Septoglœum? dimorphum** Sacc. in litt. ad Bresad. 1890, *Kriegeria Eriophori* Bres. Rev. Myc. 1891, p. 14, t. CXIII. — Acervulis lineatim juxta nervos parallelis, innatis, mox superficialibus, tremellinis, dilute succineis; conidiis initio stellatim fasciculatis, subsessilibus, oblongis vel clavatis, dein longius stipitatis, postremo cylindraceo-oblongis, parallele fasciculatis, 3-septatis, leniter constrictis, 45-50 ≈ 9-11, apice subrotundatis, stipite filiformi tortuoso fragili, 25-30 ≈ 1, sæpe curvo fultis, hyalinis, initio granulosis. 6988

Hab. in foliis vivis Eriophori angustifolii, in agro Nossen Saxoniæ (Krieger). — Nuclei visi omnino eructati, sed intra folia mycelium filiforme guttulatim copiosum adest prætereaque fungus alcohole tractatus evidentius endogenus apparet. Adsunt cum fungillo copiosa corpuscula minima globulosa, ovoidea v. oblonga, inæqualia, 1-3 μ. long., hyalina, saccharomycetoidea (e germinatione fungi orta?).

8. **Septoglœum oxysporum** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 294. — Acervulis innatis, seriatis, epidermide atrata, dein longitudinaliter rimosa tectis; conidiis anguste fusoideis, 30-33 ≈ 4, curvulis, 2-3-septatis, loculo infero tenuato non pedicellato, loculo supero sublineari, acuto, curvo, 9-12 μ. longo. 6989

Hab. in foliis graminum, Bois de la Cambre pr. Bruxelles Belgii.

9. **Septoglœum septorioides** Pass. in Erb. Critt. Ital. Ser. II, n. 1492. — Acervulis epiphyllis, tectis, subglobosis; conidiis bacillaribus, pluriseptatis, ad septa non vel varie constrictis, articulis interdum 1-2-guttulatis et quandoque secedentibus, hyalinis, 22,5-38 ≈ 5-7, 6990

Hab. ad frondes languidas, mox arescentes Pteridis aquilinæ prope Parma Ital. bor.

PROSTHEMIELLA Sacc. Syll. III, p. 803.

1. **Prosthemiella hysterioides** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 37. 6991
Acervulis sparsis, minutis, punctiformibus v. hysterioideis, perithecio spurio supra tectis, matricem rubefacientibus; conidiis ternatis, cylindraceis, nucleatis v. obsolete 5-6-septatis, 30-35 ≃ 1,5, hyalinis, basidio brevi tereti suffultis.

Hab. in ligno decorticato Salicis nigræ, pr. New Orleans La. Amer. bor. (Langlois). — *Prosth. formosa* Sacc. Syll. III, p. 803, videtur fungillus idem, quem ill. Tulasne, Carp. III, t. X, f. 7, ut st. conidicum *Nectriæ armeniacæ* illustravit.

PSAMMINA Rouss. et Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, pag. 295 (Etym. *psammos* arena). — Acervuli subepidermici, tenues, submucosi. Conidia cylindracea, septata, hyalina, numerosa, basi persistenter cohærentia, radiatim divergentia capitulumque subhemisphæricum formantia. — Videretur pusio *Prosthemiellæ*.

1. **Psammina Bommeriæ** Rouss. et Sacc. l. c. — Acervulis sparsis, 6992
mucosis, subolivaceis, innatis; conidiis cylindraceis, hyalinis, 2-5-septatis, 20-30 μ. longis, basi numero 15-25 coalitis et capitulum subhemisphæricum discretum formantibus, demum emergentibus et in granula exigua pallida fugacia concretis.

Hab. in foliis Ammophilæ arenariæ, Knocke, Ostende Belgii et in Nederlandia.

Sect. 5. Scolecosporæ.

CYLINDROSPORIUM Ung. — Syll. III, p. 737.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Cylindrosporium nanum** Cooke in Grevillea XIV, p. 130. — Hy- 6993
pophyllum; maculis angulatis, nervulis limitatis, canescentibus; acervulis minutis, albidis; conidiis cylindraceis, rectis, hyalinis, denique emergenti-superficialibus, 3-10 ≃ 1.

Hab. in foliis vivis Juglandis, New Zealand (Kirk). — Affine *C. microspermo.*

2. **Cylindrosporium microspilum** Sacc. et Wint. Misc. Myc. II, p. 16, 6994
n. 73. — Maculis epiphyllis, circularibus, perexiguis, albis, tenui-

ter atro-marginatis; acervulis amphigenis, innatis, punctiformibus, pallidis; conidiis bacillaribus, curvulis, utrinque rotundatis, 50-60 ≍ 4, spurie 4-6-septatis, hyalinis.

Hab. in foliis quercinis, Missouri Amer. bor. (Demetrio, communicavit cl. Winter).

3. **Cylindrosporium Dearnessii** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 83. — Maculis rubro-brunneis, orbicularibus, 2-3 mm. diam., margine subobscurioribus; acervulis paucis, amphigenis, centro macularum confertis, 100-120 μ. diam.; conidiis cylindraceis, granulosis, dein 3-pluriseptatis, sæpe semicirculariter incurvis, 35-40 ≍ 2,5-3, in massas subfloccosas erumpentibus. 6995

Hab. in foliis Carpini americanæ, London Canada Americæ borealis.

4. **Cylindrosporium? oculatum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 155. — Maculis amphigenis, 3-5 mm. diam., griseo-albis, margine angusto elevato, obscuriore donatis; acervulis innatis, amphigenis, flavidis, demum nigricantibus, majusculis, 1/5 mm.; conidiis clavato-cylindraceis, curvis, 30-50 ≍ 3, demum 3-pluriseptatis. 6996

Hab. in foliss Populi moniliferæ, Put-in-Bay, Ohio Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

5. **Cylindrosporium saccharinum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 155. — Maculis amphigenis, numerosis, sparsis, subangulosis, minutis, sæpius 1 mm. diam., viridi-nigris, demum obscurioribus; acervulis hypophyllis, minutis, confertis, supra nigris; conidiis graciliter cylindraceis, plus minus curvis, hyalinis, granulosis, demum obsolete 3-septatis, 30-40 ≍ 2,5-3, in massulas albas erumpentibus. 6997

Hab. in foliis vivis Aceris saccharini, Racine, Wis. Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

6. **Cylindrosporium Fraxini** (Ell. et Kell.) Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1885, p. 127, *Cercospora Fraxini* Ellis et Kell. in Journ. of Myc. 1885, p. 2. — Sparsum in pagina inferiore foliorum; maculis brunneis, parvis, nervis limitatis, demum confluentibus, 1/2-1 cm. latis, margine irregulari cinctis; basidiis dense coalitis, subhyalinis, brevibus, 16-26 μ. longis, laxis, basi vix inflatis; conidiis cylindraceis, subhyalinis vel vix luteolis, 3-4-septatis, granulosis nucleatisque, 70-100 ≍ 5-6, non vel vix curvulis, utrinque obtusis. 6998

Hab. in foliis Fraxini viridis, Kansas Amer. borealis (Kellerman).

7. **Cylindrosporium Viridis** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 155. — Maculis numerosis, in epiphyllo atro-purpureis, suborbicularibus, 6999

3-4 mm. diam., margine subindefinitis, centro parvo, 1 mm. vel minus diam., rubiginoso donatis, in hypophyllo sordide brunneis, 1-2 mm. lat.; acervulis 3-6 in quoque maculæ centro, subtus prominentibus, supra apertis; conidiis in massas niveas exeuntibus, cylindraceo-fusoideis, 30-35 ≈ 2,5, guttatis, semiorbiculariter incurvis.

Hab. in foliis vivis Fraxini viridis, St. Martinsville, La. Amer. bor. (Langlois).

8. **Cylindrosporium minus** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 105. — Maculis subangulosis, 3-4 mm. lat., rubro-brunneis, centro pallidioribus, acervulis innatis, majusculis, plerumque in epiphyllo apertis, demum nigris; conidiis anguste cylindraceis, incurvis, guttatis, hyalinis, 35-40 ≈ 2. 7000

Hab. in foliis vivis Fraxini viridis, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman). — «An diversum a præcedente?»

9. **Cylindrosporium Ceanothi** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 84. — Maculis minutis, brunneo-atris, dense sparsis, plus minus confluentibus, infra pallidioribus; acervulis amphigenis ratione amplis, conidiis vermicularibus, curvulis, 1-3-septatis, 35-45 ≈ 4, in cirrum compactiusculum carneum exeuntibus. 7001

Hab. in foliis Ceanothi thyrsiflori in mont. Santa Cruz pr. Fulton Cal. Amer. bor. (Underwood).

10. **Cylindrosporium Rubi** Ell. et Morg. in Journ. of Myc. 1885. — Maculis amphigenis, brunneo-griseis, sursum definitis, 2-3 cm. d., subinde confluentibus, tomento foliorum absconditis; acervulis epiphyllis, punctiformibus, subcutaneis, demum suberumpentibus, pallidis; conidiis filiformibus, una extremitate acutis, rectiusculis vel vix curvatis, 3-6- sæpius 3-septatis, hyalinis, 40-55 ≈ 2,5; basidiis minutis. 7002

Hab. in foliis vivis Rubi strigosi culti in Amer. bor. (Doct. J. Brown).

11. **Cylindrosporium Pruni-Cerasi** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 104, t. IV, f. 24. — Acervulis minutis, subpunctiformibus, hypophyllis, epidermide subtumida velatis, dein erumpentibus, in maculis amphigenis, exaridis, fuscescentibus, haud marginatis dense effusis; conidiis (paraphysibus? 3 μ. crassis intermixtis) exilissimis, filiformibus, hyalinis, continuis, magnis minusve subcurvulis (vix subflexuosis), 18-25 ≈ 1. 7003

Hab. in foliis languescentibus Prunis Cerasi, Calavena pr. Tregnago, Verona. — Ad *Cylindrosporium Padi* accedit sed dimensio conidiorum diversa.

12. **Cylindrosporium cercosporoides** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 22. 7004
— Maculis amphigenis, suborbicularibus, 1 cm. lat., brunneis, subindefinitis; acervulis hypophyllis, punctiformibus, minutis; conidiis erumpentibus, filiformibus, multiguttatis, 130-170 ≂ 3-3,5 hyalinis; basidiis obovatis?

Hab. in foliis vivis Liriodendri Tulipiferæ, Washington Amer. bor. (Prof. F. L. Scribner).

13. **Cylindrosporium aureum** Speg. Guar, I, p. 158. — Maculis epiphyllis, indeterminatis, parum manifestis, fuscescentibus, 3-15 mm diam., irregulariter effusis; acervulis laxe in maculis aggregatis, parvulis, 80-90 μ. diam., lenticularibus, epidermide infuscata centroque ostiolato-perforata tectis; conidiis in cirros aureos protrudentibus, subfusoideo-linearibus, hamatis v. falcatis, utrinque acute rotundatis, 12-15 ≂ 1, continuis, hyalinis. 7005

Hab. ad folia viva Tecomæ sp. cujusdam in silva pr. Guarapì Brasiliæ.

14. **Cylindrosporium septorioides** Speg. F. Puigg. n. 451. — Maculis orbicularibus, 1-2 mm. diam. fulvescentibus, determinatis, areola latiuscula sanguineo-purpurea cinctis, sparsis; acervulis amphigenis in centro macularum 3-10-aggregatis primo tectis dein erumpentibus, lenticularibus 60-80 μ. diam. fuscidulis; conidiis filiformibus superne sæpe subattenuatis utrinque acutiusculis 30-40 ≂ 2 rectis v. subcurvulis, 3-5-septatis, ad septa non constrictis, hyalinis. 7006

Hab. ad folia subcoriacea Hireæ speciei cujusdam in nemorosis prope Apiahy Brasiliæ.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

15. **Cylindrosporium Clematidis** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 22. 7007
— Maculis amphigenis, rubido-brunneis, rotundis vel angulosis, 1-3 mm. diam.; acervulis paucis, epiphyllis, immersis, sparsis; conidiis fusoideo-linearibus, 75-80 ≂ 2,5-3, guttatis, dein multiseptatis, subcurvulis.

Hab. in foliis vivis Clematidis virginianæ, Faulkland, Delaware Amer. bor. (A. Commons).

16. **Cylindrosporium Brassicæ** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 81. — Maculis numerosis, irregularibus, magnis, sordide albis; conidiis hyalinis, eguttatis, rectis, curvis, 80-120 ≂ 3-4, dein 1-3-septatis. 7008

Hab. in foliis Brassicæ Napobrassicæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

17. **Cylindrosporium Capsellæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 130. — 7009
Maculis amphigenis, rotundis, 1-4 mm. lat., supra subdepressis, albidis; conidiis in epiphyllo erumpentibus, cylindraceis, granulosis, dein tenuissime 3-septatis, septo medio magis distincto, 35-45 ≈ 3; basidiis elongatis, continuis.

Hab. in foliis vivis Capsellæ Bursæ-Pastoris, Columbia, Montana Amer. bor. (B. T. Galloway).

18. **Cylindrosporium Saponariæ** Roum. in Rev. Myc. 1885, pag. 27. 7010
— Maculis hypophyllis, magnis, orbicularibus, sæpe confluentibus, æruginosis, griseolis; basidiis rectis, brevibus, hyalinis, 40-45 ≈ 3, 1-2-septatis; conidiis cylindraceis, simplicibus, hyalinis, 10-40 ≈ 3-5.

Hab. in foliis vivis Saponariæ officinalis, Fontainebleau Galliæ. — «An *Glœosporium?*»

19. **Cylindrosporium circinans** Wint. in Journ. of Myc. 1885. — 7011
Acervulis epiphyllis, magnis, plerumque circinatim vel concentrice stipatis, rarius inordinate gregariis, rotundato-angulatis v. irregularibus, sæpe confluentibus, orbes vel maculas, usque 15 mm. latas, fusco vel sordide-griseas formantibus, margine elevato, obscuriori, varie flexuoso circumdatis, applanatis; conidiis cylindrico-fusiformibus, utrinque acutiusculis, parce septatis, hyalinis, sæpe flexuosis, 20-30 ≈ 1,5.

Hab. ad folia viva Sanguinariæ canadensis, Perryville Missouri Amer. bor. (G. H. Demetrio).

20. **Cylindrosporium Geranii** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 52. — 7012
Maculis amphigenis, albidis, rubenti-marginatis, 3-4 cm. lat.; acervulis minutis, copiosis, pallidis, utraque pagina erumpentibus; conidiis tenuibus, 30-50 ≈ 1,5-2, continuis, hyalinis, ex hyphis seu basidiis brevibus subconicis, 6-8 μ. long. oriundis.

Hab. in foliis vivis Geranii caroliniani, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois). — Conidia demum exsiliunt et matricem albo-pruinosam reddunt.

21. **Cylindrosporium Oxalidis** Trail Scot. Nat. 1887, p. 89, Grev. XV, 7013
p. 110. — Maculis brunneis, siccis, rotundis, pallide marginatis, 1-3. mm. diam., acervulis sparsis, subcutaneis; conidiis filiformibus, utrinque leniter tenuatis, curvis, 20-25 ≈ 1, hyalinis per porum latum ejectis.

Hab. in foliis Oxalidis Acetosellæ pr. Aberdeen Scotiæ.

22. **Cylindrosporium Heraclei** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 52. — 7014
Maculis pallidis dein brunneis, subangulosis, venulis limitatis confluentibusque et areas latiores brunneas formantibus; acervulis in-

natis, majusculis, sæpius erumpentibus; conidiis fasciculatis, fusoideo-cylindricis, granuloso-nucleatis, subinde spurie 1-septatis, utrinque tenuatis et valde curvatis, 50-60 ≈ 3-4, dein in massam pallidam ejectis.

Hab. in foliis Heraclei lanati, sociâ *Phyllachorâ*, Ogden Utah Amer. bor. (Tracy).

23. **Cylindrosporium Pimpinellæ** C. Massal. Bot. Centr. 1890, n. 26, p. 385. — Acervulis subpunctiformibus, convexo-applanatis, amphigenis, in maculis minutis, exaridis, 1-6 circ. insidentibus; conidiis subcirrose expulsis, hyalinis, cylindraceo-fusiformibus, continuis, multiguttatis, magis minusve arcuatis subsemicircularibusve, 30-44 ≈ 3-5. 7015

Hab. in foliis languidis Pimpinellæ nigræ, sociis stromatibus sterilibus *Phyllachoræ* sp. prope Tregnago in agro veronensi Italiæ borealis. — «An varietas præcedentis?»

24. **Cylindrosporium septatum** Romell in litt. — Maculis distinctius epiphyllis minutis, angulosis, internerviis, fuscescentibus, subinde confluendo amplis; acervulis exiguis, innatis vix erumpentibus, fuscis; conidiis filiformibus vel leniter clavulatis, 5-7-septatis, rectis curvulisve, hyalinis, 60-100 ≈ 2,5-3; basidiis brevibus, 12-27 ≈ 1-3 vel a conidiis parum diversis. 7016

Hab. in foliis vivis vel languidis Laserpitii latifolii pr. Stockholm Sueciæ (L. Romell).

25. **Cylindrosporium Cicutæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 83. — Maculis sordide brunneis, amphigenis, 1-2 mm., suborbicularibus, venulis partim limitatis; acervulis minutis, innatis, 70-80 μ. diam., vix perspicuis; conidiis 20-30 ≈ 1,5, raro 35 μ. long., guttatis, subrectis, uno apice crassioribus, viridescenti-hyalinis in cirros albos erumpentibus. 7017

Hab. in foliis vivis Cicutæ maculatæ, London, Canada Americæ bor. (J. Dearness).

26. **Cylindrosporium Eryngii** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 104. — Acervulis minutis, innatis, amphigenis, seriatis; conidiis cylindraceis, subcurvis, multiguttatis, dein multiseptatis, 70-80 ≈ 3-4; basidiis brevibus non evolutis. 7018

Hab. in foliis vivis Eryngii yuccifolii, Mound City, Kansas Amer. bor. (W. A. Kellerman). — *C. veratrino* affine.

27. **Cylindrosporium Ziziæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 83. — Maculis amphigenis, subanguiosis, sæpius subelongatis, parvis, 2-3 mm. long., 1-1,5 mm. lat., nigricantibus, venulis limitatis; 7019

acervulis numerosis, confertis, minutis, nigris; conidiis cylindraceo-vermicularibus, 40–60 ≈ 5–6, guttatis, dein 3-6-septatis, subcurvis, in cirros albos erumpentibus.

Hab. in foliis vivis Ziziæ cordatæ, Racine, Wis. Americæ borealis.

28. **Cylindrosporium Triostei** Kell. et Sw. Journ. Mycol. 1889, p. 73. 7020
— Maculis indefinitis, amphigenis, flavo-viridibus, primo 0,5–1 mm. diam., demum interdum confluentibus et 2-5 mm. diam.; acervulis amphigenis, sparsis, circ. 150–300 μ. diam., dilute flavidis; basidiis pallidis copiosis, irregularibus, parum ramosis, 15–30 ≈ 4–5; conidiis copiosis, subhyalinis, elongato-fusoideis, sæpius eximie incurvatis, utrinque obtusis vel subinde acutis, 3–4-septatis, ad septa non constrictis, 35–67 ≈ 4–6.

Hab. in foliis Triostei perfoliati, Manhattan Amer. bor.

29. **Cylindrosporium Apocyni** E. et E. Journ. of Myc. 1887, p. 22. — 7021
Maculis amphigenis, atro-brunneis, subindefinitis, fere irregularibus, 2-4 mm. diam., subconcentrice zonatis, subconfluentibus; acervulis minutis, numerosis, sæpius epiphyllis; conidiis 50-80 ≈ 4-5, vermiculari-cylindraceis, plus minus inconspicue 3-5-septatis.

Hab. in foliis Apocyni androsæmifolii, Faulkland, Del. Amer. bor. (A. Commons).

30. **Cylindrosporium Humuli** E. et E. Journ. of Mycol. 1887, p. 21. 7022
— Maculis amphigenis, sed plerumque hypophyllis, minutis, angulosis, venulis limitatis, ferrugineo-brunneis; acervulis minutis, amphigenis, nigris; conidiis subcylindricis, hyalinis, granulosis et nucleatis, 40-50 ≈ 3, in cirros albidos crassos mox diffusos ejectis.

Hab. in foliis vivis Humuli Lupuli, Faulkland Del. Amer. bor. (A. Commons).

III. *In Monocotyledoneis.*

31. **Cylindrosporium Iridis** Ell. et Halst. Journ. Myc. 1890, p. 34. — 7023
Acervulis minutissimis, numerosis, subcutaneis, nigricantibus, parallele longe seriatis; conidiis acicularibus, continuis, hyalinis, 15-22 ≈ 1, ejectis matricem albo-pruinosam reddentibus; hyphis brevibus, 8-10 ≈ 2, subhyalinis, vulgo sursum denticulatis.

Hab. in foliis vivis Iridis, Jowa City Amer. bor. (H. S. Hitchcock).

32. **Cylindrosporium guttatum** Wint. Grev. XV, p. 92. — Acervulis 7024
paucis in foliorum pagina inferiori gregariis, maculis rotundato-irregularibus, fuscidulis, indeterminatis, minutis insidentibus, in-

terdum autem sine macula sparsis, sub epidermide parum inflata, demum vertice perforata nidulantibus, rotundatis, depresse et late subconoideis; conidiis filiformibus, tenuissimis, hyalinis, flexuosis, 53-70 ≈ 2, in massam ceraceam pallidam majusculam (guttiformem) expulsis.

Hab. in foliis languidis Hypoxidis, Sao Francisco Brasiliæ (Ule).

33. **Cylindrosporium Angustifoliæ** Ell. et Kell. in Journ. of Myc. 1886, pag. 81. — Maculis amphigenis, ovoideis, $^1/_2$-$^3/_4$ ≈ $^1/_4$ cm., brunneis, margine obscuro cinctis; acervulis erumpentibus, olivaceis, primo epidermide tectis; conidiis ab iis *C. Tradescantiæ* vix distinguendis; basidiis simplicibus, brevibus, 2-3-cellulis concatenatis efformatis. 7025

Hab in foliis vivis Yuccæ angustifoliæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman).

34. **Cylindrosporium Tradescantiæ** Ell. et Kell. in Journ. of Myc. 1886, pag. 81. — Conidiis erumpentibus, in capitula carnea coalitis, cylindraceo-vermicularibus, una extremitate acutioribus, 65-80 ≈ 4-5, 4-6-septatis, primo granulosis vel nucleatis; basidiis indistinctis vel obsoletis. 7026

Hab. in foliis vivis Tradescantiæ virginicæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman).

35. **Cylindrosporium inconspicuum** Wint. in Magn. Verz. Graub. p. 69. — Acervulis discretis nullis; maculis irregularibus, usque 20 mm. long., sæpe confluentibus, totum folium occupantibus, pallide fuscis, exaridis, demum centro pallidioribus, amphigenis; conidiis filiformi-cylindraceis, utrinque attenuatis, 3-5-septatis, interdum curvatis, hyalinis, 60-100 ≈ 3,5. 7027

Hab. in foliis Lilii Martagonis, Graubünden Helvetiæ.

36. **Cylindrosporium aquaticum** (F. et R.) Sacc. *Scoleciasis aquatica* Fautr. et Roum. Rev. mycol. 1889, p. 199. — Acervulis mediis epidermide indurata atrataque limitatis; hyphis subinde longissimis v. nullis; conidiis aciculari-vermiformibus, 120-160 ≈ 4, utrinque acuminatis. varie curvatis, nucleatis flavidis. 7028

Hab. in foliis siccis Sparganii et calamis Scirpi lacustris in Gallia. — Cum *Sept. lacustri* comparanda species, ex ipsis auctoribus. Forma **Junci** Fautr. Rev. Myc. 1890, p. 168: conidiis 120 ≈ 3,5. In Junco compresso, Cote-d'Or Galliæ.

37. **Cylindrosporium Olyræ** Speg. Fl. Guar. nonn. n. 153. — Epiphyllum, sparsum, minutissimum, erumpens, fusco-flavescens, 60-90 μ. 7029

diam., zonula sordide aurantia cinctum; conidiis subcylindraceis, continuis vel parce septatis, hyalinis, subrectis, utrinque obtusulis, 30-40 ≃ 1,5-2.

Hab. in foliis vivis languidisve Olyræ speciei in dumetis pr. Guarapi Brasiliæ.

CRYPTOSPORIUM Kunze. — Syll. III, p. 741.

1. **Cryptosporium Hippocastani** Cooke in Grevillea XIII, p. 4. — Stromate corticali, tecto, dein cortice erumpente, longitudinaliter confluente, pallido; conidiis oblongo-fusoideis, continuis, enucleatis, obtusiusculis, 18-20 ≃ 5; basidiis simplicibus vel furcatis, conidio duplo longioribus. 7030

Hab. in ramulis Æsculi Hippocastani, Kew Britanniæ. — Affine *C. coronato.*

2. **Cryptosporium lunulatum** Bäuml. Crypt. Presb. p. 26. — Acervulis initio subcutaneis, aggregatis vel seriatis, pallidis, dein epidermide lacerata erumpentibus; conidiis fusiformibus, utrinque attenuatis, lunatis, guttulatis, hyalinis, 30-40 ≃ 5-6, basidiis brevissimis suffultis. 7031

Hab. in ramulis nondum emortuis Sarothamni scoparii, Pressburg Hungariæ.

3. **Cryptosporium nigrum** Bon. — Syll. III, p. 743. — Sec. C. Mass. Contr. Mic. Ver. pag. 104, conidia subfusoideo-cylindracea, recta v. subfalcato-allantoidea, utrinque obtusa, hyalina, 8-14 ≃ 1,5-2,5; acervuli punctiformes, hypophylli, innato-erumpentes, cuticula atrata tecti Occurrit quoque in foliis Juglandis prope Cogolo agri veron.

4. **Cryptosporium Androsaces** Rostr. Bidr. Ascom. Dovr. p. 13. — Peritheciis corticolis, sparsis, discoideis, rufis; conidiis fusoideis, continuis, hyalinis, 23-27 ≃ 3. 7032

Hab. in caulibus Androsaces septentrionalis, Dovre Norvegiæ.

5. **Cryptosporium nubilosum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 156. — Acervulis innatis, vix erumpentibus, nigris, 80-110 diam., seriatim gregariis; conidiis lunato-fusoideis, 15-20 ≃ 8,5, hyalinis vix guttatis. 7033

Hab. in foliis emortuis vel semiemortuis Caricis (pensilvanicæ?), Newfield, N. J. et Montana Amer. bor.

LIBERTELLA Desm. — Syll. III, p. 745.

1. **Libertella Gleditschiæ** Winter in Journ. of Myc. 1885. — Acervulis difformibus, immersis, intus pallidis, linea atra circumdatis; conidiis in cirros plerumque filiformes, contortos, aurantiacos erumpentibus, filiformi-fusoideis, valde curvatis, tenuissimis, hyalinis, 17-25 ≈ 1. 7034

Hab. ad corticem putridum Gleditschiæ Triacanthi, Missouri Amer. bor.

NÆMOSPORA Pers. — Syll. III, p. 746.

1. **Næmospora Tiliæ** G. Delacroix Bull. Soc. Myc. Fr. 1890, p. 184, tab. XX, fig. VII. — Acervulis undulatis, peridermio tectis, fuscis, nucleo albido; conidiis hyalinis, cylindraceis, utrinque obtusis, rectis, 6-8 ≈ 1, in cirrum longissimum, crassum luteo-aurantiacum, expulsis; basidiis acicularibus, 20-25 ≈ 0,7, ramosis fasciculatisque. 7035

Hab. in cortice Tiliæ silvestris, Montreuil-sous-Bois, prope Parisios Galliæ.

2. **Næmospora microsperma** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1889, p. 156. — Nucleis per 1-2 cm. inter corticis laminas confluentibus, atropurpureis; conidiis ovatis v. ellipsoideis, minutis, 2-2,5 ≈ 1,5-2, in massas v. cirros rubentes copiose exeuntibus; basidiis 12-15 ≈ 1,5. 7036

Hab. in cortice Aceris saccharini, London, Canada Amer. bor. (J. Dearness).

3. **Næmospora gummosa** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 130. — Nucleis hypodermicis gregariis fuscis, per epidermidem sublevatam et longitudinaliter fissam globulum ceraceo-gummosum eructantibus; conidiis minimis bacteriformibus hyalinis, 2-2,5 ≈ 0,8; basidiis tenuissimis, simplicibus vel parce ramulosis interdum usque ad 60 μ. long. 7037

Hab. in ramis siccis Paulowniæ imperialis in orto botanico Parma.

4. **Næmospora Fici** (Brond.) Sacc. *Libertella* Brond. Rec. Pl. Crypt. Agen. p. 31, t. VIII, f. 3-5. — Acervulis subepidermicis; conidiis fusoideis, subincurvis, utrinque obtusulis hyalinis, continuis, in cirros aurantios erumpentibus. 7038

Hab. in ramis Fici Caricæ, Agen Galliæ.

MORINIA Berl. et Bres. Micr. Trid. p. 82 (1889). (Etym. a cl. prof. F. Morini), *Pestalozziana* Passer. Diagn. F. N. V, n. 48 (ut subgen.). — Acervuli sparsi, erumpentes, pulvinati, atri. Conidia oblonga pluriseptato-muriformia, colorata, loculis extimis subhyalinis, apice pluriciliata. Basidia filiformia, hyalina. — Est *Pestalozzia* conidiis murali-divisis.

1. **Morinia pestalozzioides** Berl. et Bres. Micr. Trid. pag. 82, t. VI, f. 10, *Pestalozzia* (Pestalozziana) *Artemisiæ* Pass. loc. cit. — Acervulis sparsis, epidermide tectis, dein erumpentibus, minutis, atris, pulvinatis, oblongo-rotundatis, longitudinaliter dehiscentibus; conidiis oblongis, obtusiusculis, transverse 5-septatis, loculis mediis 1-3 septulo longitudinali divisis, 22-24 ≈ 8-10, apice setis 3, tenuibus, divergentibus, 14-20 ≈ 1 ornatis, melleo-brunneis, loculis extimis subhyalinis, ceteris valde minoribus; basidiis brevibus, hyalinis (septulatis sec. cl. Pass.). 7039

Hab. in caulibus emortuis Artemisiæ camphoratæ prope Trento et Vigheffio pr. Parma.

STEGANOSPORIUM Corda. — Syll. III, p. 803.

1. **Steganosporium cenangioides** Ell. et Rothr. in Journ. of Myc. 1885. — Stromatibus erumpentibus, tuberculiformibus, excavatis et sursum discoideis, margine demum expanso et tum Pezizulam atram simulantibus; conidiis latis, oblongo-fusoideis vel ovato-oblongis, endochromate 5-8 partito, muriformi, 35-40 ≈ 10-15, pedicellatis. 7040

Hab. in ramulis emortuis Abietis balsameæ, West Chester Amer. bor. (Rothroch).

2. **Steganosporium Castaneæ** Lib. in Brunaud Contrib. à la Flore Myc. de l'Ouest pag. 21. — Acervulis magnis, epidermide velatis, dein erumpentibus, brunneo-olivaceis; conidiis oblongo-ellipsoideis, rectis vel curvatis, sæpius 6-septatis, brunneis, 50-58 ≈ 14. 7041

Hab. in ramis emortuis Castaneæ in Gallia, Germania et in Belgio. — Est st. conidicus *Melanconidis modoniæ*. Cfr. Tul. Carp. II, pag. 141 c. icon.

3. **Steganosporium? variabile** Bon. in Hedw. 1876, p. 83. — Acervulis parum elevatis; sacculis «(?)» tenuissimis, lentiformibus, ostiolo simplici pertusis; strato prolifero mucoso-griseo; basidiis clavatis et stipitatis («stipatis?»); conidiis nigris, cylindraceis, utrinque rotundatis, triseptatis, muco obvolutis. 7042

Hab. in fructibus putrescentibus in Guestphalia.

PHRAGMOTRICHUM K. et S. — Syll. III, p. 806.

1. **Phragmotrichum gigasporum** Schulz. Bot. Centr. 1883, XV, p. 3. 7043
— Peritheciis (spuriis?) mox liberis, infra globosis, superne in collum breve abeuntibus, 0,5–0,57 mm. lat., 0,6 mm. alt., nigris, corneis, 50 μ. cr, demum dehiscentibus et dilabentibus; conidiis concatenatis, inæquali-fusoideis, plerumque ventricosis, utrinque plus minus acuminatis, 34–80 ≈ 19–27, primitus circinato-pilosis, demum glabris, obscurissimis.

Hab. in cortice vetusto Populi pyramidalis, Djakovar Slavoniæ. — Ob septa (ex opacitate conidiorum?) non visa et ob præsentiam perithecii species perdubia.

2. **Phragmotrichum acerinum** Fr. — Syll. III, p. 807. — Conidia fuliginea, 24 ≈ 7. Occurrit quoque in rimis ramorum Aceris campestris, Trento (Bresadola).

HYPHOMYCETEÆ Martius em. Sacc. Syll. IV, pag. 1*).

Fam. 1. **Mucedineæ** Link em.

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Trib. 1. Chromosporieæ Sacc.

CHROMOSPORIUM Corda — Syll. IV, p. 6.

1. **Chromosporium strobilinum** Karst. Symb. XV, p. 109. — Effusum, 7044
ceraceo-molle, sordide ochraceum v. fulvescens; conidiis sphæroideis, raro inæqualibus vel ellipsoideis, continuis, hyalinis, intus

---

*) Auctores nuperiores quidam sporas Hyphomycetum *gonidia* (nec *conidia*) nuncupant; sed revera inepte, nam gonidia sunt notissimæ cellulæ chlorophyllosæ lichenum, a conidiis fungorum morphosi et functione diversissimæ. Nescio quo errore, in nomenclatura organorum reproductionis mycetum, quam exposui in *Recommand. pour les Phytogr.* etc., art. 9, ad Hyphomyceteas legitur *sporæ* pro *conidia* aliaque leviora errata irrepserunt. Liceat hic iterare nomenclaturam correctam:

Hymenomyceteæ: Pileus, quacumque forma indutus; basidia; sterigmata; sporæ; cystidia.
Gasteromyceteæ et Myxomyceteæ: Peridium; gleba; capillitium; flocci; sporæ.
Uredineæ: Sorus; uredosporæ; teleutosporæ; mesosporæ; pseudoperidium; æcidiosporæ; paraphyses.
Ustilagineæ: Sorus; sporæ.
Phycomyceteæ: Oogonia; oosporæ; antheridia; zygosporæ; azygosporæ: zoosporangia; zoosporæ; sporangia; sporæ.
Pyrenomyceteæ et Phymatosphæriaceæ: Stroma; perithecium; loculus; nucleus; ascus; sporidia; paraphyses.
Discomyceteæ et Tuberoideæ: Ascoma; gleba; ascus; sporidia; paraphyses.
Schizomyceteæ: Filamenta; baculi; cocci; endosporæ; arthrosporæ.
Sphæropsideæ: Perithecium; nucleus: basidia; sporulæ.
Melanconieæ: Acervulus; basidia; conidia.
Hyphomyceteæ: Cæspitulus; sporodochium; hyphæ; conidia.

Obs. Ubi spora quæcumque germinet, *promycelium* exoritur, quod *sporidiola* (nec *sporidia*) subinde emittit.

granulosis et fulvescentibus, levibus, 15-23 μ. diam. v. 30 ≃ 15; hyphis non visis.

Hab. in squamis strobilorum Abietis excelsæ vetustis in regione Aboënsi, Merimasku Fenniæ. — *Chr.* (*Diaphanio?*) *serpenti* affine?

2. **Chromosporium pactolinum** (C. et H.) Cooke Grev. XVI, pag. 71, *Corticium* C. et H. — Syll. VI, p. 633. — *Chrom. isabellinum* Ell. et Sacc. in N. A. Fungi n. 1391. — Conidia e flavo isabellina, 7-8 μ. diam. v. 10 ≃ 6.

3. **Chromosporium rubiginosum** (Carm.) C. et M. Grev. XVI, p. 78, 7045
Gymnosporium Carm. MSS. — Epiphyllum, rubiginosum, effusum, pulverulentum; conidiis profusis, ovoideis, continuis, pallide fusco-rubiginosis, 10 ≃ 7-8.

Hab. in foliis dejectis fagineis, Appin Britanniæ.

4. **Chromosporium albo-roseum** Karst. Rev. Myc. 1890. — Cæspitulis 7046
exiguis, subinde confluentibus, roseo-albis; conidiis ellipsoideis vel angulato-sphæroideis, hyalinis (sub lente), 1 μ. diam. vel 2 ≃ 1,5; hyphis vix ullis.

Hab. supra Sporotrichum obducens Link, ad Mustiala Fenniæ.

5. **Chromosporium agaricinum** Karst. in Hedw. 1888, p. 105 et Symb. 7047
Myc. Fenn. XXII, p. 148. — Effusum, pulveraceum, saturate luteum, subinde virescens, luteum; conidiis elongatis, rectis, 2 ≃ 0,5; hyphis nullis visis.

Hab. supra lamellas semisiccas Lentini domestici, Mustiala Fenniæ.

6. **Chromosporium stercorarium** Karst. Symb. Myc. XXVII, p. 36. — 7048
Effusum, tenuissimum, submembranaceum, albidum; conidiis copiosissimis, sphæroideis, hyalinis, 0,7-1 μ. diam.; hyphis prorsus nullis.

Hab. supra stercus bovinum caulesve putridos in regione Aboënsi, Merimasku Fenniæ.

COCCOSPORA Wallr. — Syll. IV, p. 9.

1. **Coccospora casei** Karst. Rev. Myc. 1890. — Cæspitulis laxis, or- 7049
bicularibus, nonnunquam confluentibus, cinnabarinis; conidiis exacte sphæroideis, levissimis, fulvo-aurantiacis, membrana hyalina, 9-12 μ. diam.; hyphis parcis, ramosis, usque ad 70 μ. longis, circ. 3 μ. crass.

Hab. in caseo vetusto in Mustiala Fenniæ (Gripenberg).

2. **Coccospora? parasitica** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, 7050

pag. 93. — Granuliformis, ceracea, albo-diaphana, dein sordide alutacea, dense gregaria; conidiis globosis, exosporio crassissimo, levi, 15-21 μ. diam., hyalinis, primo nubilosis.

Hab. in stromatibus Pleomassariæ sipariæ et Eutypellæ stellulatæ, Groenendael Belgii. — *Protomyces pityophilus* Karst. et *Pr. muscorum* Karst. — Syll. VII, 1, p. 321-2 — monente ipso auct. Fragm. Fenn. XIX, p. 6, sunt *Coccosporæ* species.

SOROSPORELLA Sorok. in Giard Nouv. par. p. 80 c. ic. (Etym. *Sorosporium*). — Sori atro-rubri. Sporæ (conidia?) globosæ, hyalinæ, leves v. rarissime tuberculo aliquo præditæ.

1. **Sorosporella Agrotidis** Sorok. loc. cit. — Mycelio ramuloso, vix evoluto. soris atro-rubris, granulosis; sporis (conidiis?) globosis, hyalinis, 4-7 μ. diam., levibus v. rarissime tuberculo minuto præditis, 1-pluriguttulatis. 7051

Hab. ad bruchos Agrotidis segetum, Rossia septentr.

Trib. 2. Oosporeæ Sacc.

HELICOCEPHALUM Thaxt. Bot. Gaz. 1891, pag. 201 (Etym. *helix* et *cephalos* capitulum). — Hyphæ hyalinæ, steriles, tenues, repentes, subseptatæ, fertiles erectæ simplices, continuæ, multo crassiores, summo apice bis ter spiraliter convolutæ. Pars spiralis capitulum formans et mox in articulos seu conidia ellipsoideo-truncata, brunnea secedens. — Genus nulli alii affine.

1. **Helicocephalum sarcophilum** Thaxt. l. c. t. XIX, f. 1-5. — Sparsum; hyphis sterilibus 2 μ. cr., fertilibus cylindraceis, sursum tenuatis, 1 mm. alt., 20-25 μ. cr., sursum 8-10 μ. cr.; conidiis in quoque capitulo seu spira subviginti, elliptico-cylindraceis, utrinque obtuse rotundatis, maturitate brunneis, 55-65 ≂ 30-35, demum secedentibus et in capitulum subglobosum viscosum cohærentibus. 7052

Hab. in cadaveribus in laboratorio, Connecticut Amer. bor.

OOSPORA Wallr. em. Sacc. Syll. IV, p. 11.

1. **Oospora umbilicata** (Riv.) Sacc., *Torula umbilicata* Riv. Parass. p. 439, f. 128. — Cæspitulis albidis; mycelio repente; hyphis fertilibus erectis, conidiorum catenulas apice gerentibus; conidiis ovoideis, umbilicatis, hyalinis, 8-9 ≂ 4. 7053

Hab. in fœno putri, Pisa Ital. bor.

2. **Oospora penicillioides** (Riv.) Sacc., *Oidium penicillioides* Riv. 7054

Par. p. 448, fig. 137. — Mycelio repente, sordide albido, septato; hyphis fertilibus erectis, ramosis, sursum attenuatis, apice catenulas conidiorum gerentibus; conidiis subovoideis, superne acuminatis, basi truncatis, episporio crasso, obscuriore donatis, granulosis, 7 ≂ 4.

Hab. in fœno udo, sanguine anthrace seu «carbonchio» affecto inquinato, Pisa Italiæ borealis.

3. **Oospora inæqualis** (Riv.) Sacc., *Oidium inæquale* Riv. Par. p. 447, f. 136. — Alba; mycelio repente, continuo v. demum septato; hyphis fertilibus, erectis, septatis, ad septa constrictis, in catenulas conidiorum desinentibus; conidiis sphæroideis v. ovoideis, episporio crasso præditis, intus granulosis, 8-12 ≂ 8-10, hyalinis. 7055

Hab. in fœno, Pisa Ital. bor. (Pavesi).

4. **Oospora ægeritoides** Karst. Rev. Myc. 1888. — Cæspitulis gregariis, erumpentibus, vulgo rotundatis, subpulvinatis, laxis, farinosis; hyphis fasciculatis, erectis, simplicibus, continuis, circiter 26 ≂ 4-5, in catenulas breves, rarissime ramosas abeuntibus; conidiis mox secedentibus, ovoideis vel sphæroideis, albis, 6-7 ≂ 5-6 vel 5-6 μ. diam. 7056

Hab. in caulibus putrescentibus Chenopodii albi ad Mustiala Fenniæ.

5. **Oospora Cookei** Sacc. *O. inæqualis* Cooke et Mass. Grevillea XVI, pag. 10, nec Rev. — Tenuissima, effusa, glauco-pruinosa, grisella; conidiis inæqualibus e globoso ellipsoideis, 5-10 ≂ 5, in catenulas curvas, breves, simplices v. ramosas junctis. 7057

Hab. in culmis Bambusæ, Kew, London Britanniæ.

6. **Oospora Clavariarum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXV, p. 25. — Cæspitulis effusis, ambientibus, mucedineis, albidis; catenulis brevibus, simplicibus, ex hyphis brevissimis, 40-50 μ. longis, oriundis; conidiis (saltem ultimis) sphæroideis, episporio crasso, verruculoso, hyalinis, 18-36 μ. diam. 7058

Hab. supra Clavariam putrescentem pr. Mustiala Fenniæ.

7. **Oospora Cucumeris** Peck 41 Rep. p. 80. — Acervulis laxis, subconfluentibus, albidis v. griseolis, velutinis; hyphis erectis vel divergentibus, concatenatis, ellipsoideis vel oblongis, hyalinis, 10-20 ≂ 6-7,5. 7059

Hab. in fructibus Cucumeris Melonis, Menands Amer. bor.

8. **Oospora nectricola** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1458 et n. 1858 (*O. sphærellæ* Rich.) — Acervulis albis; hyphis brevibus 1-2-septatis; conidiis concatenatis, demum sparsis, ovoideis, hyalinis. 7060

Hab. supra perithecia Nectriæ Dahliæ, cujus statum conidicum sistit, St. Amand Galliæ.

9. **Oospora ovorum** Trab. Champ. par. criq. p. 4, t. 17, f. 5. — Alba; mycelio repente; conidiis in series moniliformes, gregarias, circinantes pluribus (20-30) concatenatis, globosis, 0,7 μ. diam. 7061

Hab. in ovis Acridii peregrini, Algeria.

10. **Oospora Aphidis** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 76. — Hyphis brevibus, continuis, subcæspitosis, hyalinis; conidiis catenulatis, limoniformibus, utrinque apiculatis, primo guttulatis, hyalinis, albis, 17-19 = 12. 7062

Hab. supra Aphides ad folia Cucurbitæ Peponis, Brisbane Australiæ (Bailey).

11. **Oospora rubiginosa** (Riv.) Sacc., *Torula rubiginosa* Rivolta Parass. p. 438, f. 123. — Mycelio repente; hyphis fertilibus, brevibus, ramosis, ramulis catenulas conidiorum gerentibus; conidiis sphæroideis, rubiginosis, 9 μ. diam., minute verrucosis. 7063

Hab. in fœno, Novara Ital. bor.

12. **Oospora rufescens** (Fres.) Sacc., *Torula* Fres. Beitr. p. 86, t. XI, f. 11-17. — Mycelio repente, effuso, albido v. rufescente; hyphis brevibus, rectis, sparsis v. hinc inde 2-3 confertis; conidiis globosis, 5-8 μ. diam. levibus, nucleo refringente, pallide rufescentibus, in catenas longas curvas pluribus (usque 30-36) digestis, subinde conidiis minoribus interjectis. 7064

Hab. in lente crystallina humana, cataractâ opacata et sub vitro servata in Germania (Doct. Mettenheimer).

13. **Oospora versicolor** Speg. F. Guar. nonn. n. 154. — Cæspitulis superficialibus v. erumpenti-diffluentibus, tenuibus, difformibus, minutis, 0,5-1 mm. diam., raris hinc inde aggregatis ac confluentibus, margine tenuissimis, araneoso-evanescentibus, albis v. pallidis, centro parum incrassatulis, subpulvinatulis, primo compactiusculis, dein pulverulentis, flavis, aurantiis vel roseis; hyphis hyalinis, repentibus, septatis, articulis basalibus elongatis, non secedentibus, apicem versus gradatim abbreviatis ac cuboideo-articulatis, 8-10 = 5-15, sensim in conidia abeuntibus; conidiis globosis, 4-6 μ. diam., levibus, catenulatis, hyalinis. 7065

Hab. ad terram, folia ramentaque putrescentia prope Guarapì, Posta-cuê et Yaguaron Brasiliæ.

14. **Oospora corii** (Rich.) Sacc. *Torula corii* Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1942. — Effusa, crassiuscula, rubescens; conidiis cuboideis, ru- 7066

bellis, in sporophoris brevibus acrogenis et in catenas elongatas, ramosas digestis.

Hab. in corio vetusto udo, St.-Amand Marne Galliæ. — *O. corii* Rich. Champ. Marn. n. 1859 est certe eadem species.

SPORENDONEMA Desm. em. Oudem. Ver. Acad. Amsterd. 1885, p. 115 cum icone (Etym. *spora, endon* intus et *nema* filum). — Hyphæ albæ, steriles repentes, septatæ ramosæ; fertiles assurgentes. Conidia in interiore hypharum generata et catenulatim exsilientia, hyalina, dein fusca. — *Sporendonema Casei* Desm. ad *Oosporam* spectat.

1. **Sporendonema terrestre** Oudem. l. c. — Mycelio ad terram humosam repente albo, articulato, ramoso; hyphis fertilibus erectis, ramosis, continuis; conidiis endogenis, a se invicem remotis, ex hypharum fertilium protoplasmate ortis, primitus hyalinis, utrinque planis, postremo fuscis, utrinque rotundatis, manicatis, i. e. tubulo membranaceo, brevi, achromo ex hypharum interstitiis vacuis circumcisione orto ornatis, 7 ≍ 2½ (absque appendiculis maniciformibus). 7067

Hab. in calidariis in pulvere coriario, Amsterdam Hollandiæ.

2. **Sporendonema myophilum** Sacc. in Peck 41 Rep. p. 80. — Hyphis hyalinis, simplicibus vel ramosis, dense intertextis, massam ceraceam, mollem, albam efformantibus; conidiis concatenatis, globosis v. late ellipsoideis, 4-7,5 μ. long. 7068

Hab. in corpore murium viventium, Binghamton Amer. bor. (H. L. Griffis).

FUSIDIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 25.

1. **Fusidium lycotropum** Preuss — Sacc. Syll. IV, pag. 28, Grove in litteris. — Album, tenuiter effusum; conidia ad instar ferri æquini curvata, hyalina, fusiformia, utrinque obtusata, 2-4-guttulata, 18-30 ≍ 3, in circulum, subinde fere completum, 6-8 μ. diam. circumflexa, guttulis duobus interioribus, fere semper maximis repleta; conidia concatenata videre non contigit. — In Britannia. 7069

2. **Fusidium Bryoniæ** Brun. Misc. Myc. II, p. 44. — Hyphis patentibus, brevissimis, in maculas olivaceas, subrotundas, confluentes, brunneo-marginatas gregariis; conidiis fusoideis v. oblongis, utrin- 7070

que plus minus rotundatis, hyalinis, vulgo 2-4-pluriguttatis, rectis v. curvis, 18-20 ≃ 4-4,5, moniliformi-seriatis.

Hab. in foliis languidis Bryoniæ dioicæ, Saintes Galliæ.

3. **Fusidium leptospermum** Pass. in Speg. Dec. 54. — Maculis hypophyllis, albis, subrotundis, parvulis; conidiis tenuibus, fusiformi-clavatis, hyalinis, 30-45 ≃ 2½. 7071

Hab. in foliis Ranunculi bulbosi, Parma Ital. bor.

4. **Fusidium magellanicum** Speg. F. Pat. n. 179. — Maculis majusculis, 2-5 mm. diam., pallescenti-arescentibus, subindeterminatis, concentrice rugulosis; acervulis amphigenis, minutissimis, dense gregariis sæpeque confluentibus, candidis; hyphis non v. vix evolutis, gracillimis, repentibus, non v. vix ramulosis, hyalinis; conidiis catenulatis, cylindraceis, continuis (rarius medio 1-septatis, sed non constrictis), utrinque acutiusculis (sed vertice truncatulo), rectis v. subcurvulis, 12-30 ≃ 2-2,5, hyalinis. 7072

Hab. ad folia viva Casaleæ cujusdam in rivulis pr. Gregory bay Patagoniæ.

5. **Fusidium Deutziæ** Cooke Grev. XVI, p. 48. — Hypophyllum; cæspitulis minutis, convexis, pulvereis, carneolis; conidiis fusoideis, rectis, hyalinis, continuis, 16-20 ≃ 3-4; sporophoris brevissimis. 7073

Hab. in foliis languescentibus Deutziæ, Holloway Britanniæ.

6. **Fusidium Mimosæ** Pass. et Roum. Rev. Myc. 1885, pag. 178. — Cæspitulis pulveraceis, glomeratis vel vage sparsis, albidis; conidiis cylindraceo-lanceolatis, rectis vel arcuatis, hyalinis, 10 ≃ 2,5. 7074

Hab. in endocarpio leguminum fracidorum Mimosæ Julibrissin in Gallia (*Reliquiæ* Prostii).

MONILIA Pers. — Sacc. Syll. IV, p. 31.

1. **Monilia carbonaria** Cooke in Grevillea XV, pag. 17. — Cæspitulis compactis, pulvinatis, ellipticis vel confluendo difformibus, aurantiacis vel aurantio-rubris, 1-10 mm. diam.; hyphis repentibus, intricatis, septatis, dissilientibus, vage ramosis; conidiis globoso-ovalibus, primo concatenatis, dein liberis, levibus, hyalinis rubrotinctis, 8-12 μ. diam. 7075

Hab. in ligno et ramis, New Zealand Australiæ (Colenso).

2. **Monilia aurantiaca** Peck et Sacc. 42 Rep. p. 32. — Cæspitulis pulvinatis superficialibus compactiusculis mox fragilibus velutino-pulveraceis, 3-5 mm. diam. subinde confluentibus e cinnabarino salmonicoloribus; hyphis radiantibus 10-12 μ. cr., vage ramosis ramulosisque, articulatis, articulis demum secedentibus; conidiis 7076

heteromorphis initio globulosis v. ellipsoideis, 10-12 μ. diam. vel 18 ≈ 10, dein sublimoniformibus, longiuscule sæpeque ramoso-catenatis, 10-12 ≈ 8-9.

Hab. in cortice vix emortuo Ailanthi glandulosæ, Albany N. Y. Amer. bor. — *Mon. aureo-fulvæ* et *sitophilæ* affinis, sed colore cæspitulorum conidiorumque forma et magnitudine sat distincta.

3. **Monilia arctica** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXV, p. 24. — Cæspitulis effusis, velutinis, e sordido helvolis; hyphis septatis, longiusculis, 8-10 μ. cr.; conidiis breve catenulatis, ovalibus, sæpissime distincte apiculatis indeque isthmico-conjunctis, hyalinis vel demum dilutissime flavidis, endochromate granuloso, 20-30 ≈ 10-13. 7077

Hab. in ligno Betulæ vetusto in sinu Kola Lapponiæ rossicæ.

4. **Monilia penicillata** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 54. — Effusa v. subcæspitosa, aurantiaca; hyphis sterilibus prostratis, hyalinis, araneosis, minutissimis; hyphis fertilibus erectis, validis, simplicibus v. e basi ramosis, 100-200 ≈ 25-40, aurantiaco-granulosis, non septatis, apice obtuso, subincrassato; conidiis acrogenis, in series incurvas, plus minus ramosas concatenatis, ellipsoideis, utrinque acutis in sicco, udis obtusis, 25-60 ≈ 20-40. 7078

Hab. in ligno putri Newfield et Louisiana Amer. bor.

5. **Monilia effusa** Peck 42 Rep. pag. 32. — Acervulis primo parvis, mox confluentibus et ample effusis, tenuibus, pulverulentis, pallide fulvis v. ochraceis; hyphis hyalinis, septatis; conidiis catenulatis, citriformibus, uno apice v. utrinque apiculatis, 15-17,5 ≈ 10-12,5. 7079

Hab. in ligno putri, Jayville, St. Lawrence county Americæ borealis.

6. **Monilia Peckiana** Sacc. Syll. IV, p. 34, Peck 39 Rep. p. 49, t. II, f. 19-21 — var. **angustior** Sacc. l. c., Peck l. c. f. 22-24. — Inquirendum est an *Monilia fructigena* in ramulis tenellis vivis Persicæ in Amer. bor. (Cfr. Journ. of Myc. 1891, p. 36, t. V), sit potius *M. Linhartianæ* v. *M. Peckianæ* adscribenda.

7. **Monilia microspora** Speg. Guar. I, p. 161. — Acervulis amphigenis, sparsis, maculas depresso-pulvinatas, 2-5 mm. diam., irregulares, crustaceo-pulveraceas, sordide albo-flavescentes hinc inde efformantibus; hyphis omnibus repentibus, continuis vel remotiuscule parcissimeque septulatis, gracilibus, 2-3 μ. cr. subdiffluentibus, dilutissime flavescentibus, dense ramosis, ramulis breviusculis, subassurgentibus, subflexuoso-geniculatis, hinc inde papillulatis; conidiis 7080

ex papillis ramulorum oriundis, cylindraceo-ellipsoideis, utrinque late truncatis, 4-5 ≃ 2,5-3, levibus, catenulatis, pallide flavescentibus.

Hab. ad folia dejecta putrescentia Citri Aurantii pr. Guarapì Brasiliæ.

8. **Monilia pruinosa** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 78. — Effusa, tenuis, albo-pruinosa; hyphis flexuosis, elongatis, septatis, 10-12 μ. diam., irregulariter ramosis; conidiis breviter catenulatis, subglobosis v. ovoideis, hyalinis, 14-15 ≃ 12. 7081

Hab. in foliis languidis Caladii, Kew London Britanniæ.

9. **Monilia Kochii** (Wettst.) Sacc. *Rhodomyces Kochii* Wettst. Untersuch. ueb. paras. d. mensch. Koerp. cum tab. p. 7. — Mycelio hyalino, tenui, ex hyphis sterilibus nunc continuis nunc septatis efformato, articulis 26-60 ≃ 6-16; hyphis conidiophoris assurgentibus, roseis v. flavido-rubris, ex articulis brevibus, rotundis vel breve cylindraceis compositis, copiose et repetite ramosis, superioribus denticulis obtusulis sæpius binis auctis; conidiis catenulatis, rotundis, ovoideis v. polygoniis, 6-16 μ. diam. v. 15-20 ≃ 6-15, hyalinis, membrana tenui præditis, e denticulis oriundis. 7082

Hab. parasitica in membrana mucosa corporis humani in Austria. — «Mihi omnino *Monilia*».

10. **Monilia obducens** Karst. Hedw. 1891, p. 248. — Cæspitulis gossypinis late effusis, albidis, dein ob conidia sordide roseis v. isabellinis; hyphis repentibus, vage ramosis, articulatis, hyalinis, 2-6 μ. cr., levibus; conidiis concatenatis, sphæroideis, raro late ellipsoideis, levibus, isabellinis, sub lente hyalinis v. hyalino-flavescentibus, 6-10 μ. diam. 7083

Hab. ad corpus Colubri Natricis in spiritu vini asservati, Mustiala Fenniæ.

CYLINDRIUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 36.

1. **Cylindrium Luzulæ** (Lib.) Sacc. in Rev. myc. 1885, tab. LV, f. 8, *Psilonia Luzulæ* Lib. Exc. — Acervulis pulvinatis, compactiusculis, candidis; conidiis cylindricis, utrinque truncatulis, catenulatis, hyalinis, 5-6 ≃ 1. 7084

Hab. in foliis Luzulæ maximæ in Arduennis (Libert) et in Gallia australi (Ang. Roumeguère).

2. **Cylindrium flexile** Karst. in Hedw. 1891, p. 302. — Acervulis pulvinatis, difformibus, tremellinis, flexilibus, hyalino-albidis, siccis pulverulentis et candidis, minutis vel parvis; hyphis tenellis, conti- 7085

nuis, vulgo ramosis, 50-70 ≃ 1,5-2; conidiis concatenatis, facillime secedentibus, cylindraceis, rectis, utroque apice obtusis, intus granulosis seu minute guttulatis, rarissime obsolete tenuiter 1-septatis, hyalinis, 22-32 ≃ 3-5,5.

Hab. in ramis ramulisque Tiliæ et Piri in agro mustialensi Fenniæ.

3. **Cylindrium minutissimum** Rabh. Unio Itin. XXIV, Grev. XVII, p. 69. — Perexiguum; conidiis cylindricis, utroque polo rotundatis, achrois, hyalinis, apicibus concatenatis; catenis plus minus ramosis. 7086

Hab. in Stachyde glutinosa in consortio Torulæ, Lanusei Sardiniæ (Marcucci).

4. **Cylindrium pulvinulatum** Karst. Hedw. 1890, p. 272. — Cæspitulis sparsis, rarissime confertis, rotundatis, rarius oblongatis, convexis, nudis, albis 0,3-0,5 mm. diam.; catenulis filiformibus stipatissimis, erectis, simplicibus, 150-180 μ. longis; conidiis cylindraceis, utrinque truncatis, rectis vel flexuosis, pluriguttulatis, 9-12 ≃ 2. 7087

Hab. supra asseres Pini prope Mustiala Fenniæ.

5. **Cylindrium fuegianum** Speg. F. Fueg. n. 435. — Cæspitulis superficialibus effusis 2-3 mm. diam., sparsis v. laxe gregariis, rarius confluentibus, compactiusculis, aurantiacis v. flavescenti-carneis; conidiis cylindraceis, utrinque leniter attenuatis ac truncatis 15-20 ≃ 1,5, catenulatis, continuis rarissime medio 1-septatis non constrictis, granuloso-farctis, hyalinis v. subcarneis. 7088

Hab. ad folia dejecta putrescentia Fagi betuloidis in Staten island et Fuegia. — Species *C. flavo-virescenti* Ditm. peraffinis sed satis distincta.

POLYSCYTALUM Riess — Sacc. Syll. IV, p. 38.

1. **Polyscytalum cylindroides** Sacc. et Ell. Journ. of Myc. 1888, p. 105. — Hyphis e basi paullo incrassata subcylindricis, brevibus, subfuligineis, subsimplicibus, catenulis passim ramosis; conidiis cylindricis, utrinque obtuse rotundatis, spurie 1-septatis, 15-20 ≃ $2^1/_2$-3. 7089

Hab. in foliis dejectis Quercus virentis et Q. aquaticæ, Pointe à la Hache La. Amer. bor. (Rev. Langlois). — Cæspituli vix 1 mm. diam. A *Pol. fecundissimo* hyphis subsimplicibus differt, a *P. sericeo* conidiis æqualibus etc.

OIDIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 41.

1. **Oidium Verbenæ** Thüm. et Boll. Contr. Fung. lit. austr. III, p. 6. — Maculas plus minusve orbiculatas vel sinuosas, subparvas, solitarias, nondum confluentes, laxas, in foliorum pagina superiore colore ex subgriseo roseo vel sordide albescente formans; hyphis brevibus, subrectis, septatis, hyalinis; conidiis longe ellipsoideo-subparallelo-grammis, utrinque vix rotundatis, hyalinis, 10-12 ≍ 4-7. 7090

   Hab. ad folia viva Verbenarum hortorum, Gorizia Ital. bor.

2. **Oidium erumpens** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 49. — Hypophyllum; cæspitulis griseo-albis, erumpentibus, compactiusculis, per ætatem obscurioribus; conidiis subglobosis, initio compressione subcuboideis, catenulatis, hyalinis, 7 ≍ 5; sporophoris brevibus. 7091

   Hab. in foliis vivis Riveæ hypocrateriformis, Kew London Britanniæ.

3. **Oidium Fragariæ** Harz Bot. Centr. 1887, IV, p. 314. — Hyphis hypophyllis, tenuibus, laxis, fertilibus sparsis; conidiis ovoideis 30-32 ≍ 14-15, utrinque leniter truncatis, subhyalinis. 7092

   Hab. in foliis Fragariæ (var. Ananas) cultæ, München Bavariæ. — Plantæ a fungillo valde vexantur. *O. Ruborum* differre videtur conidiis 28 ≍ 17 utrinque rotundatis.

4. **Oidium lycopersicum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 114. — Cæspitulis effusis, indeterminatis, albis, mycelio arachnoideo, hyphis brevibus, ramulosis, erectis; conidiis subglobosis, concatenatis, hyalinis, 8-9 μ. diam. 7093

   Hab. in caulibus et foliis Solani Lycopersici, Upper Yarra Britanniæ.

5. **Oidium Cydoniæ** Pass. in Thuem. Myc. Univ. 1667. — Effusum, album; conidiis ellipticis subsolitariis vel duobus tribus concatenatis, hyphis longis fultis, 22-23 ≍ 15. 7094

   Hab. in foliis vivis Cydoniæ vulgaris, Parma Ital. bor.

6. **Oidium farinosum** Cooke Grev. XVI, p. 10. — Album, farinaceum, effusum, folia juvenilia ramulosque obtegens; hyphis simplicibus in conidia ellipsoidea, truncata, levia, 28-30 ≍ 12, hyalina abeuntibus. 7095

   Hab. in ramis foliisque Mali in Britanniæ pluribus locis. — «Forte var. *Oid. leucoconii*».

7. **Oidium pirinum** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 68. — Maculis magnis, dilute brunneis, definite subirregulariterque definitis, 7096

demum totam folii superficiem occupantibus et necantibus; hyphis repentibus, nullis vel saltem inconspicuis; hyphis fertilibus gracilibus, pro parte cum conidio persistentibus conidiis copiosis, in massam pulveream, pallide cineream aggregatis, 3-4 in series concatenatis, membrana subinæquali, hyalinis, 12-16 μ. diam.

Hab. in foliis Piri coronariæ, Racine, Wisconsin Americæ borealis.

8. **Oidium obductum** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 35. — Hypophyllum, cinereo-album late effusum; hyphis sterilibus tenuibus, 3-4 μ. cr., parce septatis, ramosis, laxe intricatis; conidiis magnis 35-50 ≈ 18-22, elliptico-doliiformibus, concatenatis, utrinque truncatis. 7097

Hab. in foliis vivis Quercus (falcatæ?) junioris, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois).

9. **Oidium destruens** Peck 32 Rep. pag. 41. — Effusum in maculis latis brunneis, odorum, albido-cinerescens; hyphis biformibus, sterilibus repentibus, ramosis, fertilibus erectis vel decumbentibus, subramosis, catenulas conidiorum formantibus; conidiis inæqualibus, ellipsoideo-subglobosis angulosisve utrinque apiculatis, 5-15 μ. long. 7098

Hab. in foliis vivis Amelanchieris canadensis et Pruni serotinæ, Center et Sandlake Amer. bor. — «An cum *Monilia Linhartiana* comparandum?»

Subsect. 2. **Macronemeæ** Sacc.

Trib. 3. Cephalosporieæ Sacc.

ŒDOCEPHALUM Pr. — Syll. IV, p. 47.

1. **Œdocephalum byssinum** (Bon.) Sacc. IV, p. 49 — ***herbariorum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVI. p. 30. — Hyphis erectis, hyalinis, haud septatis, solito æqualibus, 0,2 mm. altis, 15-20 μ. cr.; capitulis rotundis, albis demum flavescentibus; conidiis exacte sphæroideis, verruculosis ex hyalino flavidis 12-14 μ. diam. 7099

Hab. in foliis Ranunculi repentis in herbario asservatis, prope Vasa Fenniæ lectis.

2. **Œdocephalum sulphureum** Cooke et Mass. Grev. XVII, p. 3. — Cæspitulis hemisphæricis vel confluentibus, sulphureis; hyphis septatis dichotomis, apice globoso-inflatis, papillatis; conidiis globosis hyalinis, 3-5 μ. diam., episporio levi. 7100

Hab. in chorda uda, Kew London Britanniæ.

3. **Œdocephalum echinulatum** Thaxt. Bot. Gaz. 1891, pag. 17, t. IV, f. 8-11. — Album, demum flavidum; hyphis sterilibus fertilibusque non prorsus distinctis, ultimis plus minus irregulariter et indefinite ramosis; vesiculis conidiophoris e sphærico obovoideis 35 ≈ 28, rarius usque 65 ≈ 45, obsolete areolatis muriculatisque; conidiis ex ovato ellipsoideis, tenuiter echinulatis, 12 ≈ 10, rarius usque 25 ≈ 18. 7101

Hab. in caseo et charta caseum obvolvente, Massachusetts Amer. bor. — Videretur *Œdocephalum* proliferum. Cfr. *Choanophora* Cunn., Syll. IX, p. 339.

4. **Œdocephalum agaricinum** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1870. — Cæspitulis fascicularibus; hyphis hyalinis; conidiis concatenatis, in capitulum ochraceum congestis, hypharum apice minute verrucoso insertis. 7102

Hab. in pileo Agaricineæ cujusdam, Sermaize Marne Galliæ.

5. **Œdocephalum verticillatum** Thaxt. Bot. Gaz. 1891, pag. 18, t. IV, f. 12-14. — Album, demum flavidum; hyphis sterilibus repentibus, crebre septatis, ramosis, hyphas fertiles 2-4 ex uno puncto verticillatim ascendentes emittentibus, hyphis fertilibus septatis, filiformibus 4 μ. cr. in vesiculam sphæricam abrupte apice dilatatis; vesicula tenuissime areolata, 20-25 μ. diam.; conidiis grossiuscule muriculatis, sphæricis, 5-7 μ. diam. 7103

Hab. in excrementis Lacertarum, E. Tennesee Amer. bor.

RHOPALOMYCES Corda — Syll. IV, p. 50.

1. **Rhopalomyces strangulatus** Thaxt. Bot. Gaz. 1891, p. 21, t. III, f. 3-9. — Hyphis sterilibus copiosis, valde ramosis, parce septatis, 4 μ. diam., fertilibus dense gregariis, basi rhizinis copiosis præditis, hyalinis, cylindricis, 2-8 mm. altis, 40-50 μ. cr., infra vesiculam abrupte et arcte constrictis; vesicula globosa, magna, 250 μ. diam., plus minus distincte areolata; conidiis numerosissimis, subcylindricis utrinque rotundatis, 39 ≈ 8,5-10. 7104

Hab. in ossibus aliisque substantiis animalibus putrescentibus, Massachusetts, Connecticut Amer. bor. — Cl. Thaxter, cui libenter assentior, discrimen typicum inter *Œdocephalum* et *Rhopalomycetem* ponit in hyphis mycelicis, quæ in hoc postremo sunt radiculiformes, in illo hyphæ fertili fere conformes et magis evolutæ.

2. **Rhopalomyces nigripes** Cost. Bull. Soc. Bot. Fr. 1886, p. 493. — Hyphis fertilibus brunneis, apice in vesiculam concolorem, sterig- 7105

matibus hirtam, 28-80 μ. diam.; conidiis brunneis, elongatis, uno apice acuminatis, altero rotundatis, 25-34 ≃ 8-9.

Hab. ad Pezizam arenariam in Gallia.

SIGMOIDEOMYCES Thax. Bot. Gaz. 1891, p. 22, t. IV (Etym. *sigma*, *sigmoides* et *myces*). — Hyphæ fertiles erectæ, septatæ, in curvas sigmoideas pluries flexæ, intricate ramosæ vel pseudo-dichotomæ, ramuli ultimi steriles. Vesiculæ conidiophoræ globosæ laxe muriculatæ, per pedicellos breves exiles hyphis hærentes, pleurogenæ. Conidia globosa, crasse tunicata, subhyalina.

1. **Sigmoideomyces dispiroides** Thax. loc. cit. f. 15-18. — Cæspitulis flavido-brunneolis, 1 mm. alt., hyphis varie intricatis, dense septatis, sigmoideo-ramosis, ramis quoque sigmoideis ramulis ultimis subfalcatis, acutis, homomallis; vesiculis 35-45 μ. diam. globosis; conidiis late ellipsoideis v. subsphæricis, flavidis, echinulatis, 17 ≃ 16. 7106

Hab. in ligno putri, Burbank, E. Tennesee Amer. bor.

CEPHALOSPORIUM Corda — Sacc. Syll. IV, p. 56.

1. **Cephalosporium (?) tumefaciens** Winter in Hedwigia 1885, p. 259. — Conidiis 4-10 glomerulos hemisphæricos formantibus, oblongo-subcuneatis, vertice rotundatis, deorsum plus minusve attenuatis, continuis, pallide fuscidulis, interdum parum curvatis, 10-16 ≃ 5-7. 7107

Hab. ad plantam frutescentem vel arboream vivam, adhuc indeterminatam folia ramulosque tumefaciens et deformans prope S. Francisco Brasiliæ (E. Ule).

2. **Cephalosporium Acremonium** Corda — Syll. IV, p. 56 — Var. **uniseptatum** Massee Dis. of Coloc. p. 48, t. I, f. 3. — Conidiis oblongo-ellipsoideis, utrinque acutiusculis, 1-septatis, 10 ≃ 4 (ex icone). 7108

Hab. parasiticum in hyphis Heterosporii Colocasiæ in Colocasia esculenta, Jamaica Amer. centr. — «Ob conidia 1-septata vix *Cephalosporium* et potius *Cephalothecium*».

CORETHROPSIS Corda — Sacc. Syll. IV, p. 62.

1. **Corethropsis epymices** Massee New Microfungi pag. 3, fig. 16-18. — Gregaria; stipitibus albis, simplicibus, conicis, hyphis permultis compositis undique orientibus, præter basim incrassatam septatis, patentibus, nonnullis capitulum conidiorum subglobosum gerentibus; conidiis hyalinis, oblongo-linearibus, oblique apiculatis. 7109

Hab. in Mycena pura putri, socio *Spinello fusigero*, Scarborough Britanniæ.

Trib. 4. Aspergilleæ Sacc.

ASPERGILLUS Mich. — Syll. IV, p. 61 *).

1. **Aspergillus atrovirens** Karst. Symb. XXVI, p. 28. — Hyphis sterilibus repentibus, ramosis; fertilibus assurgentibus, hyalinis, apice vesiculoso-inflatis; capitulis cylindraceis, sphæroideo-clavatis v. rotundatis, atrovirentibus; conidiis sphæroideis, levissimis, catenulatis, basidiis nullis suffultis, æruginosis, sub micr. chlorinis vel chlorino-hyalinis, 4-6 μ. diam. 7110

   Hab. in fructibus Amygdali communis, Mustiala Fenniæ, socio *Eurotic lateritio.*

2. **Aspergillus aviarius** Peck 44 Rep. p. 25, t. IV, fig. 9-12. — Hyphis sterilibus repentibus, albis v. albidis; fertilibus erectis, simplicibus, continuis, 7 μ. cr., apice in vesiculam globosam, subpapillosam, 20-30 μ. latam terminatis; conidiis globosis, levibus, 2-2,5 μ. diam. catenulatis e vesicula immediate oriundis, demum cæsio-glaucescentibus. 7111

   Hab. in cavitate thoracica avis (Serini canarii), quæ forte hac de causa decessit, New York Amer. bor. (E. B. Southwick).

3. **Aspergillus fimetarius** Peck 42 Rep. p. 32. — Albus; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus erectis, simplicibus, septatis, apice paullo incrassatis; basidiis oblongis v. subcylindraceis, apice acuminatis, 12,5-15 μ. long.; conidiis globosis, 4-5 μ. diam. 7112

   Hab. in fimo Damæ in montibus Adirondack Amer. bor. — *A. candido* affinis.

STERIGMATOCYSTIS Cram. — Sacc. Syll. IV, p. 71.

1. **Sterigmatocystis Coronella** Costant. Muced. simples p. 34 c. ic. — Alba; hyphis sterilibus, filiformibus 1-septatis, 5 μ. cr.; fertilibus erectis, crassis, continuis, 16-18 μ. cr., apice in vesiculam 37 μ. lat., leviter dilatatis; basidiis densis teretibus apice sterigmata 2-4 subfusoidea gerentibus; conidiis ellipsoideis, levibus, 5 = 3. 7113

   Hab. in ligno emortuo in Gallia.

2. **Sterigmatocystis nidulans** Eid. in Cohn Beitr. III, p. 392, t. XX-XXII. — Cæspitulis confluentibus, flavo-viridulis, dein obsolete vi- 7114

---

*) *Aspergilli* et *Sterigmatocystis* genera, quamvis a claris viris van Tieghem, Bainier, Wilhelm, Gasperini aliisque perquisita, plurimis dubiis, præcipue quod ad specierum distinctionem, adhuc obruuntur, quare epicrisis nova et severa maxime exoptatur.

ridibus; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus assurgentibus simplicibus v. 2-3-furcatis, parce septatis, apice modice dilatato-truncatis; basidiis brevibus oblongis, apice sterigmata 2-4 obclavata gerentibus; conidiis globosis, 3 μ. diam. breviter catenulatis, levibus.

Hab. in nidis Bomborum in horto botanico Breslau Germaniæ. — Infra mycelium oritur etiam forma ascophora sclerotiacea, ascis ovoideis, 8-sporis, sporidiis ellipsoideis leviter canaliculatis. Cfr. quoque Lindt Path. Schimm. p. 284.

3. **Sterigmatocystis variabilis** (Gasp.) Sacc., *Aspergillus variabilis* 7115
Gasp. Morb. Lim. p. 23. — Hyphis erectis, continuis v. varie septatis et raro ramosis, 0,5-0,7 mm. alt., 5-16 μ. diam., in vesiculam 10-60 μ. diam., apice tantum basidiophoram inflatis; basidiis radiantibus, 6-18 μ. cr., simplicibus vel ramosis et usque ad 3 sterigmata, 3-5 μ. long. gerentibus; conidiis in capitulum integrum, 90-115 μ. diam., virens congestis, primum levibus, hyalinis, 3 μ. diam., dein viridulis, 5-6,5 μ. diam., sphæricis vel globosis, levibus vel tenue verruculosis.

Hab. in fructibus putridis Hesperidearum, Pavia Italiæ. — Affinis *St. variæ.*

4. **Sterigmatocystis dasytricha** Ell. et Ev. in Journ. of Myc 1886. 7116
p. 104. — Hyphis fertilibus effusis, velutinis, erectis, pallide olivaceo-brunneis, septatis, 250-300 ≂ 6-8, apice in capitulum ovoideum vel oblongum dilatatis; sterigmatibus noduloso-ramosis, 20-25 ≂ 4, apice obtusis vel sublobatis, ramos brevissimos vel tubercula irregulariter disposita gerentibus, capitulum oblongum formantibus, 45-60 ≂ 20-25; conidiis oblongo-cylindraceis, hyalinis, 5-7 ≂ $1^1/_4$-$1^1/_2$, solitariis vel 2-3 catenulatis, apice basidiorum insertis.

Hab. in ligno emortuo in America boreali (Langlois). — Primo obtutu colore cæspitulorum *Menisporam glauco-nigram* in mentem revocat.

5. **Sterigmatocystis elegans** (Gasp.) Sacc., *Aspergillus elegans* Ga- 7117
sper. Morb. Limon. p. 16. — Mycelio albo, repente; hyphis fertilibus erectis, continuis, simplicibus, primum hyalinis demum dilute ochraceis atque tenuissime epiguttulatis, 1-6 mm. long, 5-12 μ. diam., in vesiculam sphæricam usque ad 70 μ. diam. dilatatis; basidiis radiantibus, confertis, clavulatis, omnino vesicæ superficiem tegentibus, 4-26 μ. long.; sterigmatibus 2-6 (sæpius 3), 7-14 ≂ 1-2; conidiis inferioribus ovoideis v. sphæroideis, hyalinis, ceteris perfecte sphæricis, 3-3,5 μ. diam. numerosis, episporio tenuissime ver

ruculoso, æqualibus, continuis, ochraceis, in capitulum integrum, ochraceum, 20-130 μ. diam. congestis.

Hab. in fructibus putrescentibus Citri Limonum, in pane udo etc.. Pavia Italiæ.

6. **Sterigmatocystis subfusca** (Johan.) Sacc., *Aspergillus subfuscus* Johan-Olsen in Bot. Jahresb. 1886, p. 476 et Meddel. Naturhist. Foren. Kristian. 1885. — *Sterig. nigræ* valde affinis, differt mycelio candido, hyphis conidiisque olivaceo-brunneis. 7118

Hab. in Norvegia. — Optime viget temp. 35-38°C; præbet formas involutionis radiatas.

7. **Sterigmatocystis violaceo-fusca** (Gasp.) Sacc., *Aspergillus violaceo-fuscus* Gasp. Sopra Morb. Limon. p. 14. — Effusa; hyphis sterilibus ramosis, septatis; fertilibus erectis, simplicibus, continuis, cylindraceis, hyalinis, 12-18 μ. diam., circ. 2 mm. alt., apice in vesiculam sphæricam, 42-51 μ. diam., inflatis; basidiis radiantibus, cylindrico-conoideis, 6-8 μ. long., apice 3 μ. cr., sterigmatibus simplicibus, cylindricis vel piriformibus, 2-4 μ. long.; conidiis in capitulum integrum, usque ad 95 μ. diam., ovoideis, verruculosis, primo hyalinis, dein violaceo-fuscis, 3-6½ ≈ 3¼-5. 7119

Hab. in fructibus Hesperidearum, in seminibus coctis Zeæ Maydis aliisque substantiis vegetabilibus, Pavia Italiæ.

8. **Sterigmatocystis chlorina** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 7. — Effusa, maculiformis, atro-fusca; hyphis erectis, simplicibus, supra globoso-inflatis; vesiculæ basidiis cuneatis, radiantibus, hyalinis, sterigmata 3-4, ellipsoidea, olivacea, gerentibus; conidiis globosis, levibus, olivaceis, 5-6 μ. diam. 7120

Hab. in fructibus Citri, E. New Guinea (Doct. Mac-Gregor).

9. **Sterigmatocystis Phœnicis** (Corda) Pat. et Del. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 119, t. IX, *Ustilago* Corda — Syll. VII, p. 459. — Initio effusa candidissima, filamentosa, septata; hyphis fertilibus cespitulosis, usque 1 mm. alt., erectis, sordide purpurascentibus, 15 μ. cr., vesicula globosa punctata, 75 μ. diam.; basidiis clavatis, 40 ≈ 15, sterigmata quaterna obclavata 10-12 ≈ 3-4, gerentibus; conidiis atropurpureis catenulatis, levibus, minutis, angulato-sphæroideis, episporio crassiusculo, 5 ≈ 3,5-4,5. 7121

Hab. in parte interiore fructuum Phœnicis dactyliferæ, usque ad superficiem nuclei, in Ægypto et Tunisia.

10. **Sterigmatocystis Ustilago** (Beck) Sacc., *Aspergillus* G. de Beck Itin. princ. Cob p. 148, t. 16, f. V. — Fuliginosa, aggregata; hyphis sterilibus paucis, hyalinis; fertilibus erectis, simplicibus, 0,5-0,8 7122

mm. long., striatulis, apice globoso-inflatis ibique 75 μ. lat. et membrana crassiuscula, basidiis elapsis, dense punctulata præditis; basidiis cuneato-clavatis, 50 μ. longis, apice 3-4 sterigmata fusoidea gerentibus; conidiis globosis vel subglobosis, verruculosis, copiosis, 2,5-4,9 μ. cr.

Hab. intra pericarpia Phyllanthi Emblicæ, cavitatem investiens Ustilaginis instar, Satpoorgebirge Indiæ occid. — «Affinis videtur *St. phæocephalæ*».

11. **Sterigmatocystis Delacroixii** Sacc., *Sterigmatocystis ochracea* Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 109, t. VII, fig. *f*, nec Wilhelm. — Candida dein ochracea; hyphis fertilibus, erectis, simplicibus, continuis, pallide ochraceis, usque 0,5-1 mm. long, vesicula globosa, dilutissime colorata, 90 μ. diam., basidiis delapsis punctata; basidiis hyalinis, 39 ≃ 12, sterigmata 3-4 gerentibus; conidiis catenulatis, globosis, hyalinis, tenuiter echinulatis, 7-8 μ. diam., catenulis subinde a medio furcatis. 7123

Hab. in gelatina saccharata in laboratorio, Paris Galliæ.

12. **Sterigmatocystis ochracea** (Wilhelm) van Tighem, *Aspergillus* Wilhelm Pilzgatt. Asperg. pag. 66. — Hyphis fertilibus, mycelii hyphis multo crassioribus, membrana valde incrassata firma, flavescente, verrucosa; capitulis conidiorum ochraceis; conidiis globosis, raro ovoideis, 3,5-5 μ. diam., episporio tenuissime verruculoso decolore v. flavescente. 7124

Hab. in pane udo putrescente in Germania et in Gallia.

AMBLYOSPORIUM Fres. — Sacc. Syll. IV, p. 77.

1. **Amblyosporium bicollum** Cost. Bull. Soc. bot. Fr. 1887, p. 30. — Hyphis fertilibus cum conidiis 4-5 mm. alt., septatis, apice ramulis conidiophoris brevissimis præditis; conidiis dolioliformibus angustissimis, utrinque colliformi-attenuatis, 21 ≃ 7, concatenatis. 7125

Hab. ad basin Lycoperdi gemmati pr. Paris Galliæ.

2. **Amblyosporium album** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1880. — Cæspitulis parvis; hyphis dichotomis, apice in basidia numerosa umbellatim disposita desinentibus; conidiis ovoideis. 7126

Hab. in pileo Polypori cujusdam apodi, St.-Amand Galliæ.

PENICILLIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 78.

1. **Penicillium Duclauxi** Delacr. Bull, Soc. Myc. 1891, p. 107, t. VII, 7127

f. *e.* — Effusum candidum v. sulphureum, mox olivaceum; hyphis fertilibus erectis, septatis, apice iterato stricte ramosis, ramulis ultimis tereti-fusoideis, catenulas conidiorum elliptico-sphæroideorum, 3–4 μ. diam., virescentium gerentibus.

Hab. in uvis ex Tunisi, quæ in aqua fervebant, in laboratorio (E. Duclaux). — Simul oritur forma fasciculata (*Coremium*) clavata, subcitrina, supra olivacea, interdum 2 cm. long., ex hyphis septatis, 3 μ. cr., coalitis constans.

2. **Penicillium roseum** Link, Syll. IV, p. 83. — Sec. cl. Oudem. Contr. Myc. XI, p. 35, genuina species præbet; conidia ex hyalino rosea, 5–6 ≂ 2-2,5; hæc nascitur quoque in radicibus putridis Dauci Carotæ in Nederlandia. — **Pen. candidum** Link, Syll. IV, pag. 79. Hujus speciei cl. Morini (Malp. 1888, pag. 224) statum ascophorum illustravit.

GLIOCLADIUM Corda. — Sacc. Syll. IV, p. 84.

1. **Gliocladium lignicolum?** Grove in Journ. of Bot. 1886, p. 199. — 7128
Hyphis gregariis vel fasciculatis, erectis, æqualibus, 3-4-septatis, hyalinis, apice penicillatim di-trichotomis; capitulo conidiorum globoso v. obovato, albo; conidiis muco conglutinatis, hyalinis, oblongo-ovoideis, 2-2,5 ≂ 1,5.

Hab. in ligni superficie, Barnt Green Britanniæ. — A *G. penicillioide* non nisi conidiis duplo brevioribus et loco natali differt; forsan potius varietas habendum. Hyphæ parte inferiori, quin etiam ramuli, ligni succo colore brunneo tincti sunt.

2. **Gliocladium compactum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 16. — Cæ- 7129
spitulis minutis, punctiformibus, ferrugineis; hyphis erectis, congestis, cæspitulos compactos efformantibus, septatis, plerumque simplicibus; capitulo conidiorum cuneato, pallide fusco, diu muco obvoluto; conidiis conglutinatis, oblongis, concatenatis, 5 ≂ 3, hyalino-fuscis.

Hab. in charta uda ex India.

3. **Gliocladium agaricinum** Cooke et Mass. Grev. XVII, pag. 80. — 7130
Cæspitulis hemisphæricis, subinde confluentibus, pallidis dein albis, initio gelatinosis; hyphis repentibus, ramosis, fertilibus erectis, ramulis ultimis verticillato-quaternis; capitulo conidiorum subgloboso, albo; conidiis initio glutinosis, subglobosis, hyalinis, 5–6 μ. diam.

Hab. in Agarico campestri culto, pileum ejusdem squammoso-diffractum reddens, Leicester Britanniæ.

Trib. 5. Botryteæ Sacc.

HAPLARIA Link — Sacc. Syll. IV, p. 45.

1. **Haplaria nitens** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. 140. — Cæspitulis niveis, mycelio albo, guttulato, septato, repente, 10-12 μ. cr.; hyphis fertilibus erectis, septatis, plerumque pluri-furcatis; conidiis sessilibus, sursum dense aggregatis, 5 μ. cr., hyalinis. 7131

Hab. in cortice quercino coriario in laboratorio pathol. veget. Paris Galliæ.

2. **Haplaria rhizophila** Sacc. et F. Sacc. Myc. Sib. p. 25, fig. 31. — Effusa, ochraceo-fusca, subvelutina, laxa; hyphis fertilibus erectis v. declinatis vage ramosis, parce septatis, dilute fuligineis, tandem obscurioribus, ramulis vero subhyalinis; hyphis superne ramulisque crebre acute denticulatis; conidiis hyalinis ovoideis, exiguis, 2-4 ≃ 3, denticulis oriundis. 7132

Hab. in radice putrescente adhuc semiinfossa Betæ pr. Minussinsk Sibiriæ (Martianoff).

3. **Haplaria Ellisii** Cooke Grev. XVII, p. 69. — Tenuiter effusa, purpureo-fusca; hyphis tenuibus, erectis, simplicibus, subopacis, atrofuscis; conidiis ovatis, continuis, concoloribus, 4 ≃ 2. 7133

Hab. in ligno Abietis Douglasii etc., California, New Jersey Amer. bor.

BLASTOMYCES Cost. et Roll. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 153 (Etym. *blastos* germen et *myces*). — Hyphæ parce ramosæ, septatæ, filiformes, primariæ lateraliter brevi-ramulosæ, ramulis in conidia obovata, basi truncata abeuntibus; secundariæ assurgentes flexuosæ sursum vage denticulatæ et conidia e globoso cuboideo-polygona, demum massam pulveraceam formantia gerentes. Adsunt quoque in mycelio chlamydosporæ aquaticæ et æreæ. — «Genus mihi sat ambiguum».

1. **Blastomyces luteus** Cost. et Roll. l. c. — Cæspitulis e sulphureo aurantiis, interdum viridulis; conidiis hyalinis, angulosis, ovoideis v. subrotundis, 6 ≃ 4. 7134

Hab. in fimo ursino, Paris Galliæ.

CYLINDROTRICHUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 88.

1. **Cylindrotrichum polyspermum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVIII, p. 44. — Hyphis tenerrimis, hyalinis, 2-3 μ. cr., cæspites tenuissimos, effusos, niveos formantibus; conidiis copiosissimis, cylindra- 7135

ceis, utrinque rotundatis, rectis, guttulatis, hyalinis, 10-12 ≃ 1,5-2.

Hab. supra folia putrescentia, præcipue Populi pyramidalis, in horto mustialensi Fenniæ.

2. **Cylindrotrichum repens** Bon. — Syll. IV, p. 88. — ***C. ferruginascens** Karst. Symb. XIV, p. 89. — Cæspitulis forma variis, plerumque oblongatis v. elongatis, 2-5 mm. long. ferruginascentibus; hyphis sterilibus et fertilibus subrepentibus, simplicibus, obsolete septatis, flavescentibus (sub lente); conidiis cylindraceis, simplicibus, rectis, 6-10 ≃ 1-1,5. 7136

Hab. in caulibus emortuis Umbelliferarum prope Mustiala Fenniæ.

PHYSOSPORA Fr. — Syll. IV, p. 88.

1. **Physospora elegans** Cav. Mat. Lomb. p. 12, t. I, f. 4. — Cæspitulis subglobosis, gregariis, levibus, dilute aurantiacis vel carneis; hyphis sterilibus ramosis, septatis, lutescentibus, fertilibus procumbentibus saturatioribus, granulosis, ramis oppositis vel sæpius alternis, crassioribus, valde inflatis denticulatisque vel in vesiculas globosas exeuntibus; conidiis citriformibus, basi appendiculatis, levibus, plasmate granuloso, luteo farctis, sæpe in catenulas radiantes dispositis, 15-18 ≃ 11-13. 7137

Hab. in truncis putridis in cellis Instituti botanici Pavia Italiæ. – «An satis diversa a *Ph. rubiginosa?*».

HYPHODERMA Fr. — Sacc. Syll. IV, p. 89. Cfr. Karst. Hedw. 1890, pag. 179.

1. **Hyphoderma lætum** Karst. Rev. Myc. 1889. — Effusum, corticiiforme, crustaceo-membranaceum, fragile, continuum, leve, subtus subtiliter byssoideum album, ambitu subsimilari, læte roseum; hyphis sterilibus, repentibus, torulosis, ramosis, septatis, dense intertextis, hyalinis, 6-18 μ. cr.; hyphis fertilibus breviusculis, parallele stipatis, cylindraceo-clavulatis; conidiis acrogenis, solitariis, ovoideis v. sphæroideis, ellipsoideis, subinde primitus sphæroideis, subhyalinis, eguttulatis, 12-19 ≃ 9-12 v. 12-15 μ. diam. 7138

Hab. in corticibus muscisque, quos obducit, in Fennia pr. Brodtorp (Edw. Hisinger).

2. **Hyphoderma niveum** Fuck. Symb. Myc. p. 364. — Globulis hemisphæricis, 2 mm. latis, primo ex hyphis ramosis, septatis, niveis, arachnoideis contextis, demum intus in pulverem niveum, e coni- 7139

diis constantem solutis; conidiis constanter niveis, globosis ovatisve, nucleatis, ca. 4 μ. diam.

Hab. in sterco canino putrescente et in foliis contiguis, pr. Oestrich Rhenogoviæ. — Cl. Fuckel l. c., enumerat quoque sed non describit: **Hyph. effusum** Fuck. [Fung. rhen. n. 241 sub *Illosporio roseo*] in thallo Physciæ et Parmeliæ et **Hyphod. sparsum** Fuck. [Fung. rhen. n. 239 sub *Illosp. aurantiaco*] in thallo plurium Lichenum. Præterea notat in utroque adesse mycelium.

ACREMONIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 89.

1. **Acremonium flexuosum** Peck 32 Rep. p. 44, t. I, f. 16-18 (icones non vidi). — Effusum, tenue, molle, lanatum, album, subinde flavido vel cremeo tinctum; hyphis ramosis, ramulis late divergentibus, passim oppositis, sursum tenuatis et flexuosis et apiculis alternantibus armatis; conidiis ovoideis, vel ellipsoideis, 12-20 ≃ 7-12, hyalinis. 7140

Hab. in lignis dejectis, Griffins, Delaware Co. Amer. bor. — Affine videtur *A. albo* sed ramis flexuosis et spinulis alternis distinctum.

RHINOTRICHUM Corda. — Sacc. Syll. IV, p. 91.

1. **Rhinotrichum aureum** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 27. — Late effusum, matricem ambiens, læte aureum; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, tenuibus, septatis; fertilibus erectis, simplicibus v. dichotomis, septatis, 12-15 μ. cr., articulis ultimis obtuse papillatis; conidiis ovato-ellipsoideis, 18-20 ≃ 10-12, in capitula subglobosa apice congestis. 7141

Hab. in Paxillo putrescente, Epping Forest Britanniæ.

2. **Rhinotrichum muricatum** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 86. — Late effusum, tomentellum, argillaceo-griseum; hyphis prostratis, brunneis, remote septatis, ramosis; fertilibus copiosis, erectis, muricato-asperulis, 100-125 ≃ 10-12, sursum sensim tenuatis ubique conidia gerentibus; conidiis subellipticis, ferrugineo-brunneis, subinde inæquilateris, 7 ≃ 3. 7142

Hab. in corticibus dejectis, Adirondak Mts Amer. bor. (G. A. Rex). — Hyphæ fertilés sabulo conspersæ viderentur.

3. **Rhinotrichum gossypinum** Speg. Guar. I, p. 160. — Mycelio arachnoideo-effuso, tenuissimo, vix manifesto, albo; hyphis sterilibus repentibus, continuis, gracilibus, 2-3 μ. cr. laxe ramoso-intricatis, fertilibus erectis, hinc inde ex hyphis sterilibus densiuscule assur- 7143

gentibus, cylindraceo-conicis, breviusculis, 12-15 ≃ 1, rectis, continuis, hyalinis, apice acutis, levibus; conidiis acro-pleurogenis, densiuscule aggregatis, sessilibus, elliptico-limoniformibus, 2,5-3 ≃ 1,5-2, utrinque acutis v. apiculatis, hyalinis.

Hab. in acervulis Cercosporæ Caricæ, ad folia Caricæ Papayæ pr. Posta-cué Brasiliæ.

4. **Rhinotrichum niveum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 10. — Cæspitulis niveis, velutinis; hyphis erectis simplicibus, septatis, conidiorum diametro angustioribus, sursum denticulis conicis conidiophoris asperatis; conidiis majusculis, ovoideo-ellipticis, continuis, hyalinis, 20-25 ≃ 10-12, basi apiculo minuto persistenti auctis. 7144

Hab. in ligno putri, Chiswick Britanniæ.

SPOROTRICHUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 96.

1. **Sporotrichum Darutæanum** Roum. in Rev. Myc. 1886, p. 92. — Cæspitulis sparsis, aureis; hyphis sterilibus repentibus; fertilibus raris, erectis, non septatis, tortuosis, fulvis; conidiis acrogenis, hyalinis, parcis, minusculis, 2-2,5 ≃ 1-1,5. 7145

Hab. in cortice exsiccato Cinnamomi udo in insula Mauritii (A. Daruty).

2. **Sporotrichum læticolor** Cooke et Mass. Grev. XX, p. 38. — Effusum, demum stratum laxum pulvereum late aureum formans; hyphis procumbentibus, varie ramosis, septatis, 3-4 μ. diam.; conidiis elliptico-fusoideis, levibus, basi truncatis, copiosissimis, in ramulis brevibus lateralibus solitarie acrogenis, 8 ≃ 4. 7146

Hab. ad cortices, Halifax Britanniæ (Crossland).

3. **Sporotrichum fallax** Lib. Crypt II, n. 187 (1832), Sacc. F. Lib. n. 234. — Mycelio effuso, fibrilloso-byssino; hyphis ramosis, densissime intricatis, septatis albis; conidiis creberrimis, minutissimis, 1,5 μ. diam., globosis, primo aureis, tum sulphureis, demum albis. 7147

Hab. in fagetis ad folia dejecta, truncos et radices herbarum muscorumque in Arduennis. — Habitus fere *Himantiæ*.

4. **Sporotrichum granuliferum** Karst. Hedw. 1890, p. 272. — Cæspitulis densis, pulvinatis v. granuliformibus confertis, subcrustaceis, albis, exiguis; hyphis tenerrimis, remote articulatis, 2-3 μ. cr.; conidiis copiosissimis, late ellipsoideis v. ovalibus, 1-2 mm. 7148

Hab. in ligno putri pineo ad Mustiala Fenniæ.

5. **Sporotrichum minutulum** Speg. — Syll. IV, p. 101 — var. **Araneæ** Brun. Champ. ajout. Saint. pag. 246. — Cæspitulis albis, minutis, 7149

subinde confluentibus; hyphis valde intertextis; conidiis subglobosis vel ovoideis, 3-4 ≃ 2-2,5, hyalinis.

Hab. ad corpus et crura Araneæ cujusdam, Saintes Galliæ.

6. **Sporotrichum parvulum** Pass. in Brun. Champ. nouv. VI, p. 4. — 7150
Cæspitulis parvis, albis; hyphis albis, numerosis, intermixtis, ramosis?, continuis; conidiis numerosis, minutissimis, globosis, hyalinis.

Hab. in Vespa Crabrone emortua, Fontcouverte prope Saintes Galliæ.

7. **Sporotrichum larvatum** Peck 32 Rep. pag. 44. — Cæspitulis con- 7151
fluentibus, densis, mollibus, dein pulverulentis albidis vel flavidis, matricem totam obducentibus; hyphis tenuissimis, simplicibus vel ramosis; conidiis copiosis, minutis, globosis, 2-3 μ. diam.

Hab. in larvis sub Alnis, Adirondack Mount. Amer. bor. — « An *Botryti Bassianæ* affinis species? »

8. **Sporotrichum Lecanii** Peck 44 Rep. pag. 25. — Effusum, album, 7152
pulvereum; hyphis tenuissimis, 2-2,5 μ. cr. procumbentibus, irregulariter ramosis, ramis suberectis, albis; conidiis minutis, hyalinis, oblongo-cylindraceis, 5-7 ≃ 2,5-3.

Hab. in scutellis Lecanii speciei ad Magnoliam acuminatam, Salamanca Amer. bor.

9. **Sporotrichum muris** (Gluge et D'Udek.) Sacc. *Microsporum* Glu- 7153
ge et D'Udekem De quelq. paras. végét. p. 15-16, t. II, f. 3-4. — Effusum dense pelliculosum candidum, adhærens; hyphis filiformibus inæqualiter dichotomico-ramosis dense intricatis continuis, hyalinis 6 μ. cr. apice coniodophoris; conidiis globulosis, hyalinis, 6 μ. diam., levibus.

Hab. in facie muris cujusdam ab oculis ad nares, Bruxelles (J. Van Volxem). — Animal fungo affectum oculum et pilos partis invasæ jam amiserat.

10. **Sporotrichum peribebuyense** Speg. Guar. I, p. 159. — Cæspitu- 7154
lis hypophyllis, adnato-superficialibus, linearibus, sparsis vel hinc inde laxe aggregatis, majusculis, 1-5 mm. long., 0,5-1 mm. cr., pulvinatis, gossypino-tomentosulis, compactiusculis, albis vel pallidissime roseis; hyphis omnibus repentibus, dense intricato-ramosis, crassiusculis, 5-5,5 μ. cr., densiuscule septatis, sterigmatibus papilliformibus, sparsis, minutissimis hinc inde ornatis, hyalinis; conidiis globosis, levibus (an per ætatem ruguloso-asperulis?) majusculis, 6-8 μ. diam., nubiloso-guttulatis, hyalinis.

Hab. ad folia viva Setariæ sp. elatæ in montuosis Cordillera de Peribebuy Brasiliæ. — Habitus *Ramulariæ? roseæ* Speg.

11. **Sporotrichum nitens** (Pers.) Link Sp. Fung. I, p. 3, *Himantia* Pers. Myc. Eur. I, p. 91. — Effusum, pelliculosum, subtilissimum; hyphis densissime intricatis, albis; conidiis globosis, minutis. 7155

Hab. in foliis dejectis, Paris Galliæ (Persoon). — Folia obtegit instar pelliculæ tenerrimæ albæ, quæ colore albo inde nitent. «Sec. Fr. S. M. (index) esset mycelium; an potius *Hypochni* species? Cfr. Desm. Exs. n. 1541».

12. **Sporotrichum vile** Karst. in Hedw. 1891, p. 303. — Cæspitulis late effusis, tenuissimis, albidis; hyphæ tenerrimis, cito evanescentibus, circiter 2 μ. cr.; conidiis oblongatis, obtusiusculis, rectis, eguttulatis hyalinis, 4-7 ≍ 1-2. 7156

Hab. supra cæspites Cladosporii in caulibus Brassicæ Napi obvenientes ad Mustiala Fenniæ.

13. **Sporotrichum epigæum** Brun. Fragm. Myc. II, p. 11. — Cæspitulis albo-griseolis; hyphis intermixtis, numerosis, ramosis, gracillimis, albo-griseolis; conidiis globosis, concoloribus, 3 μ. diam. 7157

Hab. ad terram, Fouras prope Saintes Galliæ.

14. **Sporotrichum Peckii** Sacc. *Sporotrichum cinereum* Peck 43 Rep. pag. 29, nec Schulz. — Cæspitulis oblongis, effusis, pulverulentis, cinereis; hyphis tenuissimis, 3,5-4 μ. cr., ramosis, crispato-flexuosis, denticulatis; conidiis copiosis, globosis, 3-4 μ. diam. 7158

Hab. in ligno Piri Mali, Manor Amer. bor.

15. **Sporotrichum cinereum** Schulz. Bot. Centr. 1883, XV, p. 3. — Hyphis cinereis, ramosis, continuis, repentibus, intricatis; conidiis globosis, 1,5-2 μ. diam. 7159

Hab. in superficie atramenti ubi stratum cinereum format in Hungaria. — «Verisimiliter *Penicillii* forma».

SPOROTRICHELLA Karst. Symb. XX, p. 96 (Etym. a *Sporotricho*). — Hyphæ vage ramosæ, articulatæ, subæquales, molles, subascendentes, læte coloratæ. Conidia subsolitaria, fusoideo-elongata, continua, hyalina. — Est quasi *Sporotrichum* fusisporum.

1. **Sporotrichella rosea** Karst. loc. cit. — Cæspitulis confertis, sæpe confluentibus, rotundatis, minutis, roseis, demum expallentibus; hyphis 3-6 μ. cr.; conidiis fusoideo-elongatis, utrinque acutis, rectis, continuis, eguttatis, hyalinis, 10-30 ≍ 3-4. 7160

Hab. in caulibus aridis Umbelliferarum in ditione mustialensi Fenniæ.

MONOSPORIUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 113.

1. **Monosporium coprophilum** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 10. — 7161
Candidum; cæspitulis subglobosis, demum confluentibus; hyphis intertextis, septatis; fertilibus brevibus, repetito dichotomis, ramis ascendentibus, sursum leniter tenuatis; conidiis ovoideis, continuis, hyalinis, intus granulosis, 12-15 ≃ 10.

Hab. in stercore, Kew London Britanniæ.

2. **Monosporium olivaceum** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 78. — 7162
Late et plerumque dense effusum, olivaceum; hyphis intertextis, septatis, pallide olivaceis, fertilibus erectis, sursum parce ramosis, ramulis modo alternis, modo binatis; conidiis ovoideis, hyalinis, 6-8 ≃ 4.

Hab. in Corticio et in rami cortice proximo, Carlisle Britanniæ (Doct. Carlyle).

3. **Monosporium crustaceum** Karst. Fragm. Myc. Fenn. XXII, p. 2. 7163
— Cæspitulis late effusis, floccosis, cinereis; hyphis e basi simplici dichotomo-ramosis, inferne dilutissime fuligineis (sub lente), superne hyalinis, subtilissime asperulis, usque ad 6 μ. cr., ramulis hyalinis acutis; conidiis solitariis vel raro binis acrogenis, ovoideis vel ovalibus, eguttulatis, hyalinis, 8-10 ≃ 5-6.

Hab. supra lignum vetustum Aceris platanoidis in horto mustialensi Fenniæ (Onni Karsten).

LANGLOISULA Ell. et Everh. Journ. Myc. 1889, p. 68 (Etym. a rev. A. B. Langlois gallico, mycologiæ boreali-americanæ strenuo exploratore). — Hyphæ omnes subprostratæ mox repetito dichotome ramosæ intricatæ, ramulis ultimis sat brevibus subulato-spiniformibus. Conidia e globoso ovoidea, continua læticoloria, in spinulis solitarie acrogena.

1. **Langloisula spinosa** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, pag. 68, 7164
tab. X, fig. 1-2. — Hyphis prostratis, flavis, 2-3 μ. diam., repetito dichotomis, ramis ultimis brevibus, subulatis vel spiniformibus, stratum tenuem, dilute flavum, demum fulvum efformantibus; conidiis globosis vel ovoideis, flavis, 12-14 μ. diam., in stratum laxum congestis.

Hab. in basi culmorum Andropogonis muricati, St. Martinsville Louisianæ Amer. bor. — Habitus omnino *Gonytrichi fulvi.*

BOTRYTIS Mich. — Sacc. Syll. IV, p. 116.

1. **Botrytis Croci** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 10. — Cæspitulis minutis atro-fumosis, passim confluentibus et effusis; hyphis crassiusculis, dense septatis, sursum attenuatis ramulosisque, pallide olivaceis, superne hyalinis; conidiis ellipsoideis, continuis, hyalinis, 15-18 ≃ 8-10, apice hypharum et ramulorum in capitula minuta 3-8-aggregatis. 7165

Hab. in foliis emortuis Croci, Kew London Britanniæ.

2. **Botrytis corolligena** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 10. — Sparsa, alba; hyphis erectis, septatis, superne brevissime ramosis; conidiis ovoideis, continuis, hyalinis, 25 ≃ 15-18, in capitula subglobosa minuta congestis. 7166

Hab. in floribus Calceolariæ cultæ, Kew London Britanniæ.

3. **Botrytis parasitica** Cav. App. Pat. Veg. p. 10, t. VI, f. 1-4. — Hyphis cinereis, sparsis, erectis, articulo basali inflato; conidiis ovatis, magnis, breviter pedicellatis, in ramulis minutis, capitatis, umbellatim dispositis, hyalinis vel dilute cinereis, 16-20 ≃ 10-13. 7167

Hab. in foliis, scapo et floribus Tulipæ Gesnerianæ, quam vexat, Pavia Italiæ.

4. **Botrytis gonatobotryoides** Cooke et Mass Grev. XVI, pag. 79. — Albida; hyphis gregatis sed non fasciculatis, erectis, simplicibus vel furcatis, septatis, pallide olivaceis, apicibus conidiophoris non inflatis sed cristulatis; conidiis ellipsoideis, continuis, hyalinis, 15 ≃ 7-8, in glomerulos apicales et pleurogenos subglobosos congestis. 7168

Hab. in foliis emortuis Hyperici calycini, Kew Britanniæ.

5. **Botrytis Douglasii** Tubeuf Beitr. Baumkr. p. 4, t. I et Bot. Centr. 1889, III, p. 152. — Mycelio endogeno, fuligineo, septato 14 μ. cr.; hyphis fertilibus subfasciculatis fuscidulis erectis, sursum dendroideo-ramosis, subcontinuis; ramulis patentibus, apicibus conidiophoris dilatatis denticulatisque; conidiis botryoideo-congestis ovoideis, 9 ≃ 6, subhyalinis. 7169

Hab. in foliis Abietis Douglasii in Germania cultæ. — Folia et ramuli juniores, fungo correpti, arescunt et tandem emoriuntur. Sclerotia discoidea, nigra in foliis a mycelio quoque generantur.

6. **Botrytis brunneola** Rabh. Herb. Myc. 771, Grev. XVII, p. 68. — Cæspitulis velutinis, effusis, olivaceo-fuscis; hyphis erectis, subsimplicibus, fuscis; ramis verrucæformibus vel elongatis; conidiis 7170

oblongis vel ovoideis, hyalinis, e verrucis innovantibus, episporio pallide colorato, 8-10 ≃ 5-6.

Hab. in capitulis (cujus?) humi jacentibus, Doemitz.

7. **Botrytis atro-fumosa** Cooke et Ell. Grev. XVII, p. 68. — Effusa, indeterminata, atro-fumosa; hyphis tenuibus, gracilibus, sparse furcatis, septatis, subhyalinis; conidiis profusis, agglomeratis, subglobosis, continuis, fuscis, 5-6 ≃ 4. 7171

Hab. in cortice et ligno Quercus in Carolina inf. et New Jersey Amer. bor. (Ravenel, Ellis).

8. **Botrytis laxissima** Karst. in Hedw. 1891, p. 299. — Cæspitulis effusis, laxissimis, farinosis albis; hyphis fertilibus ascendentibus, septatis, dichotome ramosis, 9-12 μ. crassis, ramulis brevibus, apice, 15-22 μ. crassis subgloboso-inflatis, levibus; conidiis sphæroideis, levibus, sessilibus, 7-9 μ. diam. 7172

Hab. supra terram humosam corporaque varia putrida in ditione mustialensi Fenniæ.

9. **Botrytis longibrachiata** Oud. Microm. I, p. 7, t. I. — Candidissima, sparsa, neutiquam cæspitosa, 1,5-2 mm. alt.; mycelio repente, ramoso, articulato; hyphis fertilibus verticalibus, hyalinis, articulatis, ramis numerosissimis, patentibus, apice inflatis et capitulato-globosis præditis; conidiis numerosissimis, hyalinis, ovalibus, 4,5-5,5 ≃ 2,5. 7173

Hab. in pagina superiore foliorum subexsiccatis Curcumæ rubricaulis in horto botanico Amsterdam Nederlandiæ. — E sect. *Phymatotrichi.*

10. **Botrytis compacta** (Pat.) Sacc. *Phymatotrichum compactum* Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 182, t. XII, f. III. — Velutina, tuberculiformis vel irregulariter effusa; hyphis sterilibus repentibus, septatis, contortis, asperulis, olivaceo-brunneis, 2 μ. cr., fertilibus concoloribus erectis, asperulis, 5-7 μ. cr., pyramidato-ramosis, ramulis 2-4 verticillatis, hyalinis ovato-oblongis, apice tenuiter capitatis denticulatisque; conidiis ovoideis, fuligineis, 5 ≃ 3, inferne truncatis. 7174

Hab. in cortice Eucalypti, Quito Amer. merid.

11. **Botrytis griseo-lilacina** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 45. — Hyphis sterilibus prostratis, brunneis, intricato-ramosis, asperulis, 3-4 μ. diam., stratum continuum, griseo-lilacinum, 0,5-2 cm. lat., margine definito fimbriatulo, pallido; hyphis fertilibus erectis, pallidis, simplicibus vel parce ramosis, passim sursum subundulatis; conidiis acrogenis, ellipsoideis, subhyalinis, 5-9 ≃ 3-4. 7175

Hab. in cortice Quercus emortuæ. Concordia Mo. Amer. bor. (C. H. Demetrio).

12. **Botrytis fasciculata** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 105. — Confertim sparsa, fasciculato-plumiformis, pallide lilacina, 1 mm. alta; hyphis fasciculatis, di-trichotomis, ramulis cylindraceis erectis, strictis, subhyalinis, sursum passim leviter denticulatis; conidiis ellipsoideis v. ovato-ellipsoideis, hyalinis, 4-5 ≍ 3. 7176

Hab. in truncis dejectis udis, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

13. **Botrytis tephroidea** Sacc. et Ell. Journ. of Myc. 1888, p. 105. — Cinerea, tenuis, effusa; hyphis parce erecto-ramosis, rarius asperulis; conidiis apiculatis, oblongo-ellipticis, 8-9 ≍ 4-5. 7177

Hab. in caulibus dejectis Ambrosiæ trifidæ et ad ligna putrida, Pointe à la Hache La. Amer. bor. (Langlois). — Ad *B. geniculatam* accedit, sed distincta.

14. **Botrytis sphærospora** (Ces.) Sacc. *Nodulisporium* Ces. Bot. Zeit. 1855, pag. 300. — Peraffinis *B. ochraceæ*, a qua differt conidiis sphæricis nec ovoideis. 7178

Hab. sub cortice putri Castaneæ in Ital. bor.

15. **Botrytis albido-cæsia** Boud. Bull. Soc. myc. 1891, pag. 81, t. V, fig. 1. — Effusa, laxa, albido-cæsia; hyphis sterilibus varie ramosis, septatis, repentibus; fertilibus erectis, haud rigidis, 1-1,5 mm. altis, parce septatis, intus granulosis, supra divisis, apicibus vix denticulatis; conidiis globosis majusculis, 10-12 μ. diam., intus granulosis, capitula rotundata, 25-35 μ. cr. formantibus. 7179

Hab. ad ligna et cortices circa Paris Galliæ. — Affinis *B. piluliferæ.*

16. **Botrytis hypophylla** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, p. 143. — Cæspitulis parvis, albis, demum supra folii superficiem omnino confluentibus et tomentum album efformantibus; hyphis repentibus laxe intertextis, ramosis, fertilibus erectis, 30-150 ≍ 2,5-3, continuis, hyalinis, supra subverticillatim vel raro dichotomice ramosis, apicibus conidiophoris muricato-lobatis; conidiis globosis, 3,5-4,5. 7180

Hab. in foliis vivis Teucrii canadensis, sociâ *Cercosporâ ferrugineâ*, Manhattan, Kansas Amer. bor. (M. A. Carleton).

17. **Botrytis cinereo-glauca** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, p. 143. — Stratum cinereum vel subglaucum, continuum, subcorticalem efformans; hyphis repentibus ramosis, laxe intertextis, 2-2,5 μ. cr., septatis, subinde supra septa leniter inflatis, ex hyalino subfuscis; hyphis fertilibus erectis, 75-100 ≍ 1,5-2,5, hyalinis vel basi subfuscis, primo parce demumque copiose et irregulariter ramosis, ra- 7181

mis vulgo rectis, sursum subattenuatis; conidiis in massas parvas congestis, ovato-oblongis, hyalinis, 3-5 ≈ $1^3/_4$-$2^1/_4$.

Hab. in ligno corticato trunci putris Ulmi americanæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman et Swingle).

18. **Botrytis rhinotrichoides** Sacc. et Ell. Journ. of Myc. 1888, p. 105. 7182
— Hyphis subsimplicibus, eximie verticillato-spiculoso-sporigeris; conidiis candidis, subglobosis, 4 ≈ $3^1/_2$-4.

Hab. parasitice in Stemonite vetusta ad Sphagnum, Newfield N. J. Amer. bor. — Ad genus *Rhinotrichum* valde accedit.

19. **Botrytis campsotricha** Sacc. Syll. IV, pag. 117 — var. **fennica** 7183
Karst. Symb. Myc. Fenn. XXV, p. 24. — Cæspitulis pulvinatis, minutis, confluentibus, albis; hyphis parce septulatis, ramosis, 4-6 μ. cr, ramis vulgo rectis; conidiis ellipsoideis v. ovalibus v. suboblongis, eguttulatis, hyalinis, 5-8 ≈ 2-3,5.

Hab. ad lignum Pini silvestris alicubi in Fennia. — Nudo oculo lignum videtur farina adspersum.

20. **Botrytis sporotrichoides** Karst. Hedw. 1890, p. 272. — Late ef- 7184
fusa, alba, siccitate canescens; hyphis vage ramosis, articulatis, hyalinis vel hyalino-fuligineis, 11-22 μ. cr., ramis patentibus, fertilibus erectis, apice obtusiusculis; conidiis sphæroideis, hyalinis, eguttulatis, 5-7 μ. diam.

Hab. in asseribus Pini vetustis ad Mustiala Fenniæ.

21. **Botrytis virella** Fr. — Syll. IV, p. 127 — var. **ærugineo-glauca** 7185
Karst. in Hedw. 1891, p. 248. — Late effusa, tenuis, pulveracea, ærugineo-glauca; hyphis tenerrimis, articulatis, ramosis, hyalinis; conidiis sphæroideis, raro ovoideis, levibus, conglomeratis, copiosissimis, circ. 3 μ. diam.

Hab. in ligno putrescente trunci stantis Betulæ prope Mustiala Fenniæ. — An *Botrytis æruginosa* Schum.?

22. **Botrytis funicola** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 124. — Hyphis 7186
subolivaceis, simplicibus v. subtus parce ramosis, continuis, 20-30 ≈ 2-2,5, stratum atro-olivaceum efformans; conidiis acrogenis, solitariis?, olivaceis, ovato-ellipsoideis, 1-guttatis, 3-4 ≈ 2-2,5.

Hab. in funi vetusto ad terram dejecto, Newfield, New Jersey Amer. bor. — *B. atro-viridi* affinis.

23. **Botrytis terrestris** Brun. Fragm. myc. II, 1887, p. 11. — Cæ- 7187
spitulis albis v. albidis, hyphis albis, septatis, intermixtis, ramosis, ramis superioribus brevioribus et subclavato-incrassatis; conidiis hyalinis, minutissimis, globosis.

Hab. ad terram, Fouras pr. Saintes Galliæ.

24. **Botrytis Brongniartii** Sacc. *Botrytis spec. à spores ovales* Brongn. Champ. paras. des criquets pag. 5-6. — Mycelio tenuissimo repente septato, granuloso, albo velutino; hyphis fertilibus erectis, apice glomerulis conidiorum terminatis, conidiis copiosissime ovoideis, 4 ≈ 2,5, hyalinis in basidiis brevibus, piriformibus acrogenis, tandem flavido-pulverulentis. 7188

Hab. in Acridio peregrino, quod necat, in Algeria. — ***B. Delacroixii** Sacc., *Botrytis sp. à spores rondes* Brongn. loc. cit. Ut præcedens sed conidiis constanter globosis 2,5 μ. diam. In iisdem Acridiis, quæ pariter necat, Constantine Algeriæ.

TOLYPOMYRIA Preuss — Sacc. Syll. IV, p. 137.

1. **Tolypomyria fungicola** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXV, p. 25. — Cæspitulis effusis vel subcircularibus, tomentosulis, albis; hyphis vage ramosis, flexuosis, articulatis, intricatis, 8-10 μ. cr.; glomerulis rotundatis, mucosis; conidiis ellipsoideis vel ovalibus, subinde sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis 2-4 ≈ 1-2. 7189

Hab. in Polysticto velutino putrescente in parœcia Tyrvis Fenniæ.

OVULARIA Sacc. Syll. IV, p. 139.

1. **Ovularia Malorum** Cooke in Grevillea XIV, p. 139. — Hypophylla; maculis effusis, confluentibus, albidis, subfarinosis; hyphis brevibus; conidiis ellipticis, hyalinis, 10-12 ≈ 4-5. 7190

Hab. in foliis vivis, petiolis, etc. ramorum juniorum Piri, New Zealand Austral. (Kirk).

2. **Ovularia Vitis** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1899. — Basidiis brevibus; conidiis fusoideis. 7191

Hab. in foliis Vitis exsiccatis, St.-Amand Galliæ.

3. **Ovularia necans** (Pass.) Sacc. *Ramularia* Pass. in Thuem. M. U. n. 1669, Diagn. p. 12. — Conidiis globosis, basi vix acutis, matrici v. hyphis brevissimis adfixis, tandem in massam pulveream acervatis, hyalinis, 7,5-12 μ. diam. 7192

Hab. in pagina superiore foliorum juvenilium Cydoniæ vulgaris, quæ statim enecat, Pavia Italiæ.

4. **Ovularia Macluræ** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 35. — Hypophylla, in maculis ferrugineo-brunneis, rotundis 3-5 mm. diam.; hyphis sterilibus ramosis, fertilibus, erectis subsimplicibus vel supra parce ramosis, tenuibus, continuis, hyalinis, 15-22 ≈ 2,5-3; conidiis subcatenulatis, ovoideis, hyalinis, continuis, 6-9 ≈ 2,5-3. 7193

Hab. in foliis viventibus Macluræ aurantiacæ, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois).

5. **Ovularia compacta** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, pag. 68. — 7194
Maculis amphigenis, subellipsoideis, 1 cm. diam. dilute brunneis v. subalutaceis; cæspitulis densis; hyphis simplicibus, continuis, 15–25 ≍ 4, supra leniter denticulatis v. integris; conidiis acrogenis, ovatis, 12–15 ≍ 5–6.

Hab. in foliis viventibus Macrorrhynchi troximoidis, Colorado Amer. bor. (Demetrio).

6. **Ovularia rigidula** G. Delacroix Bull. Soc. Myc. Fr. 1890, p. 181, 7195
t. XX, fig. VI. — Cæspitulis epiphyllis, floccosis, niveis in macula amphigena ochraceo-grisea; hyphis conidiophoris hyalinis, granulatis, fasciculatis, simplicibus, obscuris uni- vel bi- septatis rigidis flexuosis, apice attenuatis, 60 ≍ 5; conidiis ovoideis vel oblongo-piriformibus, deorsum attenuatis, 21 ≍ 6.

Hab. in foliis vivis Polygoni avicularis, Vincennes prope Parisios Galliæ. — Differt a *O. Bistortæ* et *O. obliqua* forma et dimensionibus conidiorum.

7. **Ovularia simplex** (Pass.) Sacc. *Ramularia* Pass. Erb. critt. it. II, 7196
n. 1181 (1882). — Cæspitulis hypophyllis, albidis, pulvereis, mox evanidis, in macula livido-fusca, venis limitata; hyphis subfasciculatis erectis, subramosis, continuis, flexuosis, ad apicem nodulosis, conidio multoties longioribus; conidiis ellipticis simplicibus hyalinis, 16–22 ≍ 10–12.

Hab. in foliis Ranunculi velutini in horto botanico, Parma. — «An diversa ab *Ovularia decipiente?*»

8. **Ovularia Carletoni** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, pag. 144. — 7197
Cæspitulis hypophyllis, a folii venulis plus minus distincte limitatis, 2–4 mm. diam., pallide flavidis; epiphyllo maculis pallide flavidis, indefinitis notato; hyphis hyalinis, 25–35 ≍ 4–5, ramulis conidiophoris lateralibus, gemmuliformibus præditis, in massas minutas tuberculiformes laxe aggregatis; conidiis oblongo-ellipsoideis, continuis, hyalinis, 12–15 ≍ 6–7.

Hab. in foliis Lactucæ, Mitchell County, Kansas Amer. bor. (M. A. Carleton).

9. **Ovularia Inulæ** Sacc. — Syll. IV, p. 141. — forma **major** Brun. 7198
Misc. Myc. II, p. 46. — Maculis angulosis v. irregularibus, purpurascentibus; conidiis oblongis v. ovoideo-oblongis, sæpe utrinque rotundatis, intus granulosis, hyalinis, 18–20 ≍ 4–4,5.

Hab. in foliis Inulæ dysentericæ, Fouras Galliæ.

10. **Ovularia Brassicæ** Bresad. et Allesch. in Allesch. et Schnabl F. bav. n. 195. — Maculis amphigenis, subcircularibus vel irregularibus sæpe confluentibus, marginatis, albidis; hyphis superficialibus, filiformibus flexuosis, hyalinis, 60-80 ≃ 2-3; conidiis ovatis, hyalinis, 6-8 ≃ 3-3. 7199

Hab. in foliis vivis Brassicæ Napi γ. esculentæ, Oberammergau Bavariæ super. (Allescher).

11. **Ovularia Viciæ** (Frank) Sacc. *Ramularia Viciæ* Frank Krankh. Pfl. p. 600. — Maculis brunnescentibus; hyphis fertilibus flexuose assurgentibus, simplicibus, supra denticulatis; conidiis subsphæricis, basi papillatis, continuis, hyalinis. 7200

Hab. in foliis Viciæ tenuifoliæ in Germania.

12. **Ovularia alpina** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 107, t. 4. f. 25. — Cæspitulis hypophyllis, confluenti-effusis, cinereo-albis, maculas rubiginoso-fuscas in pagina superiore foliorum efficientibus; hyphis fertilibus rectis, dense fasciculatis, subsimplicibus, apice alterne denticulatis; conidiis pleuro acrogenis, hyalinis, raro breviter catenulatis, subovatis vel oblongo-ellipticis, 10-16 ≃ 3-7, inferne apiculatis. 7201

Hab. in foliis Alchemillæ alpinæ in rupibus M. Zevola Agri veronensis. — Ad *Ramulariam* vergit.

13. **Ovularia Stellariæ** (Rabenh.) Sacc. *Ramularia* Rabenh. F. Eur. n. 1466. — Cæspitulis minutis hypophyllis in maculis demum arescentibus; hyphis cylindraceis, tenuibus, hyalinis, subsimplicibus subdenticulatis; conidiis ovoideo-oblongis 10-12 ≃ 6, continuis, hyalinis. 7202

Hab. in foliis subvivis Stellariæ nemorum et Malachii (?) in Bavaria et Franconia. — An sit status infans *Isariopsidis albo-rosellæ* dubium adest.

14. **Ovularia Betonicæ** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 108. — Maculis internerviis, angulosis, fuscis, sæpe confluentibus, cæspitulis vulgo hypophyllis, candidis; hyphis fertilibus fasciculatis, continuis, simplicibus, 20-60 ≃ 4-6, superne subsinuosis, alterne denticuligeris; conidiis oblongis subobovatisve, subgranuloso-farctis, utrinque rotundato-obtusis, 9-27 ≃ 9-12. 7203

Hab. in foliis vivis Betonicæ Alopecuri in pratis montanis pr. Campofontana Verona. — Mensura conidiorum et hyphis fertilibus simplicibus sat distincta ab *Ovularia ovata.*

15. **Ovularia Bartsiæ** Rostr. Bidr. Ascom. Dovre p. 13. — Cæspitulis hypophyllis, albidis; hyphis sublongis, fasciculatis, flexuosis; conidiis oblongis, 15-20 ≃ 6-8. 7204

Hab. in foliis vivis Bartsiæ alpinæ, Dovre Norvegiæ (Blytt et Rostrup).

16. **Ovularia Alismatis** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 13. — Maculis amphigenis fuscis initio discoideis dein varie expansis et confluentibus; cæspitulis hypophyllis maculas velo araneoso tegentibus; conidiis elongato-clavulatis, hyalinis, intus varie granulosis, 12–15 ⩕ 3; hyphis tenuibus, simplicibus vel parce ramosis (?). 7205

Hab. in foliis Alismatis Plantaginis alla Magnana presso Fornovo, prov. Parma. — *Peronospora interstitialis* B. et Br., Sacc. Syll. VIII, 1, p. 259, recte monente Trail, est *Ovularia*, verisimiliter ab *O. corcellensi* vix separanda. *Oidium Lamii* Rabenh., Flora 1853, p. 204, probabiliter est *Ovularia Lamii*.

SEPEDONIUM Link. — Sacc. Syll. IV, p. 146.

1. **Sepedonium aureo-fulvum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 76. — Hyphis repentibus, ramosis; conidiis globosis, profusis, pulvere aureo-fulvo Polyporos conspergentibus, episporio tenui, minute asperulo 9–10 μ. diam. 7206

Hab. in Polyporis, Mordialloc, Victoria Australiæ (French).

2. **Sepedonium brunneum** Peck 32 Rep. p. 44. — Effusum, pulverulentum; conidiis globosis, asperulis, 20–25 μ. diam., tabacino-brunneis. 7207

Hab. in fungis putridis Ganservoort Amer. bor.

3. **Sepedonium Fieberi** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 94. — Hyphis hyalinis, repentibus, valde ramosis, parce septatis, passim asperulis, 1,5–3,5 μ. cr.; conidiis sphæricis, initio levibus, dein asperulis, 10 μ. diam., demum verrucis conicis prominentibus 3–3,5 μ. altis, asperatis, ex hyalino brunneolis, 27 μ. diam., verrucis demum dilabentibus et cicatrices 5 μ. diam. relinquentibus. 7208

Hab. in excrementis murinis, parasiticum in Chætomio Fieberi, Watermael Belgii.

4. **Sepedonium latericium** Bres. Bull. Soc. bot. it. 1892, p. 197. — Hyphis effusis, filiformibus, vage ramulosis, 4–5 μ. cr., septatis, maculas latericias efformantibus; conidiis globosis, muriculatis, pallide roseis, 6 μ. diam. 7209

Hab. ad terram, Cascine prope Firenze (U. Martelli).

MONOPODIUM G. Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890 (Etym. *monos* unus et *pous podos* pes). — Hyphæ hyalinæ repentes. Conidia continua,

globulosa vel obovata, fuscidula, in apice ramulorum in sympodium unilaterale dispositorum acrogena, levia.

1. **Monopodium Uredopsis** Delacr. Bull. Soc. Myc. VI (1890), p. 99, t. XV, f. V. — Sparsum; hyphis hyalinis, granulosis, ramulis (ex icone) utrinque tenuatis; conidiis subglobosis, 25 ≃ 20, brunneolis, episporio crassiusculo, levi. 7210

Hab. in seminibus Pisi sativi loco udo tepidoque germinantibus in laboratorio, Paris Galliæ.

CHÆTOCONIDIUM Zukal Neue Ascom. p. 9, t. I, f. 7 (Etym. *chæte* seta et *conidium*). — Hyphæ copiosæ ramosæ. Conidia intercalaria, in quoque ramulo nunc solitaria, nunc bi-terna, terminalia apice setulam cuspidatam septatam, hyphæ coniodiophoræ subconformem gerentia, globosa, magna, hyalina, exosporio verrucoso, crassissimo donata.

1. **Chætoconidium arachnoideum** Zukal Neue Ascom. p. 9, t. I, f. 7. — Mycelio laxo, albo, septato, copiose ramoso, arachnoideo, vulgo 1 cm. alt., 5-6 cm. diam. ex hyphis 5-6 μ. cr. formato; conidiis intercalaribus, in quoque ramulo solitariis v. bi- ternis, globosis, hyalinis, 26-30 μ. diam., terminalibus setula tenui, acutissima rigida septata præditis, exosporio crassissimo, verrucoso. 7211

Hab. in extracto Liebig dilûto, Wien Austriæ — Hypharum articuli, conidiis proximi, sunt incrassati et saturatiores.

STEPHANOMA Wallr. — Syll. IV, p 753. — Cum (præeuntibus cl. Corda Ic. VI, p. 3 et Delacroix Bull. Soc. Myc. 1891, pag. 113, tab. VIII, f. *m*) sporodochium desit, seu a matrice formatum sit, fungillus a Tuberculariaceis ad Mucedineas prope *Asterophoram* transferendum est. Conidia, teste Delacroix, sunt 30 ≃ 25; subinde hyphæ apex in *Verticillium* abit. Habitat quoque in *Peziza hemisphærica* prope Parisios.

Trib. 6. Verticillieæ Sacc.

PACHYBASIUM Sacc. — Syll. IV, p. 149.

1. **Pachybasium Tilleti** (Desm.) Oudem. Contr. Myc. Pays-bas XI, p. 36. Ita nominanda, teste Oud. loc. cit., *Botrytis Tilletii* Desm. — Syll. IV, p. 128. — Quæ nascitur quoque ad Hypna pr. Harlem Nederlandiæ (Heinsius) et præbet basidia ampulliformia 7 μ. cr. et conidia 3,5-4,7. Teste ipso cl. Oudem. Contr. XIII, p. 59 etiam

Verticillium pyramidale Bon. — Syll. IV, p. 157 — ob basidia ampulliformia *Pach. pyramidale* (Bon.) Oud. est dicendum.

VERTICILLIUM Nees — Sacc. Syll. IV, p. 150.

1. **Verticillium fimeti** Oud. Aanw. IX-X, p. 47. — Laxe gregarium, niveum; hyphis mycelii repentibus, fertilibus paucis assurgentibus, filiformibus, $^7/_{10}$-$^8/_{10}$ mm. altis, 9-10 μ. crassis, 4-5-septatis, verticillatim ramosis; verticillis primariis tribus, singulis ramis ternis, ramis primi imo secundi ordinis sua vice verticillis ramorum ternatorum onustis; conidiis fere ovalibus, $1^2/_3$-2, hyalinis. 7212

Hab. in fimo Cuniculorum in Hollandia.

2. **Verticillium dichotomum** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 105. — Niveum, cæspitulosum, sparsum; hyphis fertilibus erectis, 70-80 ≈ 3-4, sursum subverticillatim v. sæpius dichotome ramosis, ramis rectis septatis, acutatis, 20 ≈ 3, apice conidia oblongo-clavata, continua, hyalina, 6-12 ≈ 2-3, solitaria gerentibus. 7213

Hab. in caulibus Trifolii pratensis, Newfield N. Y. Americæ borealis.

3. **Verticillium ampelinum** C. et Mass. Grev XVI, p. 79. — Album, cæspitosum; hyphis erectis, parce ramosis, ramulis ultimis plerumque ternatis, ad apicem attenuatis, septatis; conidiis ellipsoideis, hyalinis, continuis, 10 ≈ 4. 7214

Hab. in sarmentis Vitis viniferæ, Kew London Britanniæ.

4. **Verticillium? lichenicolum** Speg. F. Puigg. n. 454. — Cæspitulis minutis albis gossypino-compactiusculis, gregariis sæpeque confluentibus globuloso-difformibus 250-400 μ. diam.; hyphis primariis erectis 120-200 ≈ 4-5 septulatis, hyalinis, alterne ramosis; ramulis solitariis vel geminatis 30-60 ≈ 3 divaricatulis semel vel bis dichotomis; ramulis apice 3 sterigmatibus subampulluliformibus 7-8 ≈ 3 coronatis; conidiis in sterigmatibus acrogenis solitariis, ellipsoideo-obovatis 4-5 ≈ 2,5, continuis hyalinis. 7215

Hab. in margine apotheciorum Physciæ et Peltigeræ cujusdam in Brasilia.

5. **Verticillium phyllostictoides** Speg. F. Guar. II, n. 182. — Maculis determinatis orbicularibus, minutis 0,5-2 mm. diam., candidis vel albo-pallescentibus, zona latissima purpurascente cinctis; cæspitulis epiphyllis solitariis vel 3-4-aggregatis, subconfluentibus, erumpenti-superficialibus minutis 150-300 μ. diam., candidis, compactiusculis, pulvinulato-difformibus; hyphis e parenchymate foliorum enatis erectis, cylindraceis, continuis, breviusculis, gracilibus, 25-40 7216

≈ 3-4 ad tertium superum pluries bi- v. trichotomis, ramulis ultimis phialiformibus 10 ≈ 3, hyalinis; conidiis ellipticis utrinque acutiuscule rotundatis rectis vel subinæquilateralibus, 5-7 ≈ 2-3, hyalinis in sterigmatibus acrogenis (an catenulatis?).

Hab. ad folia languida Pothi pinnatifidæ in silvis prope Guarapi Brasiliæ.

6. **Verticillium? enecans** Speg. F. Puigg. n. 455. — Candidum, tenue; 7217
hyphis gracilibus 3-4 μ. cr., subcontinuis, dense gessypinulo-intertextis totam matricem vestientibus, basi repentibus, antice subexsurgentibus alterni-ramosis, hyalinis; ramulis breviusculis 50-80 ≈ 3 divaricatulis continuis; sterigmatibus 3-9 in apice ramulorum verticillatis monosporis; conidiis ex obovato ellipsoideis 4-5 ≈ 2 sæpe grosse 2-guttulatis, continuis, hyalinis.

Hab. in Agarico quodam pusillo ad corticem indeterminatum prope Apiahy Brasiliæ.

7. **Verticillium Croci** Oudem. Contr. Myc. XI, pag. 38. — Albidum; 7218
hyphis primariis septatis, sursum verticilla ramorum duo v. tria gerentibus, ramis subinde iterum verticillato-ramulosis; basidiis elongatis sursum valde tenuatis, monosporis; conidiis ellipsoideis 2-4,6 μ. long.

Hab. in tuberculis putrescentibus Croci verni, Harlem Nederlandiæ (Doct. J. A. Wakker).

8. **Verticillium Aphidis** Bäuml. Crypt. Presb. p. 31. — Hyphis steri- 7219
libus repentibus, circ. 10 μ. cr., fertilibus erectis, hyalinis, verticillato-ramosis, ramulis ternatis vel quaternis, 16-24 ≈ 3-4, sursum acutis; conidiis acrogenis, solitariis, 6-9 μ. diam., hyalinis vel hyalino-flavicantibus.

Hab. in cadaveribus Aphidis sub Thuja occidentali, Pressburg Hungariæ.

9. **Verticillium sporotrichoides** Sacc. sp. nov. — Effusum, byssinum, 7220
ochraceum, demum senio fusco-olivaceum; hyphis sterilibus copiosis, prælongis, parce ramosis, repentibus; fertilibus assurgentibus longe vage ramosis, septulatis, 4-5 μ. cr., ramis simpliciter spicato-ramulosis; ramulis verticillato- ternis vel quaternis, brevibus, crassiusculis, asperulis, apice obtuse tenuatis; conidiis solitarie acrogenis, e globoso ellipsoideis, 5-6 ≈ 4, ochraceis.

Hab. in cortice interiore Oleæ europææ, S. Remo Liguriæ (Panizzi). — Affine, ut videtur, *V. crasso*, et ob ramos primarios vagos ad *Sporotrichum* accedit.

10. **Verticillium puniceum** Cooke et Ellis Grev. XVII, p. 68. — Pu- 7221

niceum, subcompactum; cæspitulis pulvinatis, ellipticis vel confluentibus; hyphis tenuibus, septatis, ramosis; ramulis verticillatis, brevibus, roseo-tinctis; conidiis ellipticis, minutis, continuis, profusis, hyalinis, 4 ≃ 2.

Hab. in ligno Quercus, Newfield N. J. Amer. bor. (Ellis).

11. **Verticillium albo-atrum** Reinke et Berth. Zersetz. Kartoff. p. 75, t. VIII et IX. — Mycelio endogeno effuso, fuscescente; hyphis fertilibus emergentibus, erectis, simplicibus, fuscis, sursum pallidioribus, ramoso-verticillatis, parce septatis; ramis ternis-quinis basi incrassatis ad apicem tenuatis ascendentibus; conidiis ovato-oblongis continuis, ex hyalino fuscellis, 6-12 ≃ 3. 7222

Hab. in caulibus Solani tuberosi subvivis in Germania.

12. **Verticillium Vizei** Berk. in Vize Microf. n. 247. — In frondibus Aspidii aculeati Forden. Exemplaria orig. a me observata præbent formam mycelio paullo evolutiore *Oosporæ perpusillæ* Sacc.

CLADOBOTRYUM Nees — Sacc. Syll. IV, p. 160.

1. **Cladobotryum terrigenum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVII, p. 35. — Cæspitulis indeterminatis, arachnoideis, albis; hyphis fertilibus erectis, septatis, ramosis; ramis ternis, brevibus; conidiis terminalibus, ternis, oblongatis, rectis vel inæquilateralibus, continuis, rarius obsoletissime 3-septatis, hyalinis, 28-35 ≃ 11-12. 7223

Hab. ad terram in horto mustialensi Fenniæ. — Ad *Dactylium* vergit.

COËMANSIA v. Tiegh. — Sacc. Syll. IV, p. 162.

1. **Coëmansia spiralis** Eidam Bot. Centr. 1888, III, p. 304. — Mycelio copiose ramoso, septato, hyalino demum brunneolo, hinc inde noduloso; hyphis fertilibus confertis, septatis, simplicibus, in spiram sursum densiorem contortis; sporophoris circa spiras nascentibus, sterigmata 4-5 uniseriata patentia, subcuboidea emittentibus; conidiis solitariis longe fusoideis, hyalinis, 10-12 ≃ 0,8-1. 7224

Hab. in tegumento vetusto udo equitum, ubi flocculos sparsos efficit, in Germania.

CLONOSTACHYS Corda — Sacc. Syll. IV, p. 165.

1. **Clonostachys spectabilis** (Harz) Sacc. *Botrytis spectabilis* Harz Hyph. pag. 27, tab. V, fig. 2. — Cæspitulis densis, subglobosis, 2-3 mm. diam., initio albis dein carneolis; hyphis erectis, filiformibus, remote septatis, a medio sursum iterato-dichotomo-ramosis, ramu- 7225

lis subinde ternis; conidiis secus ramulos longe et dense spicatis, globulosis, 6 μ. diam., ex hyalino roseolis.

Hab. in ramis putridis Carpini Betuli, Æsculi in Austria (Harz) et in pulvere coriario in Hollandia (Oudemans). — Cl. Oudemans in litt. monet conidia in hac specie esse stipitellata, qua nota accedit tum ad *Sceptromycetem*, tum ad *Botrytis* sectionem *Phymatotrichum*. Hinc in clavi generum (Syll. IV, p. 6) leviter reformandum character quoad conidia subinde stipitata.

2. **Clonostachys Gneti** Oud. Microm. I, p. 10, t. II, f. 1-5. — Cæspitosa, candidissima, amphigena; hyphis fructiferis erectis, articulatis, ramosissimis, ramis primariis vulgo sparsis, secundariis, tertiariis etc. bi- v. ternatim verticillatis, ab axi primario paulum tantum divergentibus, ex basi latiore vel inflata adscendentibus, ramis ultimis acuminatis; conidiis densissime plurifariam imbricatis, 6-7 ≈ 2,5-3, ovoideis vel obovatis; spicis partialibus in longiores congestis, 160-190 μ. alt. 7226

Hab. in foliis Gneti Gnomonis putrescentibus in horto botanico Amsterdam Nederlandiæ.

GONATORRHODIELLA Thaxt. Bot. Gaz. 1891 p. 202 (Etym. a *Gonatorrhodum* cui subaffinis). — Hyphæ steriles subhyalinæ, repentes, ramosæ, septatæ; fertiles erectæ, parce septatæ, in vesiculas primo terminales, dein et intercalares, conidiophoras hinc inde inflatæ, simplices vel parce ramosæ. Conidia ellipsoidea, continua, catenulata e vesicula superficie vix punctulata immediate oriunda, hyalina, capitulum sphæricum formantia.

1. **Gonatorrhodiella parasitica** Thaxt. loc. cit. t. XIX, f. 7-10. — Subsparsa, pallida; hyphis fertilibus fere 1 mm. alt., 8-12 μ. cr., hyalinis dein fulvellis; vesiculis 25-35 μ. diam., raro 43 ≈ 36; conidiis plerumque in quaque catenula ternis, ovoideis vel ellipsoideis, utrinque acutiusculis, 8-12 ≈ 6-7, infero majore. 7227

Hab. parasitice in Hypomycete et Hypocrea, Connecticut Amer. bor. — Vesiculæ intercalares proliferationibus successivis formantur, ita ut quævis vesicula sit initio terminalis.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

DIPLOSPORIUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 176.

1. **Diplosporium breve** Peck 44 Rep. pag. 26. — Hyphis cæspitosis, 7228

brevibus, sparse ramosis, albis; conidiis oblongis, 1-septatis, ad septum subconstrictis, hyalinis, 12,5-15 ≃ 5-6,5.

Hab. ad Sphærias nonnullas, Redfield Amer. bor.

2. **Diplosporium albo-roseum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVIII, p. 44. 7229
— Cæspitulis gregariis, sæpissime confluentibus, byssinis, sat densis, minutis, albis, dein in roseum vergentibus, hyphis fertilibus vage ramosis, articulatis, adscendentibus; conidiis oblongatis v. ovoideo-oblongatis, solito medio constrictis, sæpissime obsolete 1-septatis, hyalinis, eguttulatis, 30-40 ≃ 12-14.

Hab. in rimis corticis Syringæ vulgaris in horto mustialensi Fenniæ.

TRICHOTHECIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 179.

1. **Trichothecium albido-roseum** (Roum.) Berl. et Vogl. Add. Syll. 7230
n. 3600, *Trichosporium albido-roseum* Roum. in Rev. Myc. 1886, p. 92. — Cæspitulis pulvinatis, primo distinctis dein confluentibus, primum albis dein roseis, inter corticem et lignum nidulantibus et perithecia *Diplodiæ Mori* tegentibus; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, septatis, intricatis; hyphis fertilibus erectis, non septatis, raris; conidiis ovoideis (non piriformibus), didymis, 16-20 ≃ 10-14.

Hab. in ramis emortuis Mori albæ udis, Carcassone Galliæ.

CEPHALOTHECIUM Corda — Sacc. Syll. IV, p. 181.

1. **Cephalothecium macrosporum** Speg. Guar. I, p. 161. — Mycelio 7231
laxe arachnoideo, adnato-effuso, tenuissimo, albo; hyphis sterilibus repentibus, densiuscule ramulosis, continuis vel parcissime septulatis, 3-5 μ. cr., hyalinis; hyphis fertilibus hinc inde laxissime adsurgentibus, continuis v. sæpius 3-5-septatis, cylindraceis, breviusculis, erectis, gracilibus, 35-60 ≃ 1-2, rectis v. vix flexuosulis, sursum sensim attenuatis, apice minute abrupteque noduloso-sterigmatophoris; hyalinis sterigmatibus minutissimis, vix perspicuis, 6-10-aggregatis; conidiis subcapitatis, ellipticis v. elliptico-subclavulatis, elongatulis, 10-18 ≃ 2,5, utrinque obtusiusculis, medio 1-septatis, non constrictis, loculo infero quam supero sæpius crassiore, hyalinis,

Hab. ad stromata viva Schneepiæ guaraniticæ in foliis Styracis sp., Ja-kan Brasiliæ.

2. **Cephalothecium Lycopersici** (Plowr.) Sacc. *Dactylium* Plowr. 7232
Fung. Dis. Tom. p. 4, f. 8. — Floccosum, albido-roseum; hyphis

erectis, sparse septatis; conidiis hyalino-roseolis ovoideis v. ovato-piriformibus, 1-septatis, sæpe apiculatis, ternatim acrogenis.

Hab. in fructibus Solani Lycopersici pr. King's Lynn Britanniæ.

DIDYMOPSIS Sacc. et March. — Syll. IV, p. 182.

1. **Didymopsis spicata** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1917. — Velutina, albida; hyphis erectis, ramosis; conidiis cuneiformi-elongatis, hyalinis, 1-septatis, verticillatim et spicatim dispositis. 7233

Hab. in disco Pezizæ (Geopyxidis) Ciboriii?, Marne Galliæ (A. Lebreton).

MYCOGONE Link — Sacc. Syll. IV, p. 183.

1. **Mycogone ochracea** Boud. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 81, t. V, f. 2. — Ochracea, non fulvescens; conidiis didymis, loculo superiore sphærico, ochraceo, verrucis satis congestis exasperato, 16–20 μ. cr., inferiore hemisphærico, hyalino, levi, 10 μ. circ. lat., cum pediculo filamentis adfixo. 7234

Hab. ad Acetabulam leucomelam, quam enecat, in silva Isle-Adam Galliæ.

2. **Mycogone alba** Letell. Champ. t. 667, f. 2 et Grev. XVII, p. 80. — A *Myc. rosea*, cui conidiis omnino accedit, colore albo differt. 7235

Hab. in pileo Agarici campestris, Wynyard, Stockton-on-Tees Britanniæ (H. E. Gribble). — Descriptio et icon Letell. omnino imperfectæ.

DIDYMARIA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 184.

1. **Didymaria Clematidis** Cooke et Harkness in Grevillea XIII, p. 17. — Hypophylla; maculis griseo-fuscis, subellipticis; conidiis elliptico-elongatis, hyalinis, demum uniseptatis, breviter pedicellatis, 25 = 8. 7236

Hab. in foliis Clematidis in California (Harkness).

2. **Didymaria Linariæ** Pass. in Erb. Critt. It. Ser. II, n. 1494. — Cæspitulis punctiformibus, albis, amphigenis, hyphis simplicibus, subulatis, continuis; conidiis acrogenis, utrinque rotundatis, oblongis, prope medium septatis, 20 = 7,5. 7237

Hab. ad folia viva mox arescentia Linariæ vulgaris pr. Parma Ital. bor.

3. **Didymaria Salicis** Cav. Mat. Lomb. p. 13, t. II, f. 1. — Maculis hypophyllis, late effusis, floccosis, albis; hyphis sterilibus repenti- 7238

bus, parce ramosis, septatis, tenuibus, fertilibus erectis v. ascendentibus, filiformibus, continuis, 100–160 ≈ 2–3; conidiis ovoideis, inæqualibus, 1-septatis, hyalinis, reflexis, 14-16 ≈ 8-9.

Hab. in foliis Salicis capreæ, Colico in prov. Como Ital. borealis.

4. **Didymaria prunicola** Cav. Contr. Fungh. pom. p. 8, fig. 1. — Maculis subcircularibus, 4-6 mm. diam., atro-brunneis, demum confluentibus, mycelio filiformi endogeno tenuissimo; hyphis sterilibus, repentibus, parce septatis, fertilibus filiformibus, erectis simplicibus 120-220 ≈ 2,5-3 plerumque 1-septatis; conidiis piriformibus apice rotundatis, 1-septatis, leviter constrictis, hyalinis, 12-17 ≈ 5-9, solitarie acrogenis, denique nutantibus. 7239

Hab. in foliis Prunorum in horto agrario, Pavia. Sec. cl. Cavara fungillus est parasiticus et noxius; mihi vero videtur a *Trichothecio roseo* saprophytico ægre separandus.

5. **Didymaria muscigena** Speg. F. Puigg. n. 456. — Candida gossypina; hyphis hyalinis longiusculis, crassiusculis, parce ramulosis, laxe septulatis, 100-250 ≈ 10, dense intertextis, apice obtusis monosporis; conidiis cylindraceis vel subclavulatis, 40-60 ≈ 7-10, medio 1-septatis, non constrictis, nubiloso-farctis, hyalinis. 7240

Hab. ad urnas languidas Rhynchostegii sp. in nemorosis pr. Apiahy Brasiliæ.

HORMIACTIS Preuss — Sacc. Syll. IV, p. 186.

1. **Hormiactis Nectriæ** Karst. in Hedw. 1892, p. 303. — Cæspitulis flocculosis, albis; hyphis repentibus, vage ramosis, remote articulatis, hyalinis, 8-10 μ. cr.; conidiis in catenulas terminales, simplices dispositis, superioribus ellipsoideis, sphæroideo-fusoideis v. oblongatis, inferioribus oblongatis v. elongato-fusoideis, primitus utroque apice apiculatis, continuis, demum 1-septatis, rectis, hyalinis, 22-36 ≈ 9-15. 7241

Hab. ad Nectriam coccineam, Mustiala Fenniæ.

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

DACTYLIUM Nees — Sacc. Syll. IV, p. 188.

1. **Dactylium Ulicis** (Cr.) Sacc., *Chætopsis Ulicis* Cr. Fl. Finist. p. 12. — Hyphis e basi incrassata sursum attenuatis, septatis, medio verticillum basidiorum brevium, furcatorum, ascendentium ferentibus; conidiis cylindraceis, truncatis, 8-septatis, hyalinis. 7242

Hab. in foliis adhuc virentibus rami dejecti Ulicis in paludosis, Finistère Galliæ.

2. **Dactylium dendroides** (Bull.) Fr. — Syll. IV, p. 189. — ***D. lichenicolum** Karst. Symb. XX, p. 107. — Effusum, albo-byssinum seu laneum; conidiis oblongatis, utrinque obtusissimis, rectis vel subrectis, 3-septatis, non constrictis, hyalinis, 24-36 ≈ 7-8. 7243

Hab. in thallo putrescente Parmeliarum prope Mustiala Fenniæ.

BLASTOTRICHUM Corda — Sacc. Syll. IV, p. 191.

1. **Blastotrichum floccosum** (Harz.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 3604, *Acrothecium floccosum* Harz Hyph. p. 37, t. IV, f. 9. — Candidum, demum luteolum, tenue, ramosum, subrepens; hyphis filiformibus, subcontinuis, sporophora brevissima, simplicia vel ramulosa erecta hinc inde emittentibus; conidiis clavatis, 3-5-septatis, non constrictis, 35 μ. longis. 7244

Hab. in epidermide hominis eczemate laborantis in Germania.

2. **Blastotrichum obtusum** (Bon.) Sacc., *Helm. obtusum* Bon. Handb. p. 99, f. 169. — Cæspitulis albis, subfarinaceis; hyphis simplicibus, septatis, crassis, apice obtusis; conidiis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, 3-septatis, albis, plerumque pleurogenis, raro binis catenatis. 7245

Hab. in (truncis?) in Guestphalia.

MONACROSPORIUM Oud. — Sacc. Syll. IV, p. 193.

1. **Monacrosporium sarcopodioides** (Harz) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 3606, *Acrothecium sarcopodioides* Harz Hyph. pag. 36, t. II, fig. 4. — Candidum, tenuissimum; hyphis filiformibus, repentibus; sporophoris ascendentibus, continuis, in conidium clavatum 3-5-septatum, hyalinum, 35-38 μ. longum, longitudine sporophori abeuntibus. 7246

Hab. in lignis quercinis et pineis putridis, Wien Austriæ.

DACTYLARIA Sacc. — Sacc. Syll. IV, p. 195.

1. **Dactylaria mucronulata** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 35. — Hyphis sterilibus prostratis, obsoletis vel nullis, fertilibus erectis, 35-40 ≈ 3,5, continuis v. evanide 1-2-septatis, subtus brunneis, plus minus angulose incurvis, supra subhyalinis; sterigmatibus terminalibus et lateralibus; conidiis oblongis, 2-guttatis, hyalinis, 8-10 ≈ 2,5-3. 7247

Hab. in ligno decorticato et putri Caryæ, St. Martinsville, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

2. **Dactylaria Orchidis** Cooke et Mass. in Grev. XIX, pag. 42. — 7248
Sparsa; hyphis simplicibus erectis, e mycelio tenui, ramoso assurgentibus; hyphis septatis, 250-280 ≃ 10-12, aurantiacis, apice breviter bis 2-3-furcatis; conidiis fusoideis, 4-guttatis, dein 3-septatis, hyalinis, 40-50 ≃ 7-9, in ramulorum apice solitariis capitulumque laxum efformantibus.

Hab. in foliis putribus Oncidii macranthi, Kew Britanniæ.

RAMULARIA Ung. — Sacc. Syll. IV, p. 196.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Ramularia Banksiana** (Pass.) Sacc., *Fusidium Banksianum* Pass. 7249
in Erb. Critt. It. Ser. II, n. 1078. — Cæspitulis minutis, erumpentibus, punctiformibus, candidis, aggregatis dein confluentibus; conidiis lanceolatis, integris, hyalinis, endoplasmate opaco, 7,5-12 ≃ 2,5-3.

Hab. in foliis emortuis adhuc pendulis Rosæ Banksiæ, Parma Ital. bor.

2. **Ramularia destruens** Peck 44 Rep. p. 26, t. IV, fig. 4-6. — Cæ- 7250
spitulis amphigenis, minutis, gregariis, albis; hyphis brevissimis, 5-10 μ. long.; conidiis ellipsoideis vel oblongis, hyalinis, 5-12,5 ≃ 3-4.

Hab. in foliis vivis Piri americanæ, Hewitt's pond in montibus Adirondack Amer. bor. — « An *Ovularia Malorum?* »

3. **Ramularia lethalis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 86. — 7251
Maculis irregularibus, confluentibus, 3-6 μ. diam., atro-brunneis, folium totum occupantibus et enecantibus; hyphis hypophyllis tenuibus, 12-15 ≃ 2; conidiis ex ellipsoideo oblongis, 5-12 ≃ 2,5-3,5, longioribus 1-septatis, brevioribus continuis.

Hab. in foliis Aceris rubri, London Canada, Amer. bor. (Dearness).

4. **Ramularia Liriodendri** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 2. — Ma- 7252
culis amphigenis, ochraceis, circ. 0,5 cm. diam., atro-marginatis; hyphis hypophyllis, 15-40 ≃ 3, continuis vel 1-2 septatis, hyalinis, apicibus sæpe obliquis; conidiis variabilibus, acute ellipsoideis, 5-6 ≃ 3 v. elongatis, 12-20 ≃ 3, continuis v. 1-septatis, utrinque sæpius acutis.

Hab. in foliis Liriodendri Tulipiferæ, Faulkland, Delaw. Amer. bor. (O. Commons), socio *Glœosporio Liriodendri.*

5. **Ramularia stolonifera** E. et E. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 85. — 7253
Hypophylla; maculis parvis, pallide rubentibus, subindefinitis, supra distinctioribus; hyphis subfasciculatis, hyalinis, simplicibus v. parce ramosis, 20-40 ≃ 3-4, continuis, supra obtusis et denticulatis; conidiis cylindraceis, obtuse acuminatis, 2-3 in series concatenatis, 10-30 ≃ 2-3.

Hab. in foliis Corni sanguineæ, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

6. **Ramularia repens** Ell. et Ev. Proc. Phil. 1891, p. 85. — Hypo- 7254
phylla; cæspitulis cinereo-albis, 2-4 mm. diam., indefinitis vel a venulis limitatis; hyphis subfasciculatis, 12-20 ≃ 3, supra subdenticulatis, ex hyphis sterilibus, ramosis, repentibus adsurgentibus; conidiis cylindraceis, guttulatis, granulosis, 15-22 ≃ 3-4, nonnullis septatis et constrictis, 2-3 in series subconcatenatis, superioribus, interdum conidia 2-3 apice digitatim gerentibus.

Hab. in foliis Araliæ racemosæ, London Canada Amer. bor. (J. Dearness).

7. **Ramularia Viburni** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, pag. 69. — 7255
Maculis amphigenis, primo virescenti-brunneis, dein rubiginoso-brunneis, 4-5 μ. diam., suborbicularibus, saturatius marginatis; cæspitulis erectis, simplicibus; hyphis amphigenis, 12-20 ≃ 2,5-3, hyalinis; conidiis fusoideo-cylindraceis, subcurvulis, 1-3-septatis, 20-40 ≃ 1,5-2, flavido-hyalinis.

Hab. in foliis vivis Viburni Lentaginis, Racine, Wis. Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

8. **Ramularia Göldiana** Sacc., *Ramularia* ..... Göldi Relatorio sobre 7256
a molestia do Caffeiero na prov. Rio de Janeiro 1887, p. 37-38, t. IV, f. 26-31. — Maculis subcircularibus, arescendo discolori-zonatis, zonis albis rufisque, cæspitulis hypophyllis albis, sæpe e stomatibus erumpentibus; hyphis filiformibus; conidiis cylindraceis, utrinque truncatis, catenulatis, hyalinis.

Hab. in foliis ramulisque vivis, quæ necat, Coffeæ arabicæ in prov. Rio-Janeiro Brasiliæ. — Ex icone hyphæ conidiophoræ a conidiis non distinguuntur.

9. **Ramularia angustata** Peck 32 Rep. p. 42. — Maculis parvis, or- 7257
bicularibus, interdum confluentibus, pallide viridulo-flavis; cæspitulis minutis; conidiis anguste fusoideis vel subcylindraceis, 2-3-guttatis, 7,5-10 ≃ 2,5.

Hab. in foliis vivis Azaleæ nudifloræ, Central Bridge et Carlisle Amer. bor.

10. **Ramularia effusa** Peck 32 Rep. p. 42. — Hypophylla, effusa, albida; conidiis valde variabilibus, globosis, obovatis, ellipsoideis v. cylindraceis, 4-27,5 ≃ 5, raro 1-septatis. 7258

Hab. in foliis vivis Gaylussaciæ resinosæ, Center Americæ borealis.

11. **Ramularia albo-maculata** Peck 32 Rep. p. 42. — Maculis suborbicularibus, 4-6 mm. lat., subinde confluentibus, supra pallide flavo-viridulis, subtus dealbatis, demum purpureis v. brunneis; conidiis oblongis v. ellipsoideis, sæpius 2-guttatis, 7,5-10 ≃ 4. 7259

Hab. in foliis vivis Caryæ albæ, Albany et Greenbush Amer. bor. — *Peronospora rufibasis* B. et Br. — Syll. VII, 1, p. 261 — observante cl. Trail, eadem est ac *Ramularia destructiva* Ph. et Plowr.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

12. **Ramularia Barbareæ** Peck 40 Rep. p. 63. — Maculis suborbicularibus, aridis, albis, sæpius linea brunnea, subincrassata cinctis; cæspitulis amphigenis, nunc brevibus et ramosis, nunc longioribus et simplicibus; conidiis oblongis v. cylindraceis, sæpe catenulatis, raro uniseptatis, 10-22,5 ≃ 3-4. 7260

Hab. in foliis viventibus Barbareæ vulgaris, Highland Mills et Port Henry Amer. bor.

13. **Ramularia Levistici** Oud. Contr. Fl. Myc. Pays-Bas. XI, p. 40, *Ovularia* Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 3597. — Maculis sparsis, brunneis; cæspitulis amphigenis vel tantum epiphyllis; hyphis cylindraceis ramosis, sursum multi-articulatis, e cellulis linearibus, 20-25 ≃ 2-5, utrinque rotundatis, imperfecte conjunctis compositis; conidiis ovoideis, uniseptatis. 7261

Hab. in foliis Levistici officinalis, Putten Hollandiæ.

14. **Ramularia Schulzeri** Bäuml. F. Schemn. p. 10. — Maculis vagis, indeterminatis, ochraceis, demum roseis; cæspitulis gregariis, 30-80 μ. diam.; hyphis dense fasciculatis, e stromate pulviniformi, minuto ortis, non v. parce ramulosis, hyalinis, 20-40 ≃ 2-4; conidiis solitariis v. breve catenulatis, cylindraceis, utrinque attenuatis, non v. 1-septatis, 10-20 ≃ 3-4, hyalinis. 7262

Hab. in foliis vivis Lotti corniculati pr. Prencow Hungariæ.

15. **Ramularia Violæ** Trail Trans. Crypt. Scot. 1889, p. 47. — Maculis amphigenis, aridis, subcircularibus v. confluentibus, totum folium interdum fere occupantibus; hyphis erectis, subclavatis, 1-septatis, sæpius hypophyllis, circ. 20-25 ≃ 3-4; conidiis 2-3 in ca- 7263

tenas dispositis, fusoideis vel subcylindraceis, utrinque rotundatis, rectis, 10-16 ≃ 2-3, hyalinis, dein 1-septatis.

Hab. in foliis vivis Violæ silvaticæ, Dalmally prope Loch Awe et Inveraray Scotiæ. — Affinis *R. lacteæ*.

16. **Ramularia Areola** Atkinson in Bot. Gaz. 1890, p. 168 c. icone. 7264
— Maculis hypophyllis, raro amphigenis, primo pallidis, dein obscurioribus, 1-10 mm. (sæpius 3-4) lat., angulosis, irregularibus, venulis folii limitatis; hyphis hypophyllis, raro amphigenis, minute fasciculatis, subnodosis, demum sæpe basi ramosis v. rarius supra denticulatis, pluries septatis, hyalinis, 25-75 ≃ 4,5-7; conidiis oblongis, utrinque sæpe abrupte acuminatis, interdum rotundatis, 1-3-septatis, primitus concatenatis, 14-30 ≃ 4-5.

Hab. in foliis Gossypii herbacei, Auburn Alabama Amer. bor. (F. Atkinson).

17. **Ramularia Sidalceæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 1. — Maculis amphigenis, 2-4 mm. diam., atro-purpureis, centro sordide albidis v. griseolis, margine subindefinitis; hyphis fertilibus hypophyllis, e stomatibus in cæspitulos densos assurgentibus, hyalinis, simplicibus, 15-20 ≃ 3, sursum subdenticulatis et subangulose incurvis v. integris; conidiis subcatenulatis, hyalinis, oblongis v. oblongo-cylindraceis, continuis v. 1-septatis, 12-22 ≃ 2,5-3. 7265

Hab. in foliis Sidalceæ, Columbia britannica Amer. bor. (Prof. J. Macoun).

18. **Ramularia silenicola** C. Mass. Contr. Mic Ver. p. 110, t. 4, f. 26. 7266
— Cæspitulis amphigenis, numerosissimis, effusis, subpunctiformibus (ut folia infecta, sub vitro parum augente, fere granulis farinaceis conspersa appareant), subcinereis, haud maculigenis; hyphis fertilibus, 16-36 μ. long., dense fasciculatis, ex stomatum ostiolis egredientibus, rectis, simplicibus, apicem versus minute subdenticulatis; conidiis 10-16 ≃ 4-5, continuis, catenulatis, elliptico-oblongis, utrinque magis minusve manifeste apiculatis.

Hab. in foliis Silenes inflatæ, Tregnago in agro veronensi Ital. bor. — *R. lychnicolæ* valde affinis, sed non maculigena conidiisque apiculatis.

19. **Ramularia didymarioides** Br. et Sacc. sp. nov. — Maculis indeterminatis, subochraceis, cæspitulis amphigenis, dense et late gregariis, punctiformibus, albis; hyphis fasciculatis, filiformibus, simplicibus, 90-100 ≃ 4-5, sursum denticulatis, continuis; conidiis tereti-oblongis, apice rotundatis, basi obtuse subtenuatis, 1-septatis, dein 2-septatis, 28-36 ≃ 8-9, hyalinis. 7267

Hab. in foliis Silenes inflatæ, Allibaudières, Aube Galliæ (Hariot). — Ob conidia crassiuscula et passim 1-septata ad *Didymariam* nutat.

20. **Ramularia Heraclei** (Oud.) Sacc. Syll. IV, p. 205. — Var. **Apii-graveolentis** Sacc. et Berl. F. Ven. p. 19. — Maculis sparsis variis, aridis, brunneis; hyphis longiusculis, cylindraceis, continuis, apice denticuligeris, 70-80 ≃ 3; conidiis cylindraceis, continuis, 22 ≃ 4-5, demum 1-septatis et tunc 38 ≃ 3,5-4, hyalinis. 7268

Hab. in foliis vivis Apii graveolentis, Padova (Bizzozero).

21. **Ramularia Chamænerii** Rostrup Island Svamp. in Bot. Tidssk. 1885. — Conidiis obovato-oblongis, 1-septatis, 25 ≃ 7-9, strata densiuscula alba formantibus. 7269

Hab. in foliis tenellis Epilobii (Chamænerii) latifolii in Islandia.

22. **Ramularia Cardui** Karst. Symb. XX, p. 109. — Maculis epiphyllis, subcircularibus, pallidis, majusculis; cæspitulis densissime gregariis, macularum superficiem ut pruina albida obtegentibus; conidiis bacillaribus, continuis, rectis, 13-21 ≃ 2-3. 7270

Hab. in foliis languescentibus Cardui crispi in regione vasensi, Kapelbacken Fenniæ. — *R. Taraxaci* affinis.

23. **Ramularia arnicalis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 85. — Maculis amphigenis, 3-4 mm. diam., suborbicularibus v. a venulis partim limitatis, supra atro-brunneis, margine subdilutius flavido, subindefinito cinctis, subtus sordide albis; hyphis hypophyllis, subfasciculatis, 12-20 ≃ 2,5-3, apice leniter denticulatis; conidiis subcylindraceis, 15-20 ≃ 3, guttatis, utrinque acutis, apice superiore sæpius subcurvis. 7271

Hab. in Arnica cordifolia, Rimini, Montana Amer. bor. (Rev. F. D. Kelsey).

24. **Ramularia concomitans** Ell. et Holw. Journ. Myc. 1888, p. 2. — Maculis amphigenis, pallide flavidis, definitis, suborbicularibus, 2-4 mm. lat., sæpius margine atro, angusto, subelevato cinctis; hyphis fasciculatis, brevibus, amphigenis, sæpius tamen hypophyllis; conidiis 3-5 in series concatenatis, cylindraceis, utrinque acutis, 1-septatis, raro 2-septatis, 15-22 ≃ 3-4. 7272

Hab. in foliis Bidentis, Decorah, Jowa Amer. bor., sociâ *Cercospora umbrata.*

25. **Ramularia variegata** Ell. et Holw. in Arth. Rep. Bot. Minnes. 1886, pag. 34. — Maculis amphigenis, latis, indefinitis, 0,5-1 cm. diam., supra brunneo- v. albo-reticulatis, subtus minus distinctis; 7273

hyphis amphigenis sed sæpius hypophyllis, fasciculatis, hyalinis, simplicibus, supra dentatis, 15-25 ≃ 4; conidiis oblongo-cylindraceis, hyalinis, 1-septatis, ad septum sæpe constrictis, 20-35 ≃ 3,5-4,5.

Hab. in foliis vivis Petasitis palmatæ, Lacus Vermilion Amer. bor.

26. **Ramularia serotina** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 69. — Maculis amphigenis, 1-5 mm. lat., pallide flavo-brunneis, margine definito, saturatiore cinctis, interdum per 1 cm. vel ultra subirregulariter confluentibus; hyphis amphigenis, fasciculatis, subnodosis, supra dentatis, continuis vel vix 1-2-septatis, hyalinis, 25-30 ≃ 3; conidiis oblongo-cylindraceis, hyalinis, 1-septatis, 15-28 ≃ 3, subconcatenatis. 7274

Hab. in foliis Solidaginis serotinæ, Lake County Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

27. **Ramularia Sonchi-oleracei** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 133. — Maculis arescentibus, nigris, flavido-cinctis, irregularibus, nervis sæpe limitatis; hyphis tenuibus, hypophyllis; conidiis numerosis, hyalinis, guttatis v. 1-septatis, cylindraceis, 10-12 ≃ 2,5. 7275

Hab. in foliis Sonchi oleracei, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

28. **Ramularia Picridis** Faut. et Roum. Rev. Myc. 1892, pag. 10. — Maculis brunneolis, purpureo-cinctis; cæspitulis numerosis; hyphis sæpius hypophyllis, apice denticulatis, 40-50 μ. long.; conidiis cylindraceis, rectis, 1-septatis, 16-32 ≃ 4. 7276

Hab. in foliis Picridis hieracioidis, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

29. **Ramularia Taraxaci** Karst. — Syll. IV, p. 207. — Var. **italica** C. Mass. Contr. Myc. Ver. p. 111. — Cæspitulis vulgo hypophyllis, maculicolis; maculis suborbiculatis, exaridis, subfuscis, interdum subvirescenti-marginatis; conidiis bacillaribus, usque ad 33 ≃ 3-5, continuis v. 1-septatis. 7277

Hab. in foliis languidis Taraxaci officinalis, Campofontana, in agro veronensi Italiæ bor.

30. **Ramularia lineola** Peck 32 Rep. p. 43. — Maculis suborbicularibus, interdum confluentibus, brunneis, lineis tenuibus, concentrice ornatis; cæspitulis obscuris, hypophyllis; conidiis tenuibus, cylindraceis, obtusis, sæpe 1-septatis, 12,5-20 μ. long. 7278

Hab. in foliis vivis Taraxaci officinalis, Greenbush Americæ borealis.

31. **Ramularia Crepidis** E. et E. Journ. Myc. 1886, p. 46. — Amphigena; maculis orbicularibus, subconcentrice rugosis, pallidis, 2,5-7,5 mm. diam., brunneo-marginatis; hyphis cæspitosis, maculæ centro insertis, erectis, rigidis, subrectis, supra parum attenuatis et parce dentatis, 25-35 ≍ 4-5, continuis; conidiis acute ellipsoideis, 12 ≍ 5-6 v. fusoideis, cylindraceis v. oblongis, 20-25 ≍ 5-8, hyalinis, tandem 1-septatis. 7279

Hab. in foliis Crepidis glaucæ, Raton, New Mexico Amer. bor. (S. M. Tracy).

32. **Ramularia filaris** Fres. — Syll. IV, pag. 210. — Var. **Hieracii** Bäuml. F. Schemn. III, p. 15. — Hyphis irregulariter erectis, 15-25 ≍ 4-5; conidiis sæpius utrinque truncatis, 18-26 ≍ 2-4, uniseptatis. 7280

Hab. in foliis vivis Hieracii Pilosellæ, Schemnitz Hungariæ.

33. **Ramularia Succisæ** Sacc. Syll. IV, pag. 207. — Var. **Knautiæ** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 111. — Maculis parvis, orbicularibus, amphigenis, atro-violaceis; cæspitulis minutis, candidis; hyphis fertilibus, fasciculatis, simplicibus, superne denticuligeris, 20-35 ≍ 3; conidiis catenulatis, cylindraceo-fusoideis, 10-20 ≍ 2,5-4, continuis v. sæpius 1-septatis. 7281

Hab. in foliis Knautiæ silvaticæ, Vico pr. Tregnago in agro veronensi Italiæ bor.

34. **Ramularia Bryoniæ** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 81. — Maculis magnis, irregularibus, aridis; conidiis concatenatis, hyalinis, oblongis, obtusis, subcurvis, continuis v. 1-septatis, 14-18 ≍ 4-5. 7282

Hab. in foliis subvivis Bryoniæ dioicæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

35. **Ramularia Centranthi** Brun. Champ. Saint. 1887, p. 430. — Maculis suborbicularibus, oblongis v. irregularibus, brunneis, epiphyllis; hyphis hyalinis, cæspitosis, simplicibus vel breviter ramulosis, continuis, 20-30 ≍ 3,5; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis vel rotundatis, 15-25 ≍ 3,5-4, hyalinis, continuis guttulatis vel 1-septatis. 7283

Hab. in foliis Centranthi rubri, Fouras pr. Saintes Galliæ.

36. **Ramularia Leonuri** Sorok. Mycol. (Karan 1872) pag. 30, t. VI, f. 18-21. — Hyphis sterilibus endogenis ramosis continuis, fertilibus per stomata exeuntibus, fasciculatis, cylindraceis, parce denticulatis; conidiis fusoideis, utrinque acutiusculis, demum 1-septatis, hyalinis, 29 ≍ 3-4, 7284

Hab. in foliis Leonuri Cardiacæ in Rossia.

37. **Ramularia Stachydis** (Pass.) C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 113, t. 4, f. 27, *Fusidium* Pass. in Flora 1881, p. 298. — Cæspitulis amphigenis subpunctiformibus, flocculoso-pulveraceis, albidis, in maculis oblongis irregularibusve, subarescentibus effusis; hyphis fertilibus fasciculatis, brevibus, continuis, simplicibus, superne subattenuatis sæpeque 1-2-denticulatis, 10-20 ≃ 2,5-3; conidiis catenulatis, hyalinis, initio ovalibus, dein eximie elongato-cylindraceis bacillaribusve (hyphis longioribus) utrinque subacutis, continuis, ut plurimum tamen 1-3-septatis, 10-38 ≃ 3-4. 7285

Hab. in foliis bracteisque vivis Stachydis annuæ in agro parmensi et veronensi Ital. bor.

38. **Ramularia Marrubii** C. Mass. Mic. Ver. p. 114. — Maculis parvis, exaridis, rufescentibus, internerviis; cæspitulis pulverulentis, candidis, hypophyllis v. subamphigenis; hyphis fertilibus densissime fasciculatis, 60-80 ≃ 3-4, superne denticuligeris, interdum breviter ramulosis, continuis; conidiis in catenulas ramosas dispositis, valde polymorphis, breviter ovalibus, elongato-ellipticis, cylindraceo-fusiformibus, hyalinis, utrinque plus minus apiculatis, continuis vel 1-septatis, 3-5 μ. cr. 7286

Hab. in foliis Marrubii vulgaris in agro veronensi Italiæ borealis.

39. **Ramularia Harioti** Sacc., *Ramularia Brunellæ* Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 17, an Ell. et Ever.? — Maculis albo-griseis, amphigenis, plus minus orbicularibus, linea pallide ochracea cinctis; hyphis fasciculatis, hypophyllis, cylindraceis, hyalinis, continuis, 16-32 ≃ 2,5-3; conidiis cylindraceis v. ovato-oblongis, utrinque acuminatis v. obtusiusculis, rectis v. simplicibus, hyalinis, 16-22 ≃ 4-6. 7287

Hab. in foliis Brunellæ vulgaris, Pont-sur-Seine, Aube Galliæ (P. Hariot). — «Probabiliter forma macrospora sequentis».

40. **Ramularia Brunellæ** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 69. — Maculis magnis, atro-brunneis, supra plus minus distincte concentrice zonatis, subindefinite limitatis, plus minus confluentibus; cæspitulis minutis, sparsis; hyphis hypophyllis brevibus, 10-15 ≃ 2,5, hyalinis, supra sæpius dentatis; conidiis oblongo-cylindraceis, continuis, 10-15 ≃ 1,5-3. 7288

Hab. in foliis vivis Brunellæ vulgaris, Racine, Wis. Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

41. **Ramularia lamiicola** C. Mass. Bot. Centr. 1890, n. 26, p. 386, — Maculis angulosis, internerviis, demum confluentibus; cæspitulis hy- 7289

pophyllis, candidis, subpulverulentis; hyphis fertilibus fasciculatis 25-50 ≈ 3-3,5 continuis, simplicibus sursum denticuligeris; conidiis catenulatis, continuis, polymorphis, breviter ovalibus, ellipsoideis, subcylindraceo-fusiformibus, utrinque rotundatis, 18-20 ≈ 3,5-5.

Hab. in foliis vivis Lamii albi, Calavena prope Tregnago prov. Verona. — Ab *Ovularia Lamii* conidiis polymorphis recedit.

42. **Ramularia Ballotæ** C. Mass. Bot. Centr. alb. 1890, n. 26, p. 386. — Maculis parvis, subrotundis in pagina superiore foliorum fuscescentibus; cæspitulis niveis, amphigenis, plerumque tamen hypophyllis; hyphis fertilibus breviusculis, circiter 16-20 ≈ 2-2,5, continuis superne parum denticuligeris; conidiis in catenulas ramosas digestis, valde polymorphis, ovalibus elliptico-oblongis, cylindraceis, utrinque subacutiusculis, continuis vel 1- rarissime 2-septatis, vulgo 8-16 ≈ 2-2,7. 7290

Hab. in foliis vivis Ballotæ nigræ prope viculum S. Mauro di Saline prov. Verona.

43. **Ramularia Boccabungæ** Fautr. Rev. Myc. 1892, p. 10. — Maculis circularibus, rubentibus, concentrice rugosis, folium mox perforantibus; hyphis divaricatis, apice denticulatis; conidiis cylindraceis, rectis, raro septatis, 15-26 ≈ 3-4. 7291

Hab. in foliis Veronicæ Beccabungæ, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

44. **Ramularia Veronicæ** Fautrey in Rev. myc. 1890, p. 125. — Maculis minutissimis, solitariis vel confluentibus, sordide flavis, sæpius hypophyllis; conidiis simplicibus, cylindraceis, 14-24 ≈ 3,5, granulosis vel guttatis. 7292

Hab. in foliis Veronicæ hederifoliæ, Charny, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

45. **Ramularia Scrophulariæ** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 81. — Maculis purpureis, dein pallidis; hyphis epiphyllis, erectis, acuminatis, 15-30 ≈ 3; conidiis longe concatenatis, simplicibus, cylindraceis, abrupte attenuatis, magnitudine varia, 6-20 ≈ 3-4. 7293

Hab. in foliis subvivis Scrophulariæ aquaticæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

46. **Ramularia Petuniæ** Cooke in Grev. XX, p. 8. — Epiphylla; maculis latis, orbicularibus vel irregularibus, ochraceis; hyphis brevibus; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, continuis, dein 1-septatis, hyalinis, 20-22 ≈ 4. 7294

Hab. in foliis Petuniæ, Plymouth Britanniæ.

47. **Ramularia Plantaginis** Peck 32 Rep. p. 43. — Maculis suborbi- 7295

cularibus, interdum confluentibus, brunneis; cæspitulis amphigenis; conidiis oblongis vel cylindraceis, obtusis, 20–40 ≈ 5-6,5, interdum 1-septatis.

Hab. in foliis vivis Plantaginis lanceolatæ, Carlisle Americæ borealis.

48. **Ramularia Oxyriæ** Trail Fung. Hard. p. 493. — Maculis amphigenis, circularibus vel ovatis, 2-3 mm. diam., pallidis vel subalbidis, margine lato, atro-viridi, dein rubro-brunneo cinctis; hyphis gracilibus; conidiis hyalinis, cylindraceis, plus minus incurvis, utrinque obtusis, 3-4-septatis, 70–90 ≈ 2–2,5. 7296

Hab. in foliis Oxyriæ digynæ, Simodal Norvegiæ.

49. **Ramularia occidentalis** E. et K. Journ. Myc. 1887, pag. 103. — Amphigena; cæspitulis minutis, albis, punctiformibus; hyphis cæspitosis, bacillaribus vel superne subundulatis, simplicibus, 20–35 ≈ 2,5–3, hyalinis, continuis; conidiis catenatis, hyalinis, ex ovato-ellipsoideis, 5-6 ≈ 2–3 vel anguste cylindraceis, 25-35 ≈ 1,5–2 granulosis vel guttulatis. 7297

Hab. in foliis Rumicis Britannicæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle).

50. **Ramularia? Euphorbiæ** (Cast.) Sacc. *Botrytis* Cast. Cat. pl. Mars. II, p. 81. — Cæspitulis effusis, albis; hyphis parce ramosis, ramulis subdistantibus; conidiis cylindraceis, truncatis obtusisve. 7298

Hab. in foliis vivis Euphorbiæ Pepli pr. Marseille Galliæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

51. **Ramularia subrufa** Ell. et Helw. Journ. Myc. 1888, p. 2. — Hypophylla, mox subseriata, confluens, subrufa v. grisea, margine pallidior; hyphis sterilibus intertextis, ramosis, prostratis, fertilibus fascicularibus, 25–35 ≈ 3, continuis, supra plus minus denticulatis v. lobatis; conidiis copiosis, oblongo-cylindraceis, concatenatis, 1-3 (sæpius 1-)septatis, 15-25 ≈ 3,5–4, apice obtuse acuminatis, sæpius rectis, pallide hyalino-flavidis. 7299

Hab. in foliis vivis Smilacis, Decorah, Jowa Amer. bor. (E. W. Holway).

52. **Ramularia Dioscoreæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 85. — Cæspitulis hypophyllis, parvis, albidis, in folii superficie supra leniter flavo-tincta crebre sparsis; hyphis fertilibus erectis, 25–35 ≈ 4, supra sæpius denticulatis; conidiis oblongo-cylindraceis, obtusis, 1-septatis, 15-20 ≈ 3,5-4,5. 7300

Hab. in foliis Dioscoreæ villosæ, Racine, Wis. Amer. bor. (J. Davis).

53. **Ramularia Alismatis** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 125. — Maculis orbicularibus, numerosis, sæpe confluentibus; cæspitulis confertis, totam maculam tegentibus; hyphis brevissimis; conidiis cylindraceis, obtusiusculis, simplicibus, guttatis, 18-22 ≃ 4. 7301

Hab. in foliis Alismatis Plantaginis, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

54. **Ramularia Junci** Peck 44 Rep. pag. 26. — Maculis transversis, brunneis; hyphis brevissimis; conidiis cæspitosis, tenuissimis rectis v. curvis, unum apicem versus sæpe subangustatis, 25-50 μ. long. 7302

Hab. in foliis vivis Junci marginati, Selkirk Amer. bor.

55. **Ramularia canadensis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 84. — Maculis nigris, subellipticis, 1-2 mm. long. v., si confluentibus, 0,5-1 cm., centro albicantibus; hyphis subulatis, hyalinis, continuis, 30-40 ≃ 3-4, e centro macularum assurgentibus; conidiis acrogenis, 2-3-concatenatis, oblongis, 1-septatis, guttatis, hyalinis, 15-22 ≃ 5-6. 7303

Hab. in foliis vivis Caricis conoideæ, London Canada Amer. bor. (Dearness). — Affinis *Septocylindrio caricino* sed hyphæ valde evolutæ, basidia subulata et conidia 1-septata, crassiora.

56. **Ramularia graminicola** Peck 44 Rep. pag. 26, tab. IV, fig. 1-3. — Maculis parvis numerosis, irregularibus vel subellipticis, pallidis, margine indeterminato, brunneolo, lato cinctis; hyphis amphigenis, brevibus, hyalinis, 12,5-25 μ. long.; conidiis subcylindraceis v. fusoideis, interdum utrinque acuminatis, demum spurie 1-septatis, hyalinis, 25-35 μ. long. 7304

Hab. in foliis vivis Poæ serotinæ, Wilmurt lake Americæ borealis.

PIRICULARIA Sacc. Syll. IV, p. 217.

1. **Piricularia Oryzæ** Cav. Fung. Long. exs. n. 49. — Folicola; maculis oblongis, arescentibus, fusco-cinctis; hyphis teretibus vel tereti-subulatis, basi paullum incrassatis, ibique septatis, sursum septis nullis vel obsoletis, 60-120 ≃ 4-5; conidiis obclavatis, apice attenuatis, basi truncatis vel in brevem denticulum productis, 2-septatis, fuscidulis, diaphanis, 20-22 ≃ 10-12. 7305

Hab. in foliis vivis Oryzæ sativæ, Trovamala in Agro ticinesi Ital. bor.

CERCOSPORELLA Sacc. Syll. IV, p. 218.

1. **Cercosporella chionea** (E. et Kell.) Sacc. *Cercospora chionea* E. et Kell. Bull. Torr. Bot. Cl. XI, p. 122. — Amphigena sed sæpius epiphylla; maculis latis 0,5-1 cm. vel confluendo 8-4 cm. diam., obscure rufo-brunneis, zona brunneo-flavicante, non elevata cinctis; hyphis dense cæspitulosis, subhyalinis, 18-30 ≍ 4-5, subinde vero 35-10 μ. longis et leniter undulatis vel sursum curvis; conidiis vermicularibus vel clavato-cylindraceis, 54-90 ≍ 4-5, 3-8-septatis. 7306

   Hab. in foliis Cercidis canadensis, Kansas Amer. bor. — Sistit pruinam albam in maculis atris.

2. **Cercosporella pirina** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 91. — Hypophylla, effusa, maculis nullis definitis, initio inæqualiter cæspitulosa, dein folium fere totum occupans et decolorans, supra vero rubro-infuscans; hyphis fertilibus effusis, brevibus, 12-25 ≍ 5, hyalinis; conidiis oblongo-fusoideis vel vermicularibus, hyalinis, 3-6-septatis, utrinque obtusis. 7307

   Hab. in foliis Piri coronariæ, Racine Wis. Amer. borealis (Davis).

3. **Cercosporella Evonymi** Erikss. in Bot. Centralbl. 1891, III, p. 299. — Maculis epiphyllis, subcircularibus v. angulosis, 4-10 mm. diam., expallentibus, purpureo-marginatis; cæspitulis pulvereis, fasciculatis, albis; hyphis assurgentibus, septatis, hyalinis; conidiis vermicularibus curvulis, usque semicircular-arcuatis, utrinque obtusulis, 2-3-septatis, 40-44 ≍ 3, hyalinis. 7308

   Hab. in foliis Evonymi europæi in Scandinavia.

4. **Cercosporella stomatophila** Speg. F. Guar. II, n. 184. — Acervulis hypophyllis e stomatibus epidermidis penicillatim protrudentibus, minutissimis, 50-60 μ. diam. candidis; hyphis e tuberculo atro, subgloboso, 40-50 μ. diam., stomate innato exsurgentibus, breviusculis, 20-25 ≍ 4, rugulosis, noduloso-denticulatis, continuis hyalinis; conidiis cylindraceis, e denticulis hypharum oriundis, utrinque rotundatis, 20-30 ≍ 2-2,5, medio 1-septatis, non constrictis, hyalinis. 7309

   Hab. ad folia viva Sapindaceæ cujusdam in dumetis pr. Guarapi Brasiliæ.

5. **Cercosporella rosea** Wint. Exot. Pilze IV, p. 9. — Cæspitulis delicatissimis, hypophyllis, minutis, angulato-rotundatis, tomentosulis, roseis, 0,5-1 mm. lat.; hyphis repentibus, dense intertextis, hyalinis, parce septatis, ramulos erectos, subsimplices, apicem versus 7310

denticulatos torulososque, hyalinos, septatos, 4–4,5 cr. emittentibus; conidiis angustissime subclavatis, sursum perparum attenuatis, remote pluriseptatis, hyalinis, 75-80 ≈ 4,5-5.

Hab. in foliis vivis Phaseoli sp., Montevideo Amer. austr. (ARECHAVALETA).

6. **Cercosporella Saxifragæ** Rostr. Bidr. Ascom. Dovr. p 13. — Macula fusca, amphigena; cæspitulis, biogenis, candidis; hyphis longis, breviter ramosis; conidiis filiformibus, continuis, 30-40 ≈ 1-2. 7311

Hab. in foliis vivis Saxifragæ cernuæ, Dovre Norvegiæ.

7. **Cercosporella pantoleuca** Sacc. — Syll. IV, p. 219 — Var. **santonensis** Brun. Misc. Myc. II, p. 47. — Maculis angulosis, subrotundis v. irregularibus, olivaceis vel brunneis, margine saturatioribus; cæspitulis arachnoideis, albis; hyphis continuis, hyalinis, apice denticulatis; conidiis cylindraceis, rectis, hyalinis, 30-85 ≈ 2,5-3, obscure septatis vel guttatis. 7312

Hab. in foliis Plantaginis majoris, Cravans Galliæ.

8. **Cercosporella Phyteumatis** (Frank) Sacc. *Cercospora* Frank Krankh. Pflanz. p. 601. — Maculis nigris, centro albidis, amphigenis; hyphis hypophyllis cæspitosis; conidiis linearibus, 2-3-septatis, hyalinis. 7313

Hab. in foliis Phyteumatis spicati in Germania.

9. **Cercosporella Gossypii** Speg. Guar. I, p. 162. — Maculis nullis, mycelio hypophyllo, candido, plagulas effuso-pulverulentas, parvulas, 1-2 mm. diam., sæpe confluentes, irregulares efficientibus; hyphis in cæspitulos laxe aggregatis, simplicibus, erectis, rectiusculis, laxe parceque nodulosis, apice obtusiusculis, 35-40 ≈ 3, hyalinis; conidiis cylindraceo-ellipticis v. subclavulatis, medio 1-raro 2-septatis, non v. vix subcoarctatis, utrinque acutiusculis, 18-25 ≈ 3-4, hyalinis. 7314

Hab. ad folia Gossypii sp. pr. Paraguarì Brasiliæ.

10. **Cercosporella Oxyriæ** Rostr. Till. Groenl. Svamp. p. 629. — Maculis amphigenis, albis, 2-3 mm. lat., orbicularibus, violaceo-marginatis; cæspitulis hypophyllis; conidiis filiformibus, leniter flexuosis, longissimis, 70-100 ≈ 2, continuis. 7315

Hab in foliis Oxyriæ digynæ, Tunugdliarfik Groenlandiæ (K. ROSENVINGE). — « Verisimiliter non diversa a *Ramul. Oxyriæ* Trail, sed revera potius *Cercosporella* ».

11. **Cercosporella Pseudoidium** Speg. Guar. I, p. 162. — Maculis epiphyllis, pallescentibus, indeterminatis, suborbicularibus, parum manifestis, mycelio hypophyllo, tenuissimo, adnato, laxe arachnoideo, 7316

effuso, plagulas albas, suborbiculares, sæpe totum folium ambientes, efficientibus; hyphis sterilibus repentibus, dense intricato-ramosis, parce septulatis, gracilibus, 5 μ. cr.; hyphis fertilibus, hinc inde adsurgentibus, erectis, rectis v. modice parceque noduloso-subgeniculatis, apice nodulosis, 30-80 ≈ 5, continuis v. 2-3-septatis, hyalinis; conidiis clavulatis v. vix inæquilateralibus, nubilosis vel granulosis hyalinis.

Hab. ad folia Manihot utilissimæ pr. Mbocaiatá et Caá-guazu Brasiliæ.

12. **Cercosporella Veratri** Peck 44 Rep. p. 27, t. IV, f. 7-8. — Maculis suborbicularibus v. subellipticis, nigrescentibus; hyphis brevissimis, fere obsoletis; conidiis 50-100 ≈ 4-5. 7317

Hab. in foliis Veratri viridis, Morehouseville Amer. bor.

13. **Cercosporella hungarica** Bäuml. F. Schemn. p. 10. — Maculis griseis, subrotundatis, fusco-limitatis; hyphis fertilibus dense fasciculatis v. solitariis, continuis, apice rotundatis, 10-24 ≈ 5-6, hyalinis; conidiis clavatis, curvatis, distincte 3-5-septatis, 40-80 ≈ 2-6 (6 μ. cr. in clavula), hyalinis. 7318

Hab. in foliis Lilii Martagonis pr. Prencow Hungariæ.

14. **Cercosporella liliicola** (Rich.) Sacc. *Cercospora* Rich. Cat. Champ. Marn. n. 2032. — Cæspitulis parcis; hyphis erectis fasciculatis, 2-3-septatis, hyalinis; conidiis elongato-fusoideis, hyphas æquantibus, hyalinis, 6-7-septatis. 7319

Hab. in caule Lilii candidi, St. Amand Marne Galliæ.

15. **Cercosporella? guaranitica** Speg. F. Guar. II, n. 183. — Cæspitulis candidis, hinc inde densiuscule aggregatis, minutis; hyphis cylindraceis, rectis v. flexuosulis, teretibus, 60-80 ≈ 5, 2-5-septatis, non constrictulis, sursum parce nodulosis, hyalinis; conidiis fusoideis vel cylindraceo-fusoideis, rectis, v. arcuatis, utrinque obtuse acutatis, 40-60 ≈ 4-5, continuis, granuloso-farctis, hyalinis. 7320

Hab. ad ostiola Phomatosporæ botryosphæroidis Speg., sociâ *Nectriâ guaranitica* Speg., ad ramulos dejectos putrescentes pr. Guarapi Brasiliæ. — Species fere anomala potius ad *Fusarium* referenda, statum conidicum unius v. alterius fungilli, cum quibus est consociata, sistens.

FUSOMA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 220.

1. **Fusoma triseptatum** Sacc. sp. nov. — Cæspitulis hypophyllis in areolis adusto-nigricantibus oblongis adnatis, applanatis, pelliculiformibus, albis, margine haud byssino; conidiis fasciculatis fusoideis, 7321

curvulis, apice acutioribus, 2-septatis, 25-30 ≈ 4, granulosis, hyalinis, ad septa non vel vix constrictis; basidiis brevibus crassis, ovato-piriformibus, stipitatis, 12 ≈ 4.

Hab. in foliis vivis graminum, e. g. Calamagrostidis pr. Nossen Saxoniæ (Kieger, comm. Brezadola).

2. **Fusoma punctiforme** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVII, p. 35. — 7322
Cæspitulis gregariis, minutissimis, albis vel albidis, liberis; conidiis fusoideo-bacillaribus, curvis, continuis v. 1-3-septatis, utrinque acutis, hyalinis 17-30 ≈ 1,5-5.

Hab. in foliis putridis Iridis Pseudacori pr. pagum tammelensem, Kojo Fenniæ.

SEPTOCYLINDRIUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 223.

1. **Septocylindrium olivascens** Thuem. M. U. n. 1570 et Diagn. p. 11. 7323
— Maculis epiphyllis, plus minus orbiculatis, sæpe nervum medium sequentibus confluentibusve, olivaceis, tenuissimis; hyphis longis, simplicibus arcuato-subcontortis v. flexuosis, articulatis, ad septa non constrictis, fuscis, 8-10 μ. cr.; conidiis acrogenis, concatenatis, cylindraceis v. cylindrico-ellipsoideis, plerumque subrectis, utrinque subrotundato-obtusis, 2-3-5-septatis, 30-60 ≈ 12, pallide fuscidulis.

Hab. ad folia viva Elæagni angustifolii, Lyon Galliæ (J. Therry).

2. **Septocylindrium Ranunculi** Peck — Syll. II, p. 223. — Var. **Veronicæ** Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 18. — Maculis albo-griseis, amphigenis, obscure limitatis; hyphis hypophyllis, hyalinis, remote septatis, non constrictis, rectis v. subflexuosis, 30-60 ≈ 4-5; conidiis oblongis v. cylindraceis, obtusis, hyalinis, granulosis, nunc distincte 1-septatis et subconstrictis, nunc parum distincte 2-3-septatis, 16-28 ≈ 5-7. 7324

Hab. in foliis ægrotantibus Veronicæ agrestis, Ville-sur-Terre, Aube Galliæ (P. Hariot).

Sect. 4. Staurosporæ Sacc.

TRINACRIUM Riess — Sacc. Syll. IV, p. 231.

1. **Trinacrium minus** Speg. F. Fueg. n. 436. — Hyphis repentibus, 7325
hyalinis, gracillimis, 2-3 μ. cr. longiusculis, parce septulatis ac ramosulis, mox mucoso-diffluentibus, hyalinis; conidiis sparsis vage insertis, tri-radiatis, radiis divaricatis, apice attenuato-acutatis, 20-25 ≈ 2, dense guttulatis, hyalinis.

Hab. in Fumagine pannosa parasitica ad folia viva Pernettiæ mucronatæ in Staten island in Fuegia. — A *Tr. subtili* Rees an satis distinctum?

TITÆA Sacc. Syll. IV, p. 231.

1. **Titæa Clarkeæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 86. — Cæspitulis punctiformibus v. elongatis, 0,5-1 mm. long., albis, adpressis; conidiis hyalinis dense gregariis, quadrilocularibus, loculis binis verticaliter superimpositis, superiore globoso-ellipsoideo 7-9 μ. diam., inferiori subovato angustiore, utrinque appendice curvula divaricata cuspidata 10-45 μ. long. prope basim biconstricta 4 μ. cr. aucto, basidiis e strato cellulari assurgentibus, monosporis, 15-25 ≈ 3, quater v. quinquies constrictis. 7326

Hab. parasitica in Dichæna strumosa ad Quercum ilicifoliam, Vineland N. J. Amer. bor. (Domina C. H. Clarke).

DESMIDIOSPORA Thaxt. Bot. Gaz. 1891, p. 203 (Etym. *Desmidium* et *spora*). — Hyphæ hyalinæ ramosæ, septatæ. Conidia dimorpha, in eodem mycelio. Microconidia minuta, subfusoidea, hyalina, in apice basidii lateralis subulati basi inflati acrogena. Macroconidia majuscula, terminalia, applanata subdisciformia, peripherice subdichotome lobata, intus multilocularia, rufo-brunnea. — Genus prædistinctum.

1. **Desmidiospora myrmecophila** Thaxt. loc. cit. t. XX, f. 1-9. — Effusa, flocculosa, alba; hyphis valde ramosis; microconidiis fusoideis 12 ≈ 2-2,5; macroconidiis initio clavatis dein sensim dilatatis, demum discoideis inæqualiter multilocularibus 80-100 ≈ 68-90, 12-14 μ. cr. (e latere), radiatim lobatis, rufo-brunneis, lobis 15-24 variæ profunditatis, apice rotundatis. 7327

Hab. in corpore Formicæ cujusdam majoris, Connecticut Americæ borealis.

Sect. 5. Helicosporæ Sacc.

HELICOMYCES Link — Sacc. Syll. IV, p. 233.

1. **Helicomyces? larvæformis** Speg. Guar. I, pag. 158. — Subiculo latissime effuso, crassiuscule pulvinato, 0,5-1 mm. cr., gossypino- v. arachnoideo-pulverulento, friabilissimo, amœne pallideque carneo vel subaurantio-roseo; hyphis non visis; conidiis ferri equini instar arcuatis v. annulato-incurvis fusoideis, antice attenuatis, po- 7328

stice subcuneatis, utrinque obtusiuscule acutatis, guttulis ventralibus 3 v. 5 cuboideis v. subconicis donatis, 20–25 = 10, hyalinis.

Hab. ad ramulos hypertrophicos et baccas Strychnodaphnes suaveolentis pr. Mbatobí et Guarapí Brasiliæ.

CLATHROSPHÆRA Zalewski, Przyczynki etc. Krak. 1888, cum tabulis, (polonice). — Videretur mucedinea dimorpha, helicospora et clathrospora, sed ignoto mihi idiomate polonico et deficiente diagnosi latina, stirps mihi non clara.

Fam. 2. **Dematieæ** Fr.

Sect. 1. **Amerosporæ** Sacc.

Subsect. 1. **Micronemeæ** Sacc.

Trib. 1. Coniosporieæ Sacc.

CONIOSPORIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 238.

I. *In Dicotyledoneis.*

1. **Coniosporium nitidum** Karst. in Rev. Myc. 1885, p. 107. — Cæspitulis epiphyllis, minutis, punctiformibus, sparsis, hinc inde gregariis vel confluentibus, atris; conidiis ovoideis, nitidis, atris (sub microscopio fuscis), 30–33 = 15–18; hyphis obsoletis. 7329

Hab. in foliis languescentibus Viciæ sativæ, Mustiala Fenniæ.

2. **Coniosporium Angelicæ** Rostr. Bidr. Ascom. Dovr. p. 13. — Cæspitulis effusis, nigro-olivaceis; conidiis globosis, olivaceis, 4 μ. diam., sporophoris brevissimis, hyalinis. 7330

Hab. in caulibus Archangelicæ officinalis, Dovre Norvegiæ (Blytt).

3. **Coniosporium caulinoeum** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1937. — Acervulis nigris, maculiformibus; conidiis amygdaloideis, hyalinis, dein brunneis; sporophoris brevibus e strato submucoso oriundis. 7331

Hab. in caulibus emortuis Resedæ luteolæ pr. St.-Amand, Marne Galliæ.

4. **Coniosporium carbonaceum** (Carm.) Cooke Grev. XVI, p. 79, *Gymnosporium* Carm. herb. — Epiphyllum, effusum, nigrum, capnodioides; conidiis ovoideis vel limoniformibus, continuis, brunneis, opacis, 12 = 10. 7332

Hab. in foliis Spirææ Ulmariæ, Appin Britanniæ (Carmichael). — Conidia sporidiis *Chætomii* similia.

5. **Coniosporium Fairmani** Sacc. Journ. Myc. 1889, p. 78 et p. 180, 7333
Fairm. Contr. Myc. West. N. Y. p. 52, f. 14-15. — Effusum, atrum, adpressum, pulvereum; conidiis globosis, levibus, fuligineis, 1-nucleatis, 5-7 μ. diam.

Hab. in cortice Cucurbitæ (*Hubbard squash*) intemperiei exposito, Lyndonville N. Y. Amer. bor. (C. E. Fairman). — A *C. apiosporoide* differt præ ceteris conidiis multo minoribus.

6. **Coniosporium pterospermum** Cooke et Mass. Grev. XIX, p. 90. — 7334
Cæspitulis gregariis, minutis, erumpentibus, ellipticis v. elongatis, nigricantibus; conidiis ambitu subglobosis v. oblongis, compressis, membranaceo-marginatis, in appendices emarginato-truncatas subsenas productis, olivaceo-brunneis, continuis, 12 μ. diam. vel 25 μ. diam., cum appendicibus; basidiis brevibus hyalinis e pseudostromate pulvinato oriundis.

Hab. in Lepidospermo, Victoria Australiæ (Martin). — «Ob conidia alata prædistincta species, immo novi generis (*Pterocoonium* Sacc.) typus».

7. **Coniosporium corticale** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 69. — 7335
Brunneo-nigrum, pulvereum, subcorticale; conidiis globosis, 3-4 μ. diam. v. ellipsoideo-ovatis, 4,5-5 ≃ 3-4.

Hab. in cortice Aceris, London Canada Amer. bor.

8. **Coniosporium incertum** Karst. in Rev. Myc. 1885, p. 107. — Cæspitulis superficialibus, minutis, punctiformibus, sparsis v. subgregariis, atris; conidiis sphæroideo-ellipsoideis v. subsphæroideis, hyalinis, coacervatis, dilutissime fuligineis (sub lente) 2-3 ≃ 1-2. 7336

Hab. in ligno vetusto Sorbi Aucupariæ, prope Mustiala Fenniæ.

9. **Coniosporium subgranulosum** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, 7337
p. 87. — Cæspitulis minutis, nigris, gregariis, pulvinatis e conidiis leniter adhærentibus, subglobosis, granuloso-rugosis, brunneis, 4-5 μ. diam., raro connato-binis ideoque simulate 1-septatis, efformatis.

Hab. in ligno decorticato Populi, Sand Coulee, Cascade Co., Montana Amer. bor. (F. W. Anderson). — Ad *Torulam* vergens.

10. **Coniosporium stromaticum** Corda — Syll. IV, p. 240. — ***subreticulatum** Karst. Symb. Fenn. XXVI, p. 31. — Cæspitulis superficialibus, gregariis, sæpe confluentibus, minutis, laxis, rotundatis, atris; conidiis sphæroideis v. subsphæroideis, subreticulatis, fuligineis, semipellucidis (sub lente), 20-30 μ. diam.; hyphis sparsis, diffusis, tenerrimis, 1 μ. cr., hyalinis. 7338

Hab. ad asseres Pini silvestris, prope pagum Tammela Fenniæ.

11. **Coniosporium parallelum** Karst. Hedw. 1889. — Cæspitulis superficialibus, gregariis, subinde confluentibus, parallelis, linearibus, rarius elongatis v. rotundatis, pulverulentis, atris, minutis; conidiis globulosis, fuligineis (sub micr.), impellucidis, 6-12 μ. diam. 7339

Hab. in ligno sicco arborum acerosarum? ad Rio de Janeiro.

II. *In Monocotyledoneis.*

12. **Coniosporium? myocoproides** Speg. F. Guar. II, n. 186. — Cæspitulis hypophyllis superficialibus, hemisphærico-orbicularibus, minutis, 150-250 μ. diam. atris, compactiusculis, sparsis vel sæpius pluri-aggregatis v. subconfluentibus; hyphis e centro basali radiatim enatis brevissimis, gracilibus, 10-15 ≂ 3-4, septulato-subtorulosis, mox dense toruloso-dichotomis, articulis gradatim in conidia mutatis; conidiis globosis, 4-5 μ. diam. catenulatis, glabris, levibus fuligineis. 7340

Hab ad folia emortua v. languida Cocoës australis in Sierra de Peribebuy Brasiliæ.

13. **Coniosporium Agaves** Passer. F. N. IV, n. 133. — Cæspitulis punctiformibus fuscis, in macula discoidea albida, solitariis v. maculis pluribus confluentibus, gregariis; conidiis globosis, olivaceis vel fuligineis, 4-5 μ. diam. 7341

Hab. in foliis putridis Agaves americanæ, Roma. — Perithecia plane deficientia. An *Papularia concentrica* Kickx?, sed conidia semper globosa et maculæ haud zonatæ obstare videntur.

14. **Coniosporium Cerealis** Karst. Symb. XX, pag. 109. — Acervulis superficialibus, minutissimis, punctiformibus, discretis v. confluentibus, atris; conidiis perfecte sphæroideis, subolivaceis, diaphanis, episporio obscuriore (sub micr.), 2-2,5 μ. diam. 7342

Hab. in foliis juvenilibus, languescentibus Secalis Cerealis ad Mustiala Fenniæ. — A *Coniosporio gramineo* minutie omnium partium diversum.

15. **Coniosporium Arundinis** (Corda) Sacc. Syll. IV, p. 243. — Var. **Secalis** Karst. Hedw. 1888, p. 104 et Symb. XXII, pag. 147. — Acervulis elongatis, secus culmorum fibras parallele seriatos digestis v. effusis, pseudostromate insidentibus, sphæroideis v. late ellipsoideis, maturis luce directa aterrimis, nitidis, luce refracta atro-olivascentibus, prope marginem zona angustissima dilutiore cinctis, eguttulatis, 6-10 μ. diam. v. 10-12 ≂ 7-10. 7343

Hab. in culmis vaginisque putrescentibus Secalis Cerealis ad Vasam Fenniæ.

III. *In Acotyledoneis et aliis substantiis.*

16. **Coniosporium phyllophilum** Karst. Hedw. 1890, p. 178, Fragm. myc. XXX. — Conidiis ellipsoideis v. ovoideis, fuscis, impellucidis (sub micr.), 10-12 ≈ 6-8, stratum superficiale, fuliginosum, pulvereum, tenuissimum, acervulosque sparsos punctiformes, inæquales, atros opacos formantibus; hyphis parum notabilibus. 7344

Hab. in pag. sup. foliorum vivorum Polystichi, Tradescantiæ, Cyrtomii, Antigoni, Dracænæ, Araliæ in horto mustialensi Fenniæ (O. Karsten).

17. **Coniosporium Polytrichi** Peck 43 Rep. p. 29. — Acervulis minutis, 75-100 μ. diam., dense gregariis, superficialibus, nigris; conidiis globosis, granulosis, nigris, 16-20 μ. diam. 7345

Hab. in urnis Polytrichi juniperini, Sevey Amer. bor.

18. **Coniosporium mycophilum** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 35. Maculiforme, sparsum vel confluens, 1 mm. diam., nigro-olivaceum; conidiis ellipsoideis, olivaceo-atris, levibus, 8 ≈ 4. 7346

Hab. in pileo Polysticti pergameni et Lentini ursini, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

19. **Coniosporium Richardi** Brun. Champ. Saint. VII, p. 6. — Cæspitulis irregularibus, elongatis vel confluentibus, crustaceis, nigris; conidiis primo subglobosis, continuis, eguttulatis, brunneis, 7-8 ≈ 5, interdum ovoideis, 12 ≈ 5. 7347

Hab. in fragmentis funis putris, La Rochelle pr. Saintes Galliæ, interdum sociâ *Roselliniâ* quadam, peritheciis sterilibus gregariis et fragilibus, verisimiliter var. *R. chordicolæ* Sacc.

Trib. 2. Toruleæ Sacc.

TORULA Pers. em. Sacc. Syll. IV, p. 249.

1. **Torula Broussonetiæ** Thüm. et Boll. Contr. Fungh. litt. Austr. III, p. 4. — Cæspitibus expansis effusisque, tenuibus, laxis, sordide griseo-atris; catenulis brevibus, plerumque subrectis, sed interdum etiam sinuosis; conidiis applanato-globulosis, unicellularibus, pallide fuscis, 3-4 μ. diam., subdiaphanis. 7348

Hab. in ramulis emortuis Broussonetiæ papyriferæ in agro Goritiæ.

2. **Torula obducens** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXV, p. 26. — Ramos late ambiens et crustam tenuem, atram, effusam formans; hyphis sterilibus decumbentibus, articulatis, hyalinis; catenulis ut plurimum 10-sporis, simplicibus vel ramosis, curvatis vel flexuosis, sæpe connatis; conidiis primitus hyalinis, ellipsoideis, dein fuligineis, pellucidis (sub micr.), 4-8 μ. diam., sat facile secedentibus. 7349

Hab. ad corticem semivivum Populi tremulæ, Mustiala Fenniæ.

3. **Torula ignobilis** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 362. — Cæspitulis effusis, admodum tenuibus, atris vel fusco-atris; catenulis adscendentibus vel curvulis, simplicibus, 2-6-meris; conidiis sphæroideis, rarius ovoideis, 1-guttatis, ex hyalino fuligineis, pellucidis, 6-9 μ. diam. 7350

Hab. in cortice Ulmi consumpti, Méry-sur-Seine Galliæ.

4. **Torula tuberculariæformis** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1944. — Acervulis nigris, discoideis, superficie albo-pulverulentis («?»); conidiis globoso-cuboideis, catenulatis, in fasciculos dense connexis; sporophoris septulatis catenas æquantibus. 7351

Hab. in ligno putri Salicis, St.-Amand Marne Galliæ. — Sec. auct. potius *Tuberculariacea.* «An *Trullula?*»

5. **Torula gyrosa** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 10. — Punctiformis, cæspitulosa, atra; conidiis subcuboideis, nucleatis, 3-4 in catenulas varie curvas connexis, pallide olivaceis, 12 ≈ 6-8, catenulis ipsis passim in series connexis. 7352

Hab. in ligno pineo putri, Kew Britanniæ.

6. **Torula olivacea** Corda — Syll. IV, p. 252 — ***T. inops** Karst. Hedw. 1890, pag. 272. — Cæspitulis effusis, tenuibus, olivaceo-atris; catenulis simplicibus quinque-decemsporis, pedicello nullo; conidiis sphæroideis vel ellipsoideis, eguttulatis, pellucidis, dilute olivaceo-fuligineis (sub lente), 7-9 μ. diam. vel 10-12 ≈ 7. 7353

Hab. in ligno vetusto Pini ad Mustiala Fenniæ.

7. **Torula ramosa** Peck 32 Rep. pag. 39. — Effusa, tenuis, nigra; hyphis septatis; conidiis in catenas terminales et laterales seriatis, globosis, coloratis, 7,5 μ. diam., 1-2 inferioribus interdum ellipsoideis vel piriformibus. 7354

Hab. in ligno pineo, Roth Greenbush Amer. bor.

8. **Torula densa** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 362. — Cæspitulis rotundatis, confluentibus, crassiusculis, densis, non pulverulentis, superficialibus, atris, intus atro-fuscis, e conidiis parce con- 7355

catenatis vel conglobatis, sphæroideis vel difformibus, 10-17 ≈ 8-12, plus minus dilute fuligineis compositis.

Hab. ad Cereum alatum, Paramaribo Guyanæ batavæ (Kegel).

9. **Torula nucleata** Cooke Grev. XVI, p. 79. — Subeffusa, nigricans, minute cæspitulosa, mycelio repente; hyphis fertilibus basi tenuatis hyalinis, supra in conidia subglobosa, 6-8 persistenter catenulata, atro-brunnea, crasse 1-nucleata, 10-12 μ. diam. abeuntibus. 7356

Hab. in caulibus herbaceis, Shroffeld's Wood Britanniæ (F. Currey).

10. **Torula cyperina** Roum. et Pat. in Rev. Myc. 1885, p. 175, t. LV, f. 12. — Tenuissima, superficialis, elongata, inter nervulos foliorum insidens; mycelio pallide brunneo, radiante; hyphis brevibus, catenulas simplices, erectas conidiorum gerentibus; conidiis brunneis, levibus, applanatis, 4-5 ≈ 2. 7357

Hab. in foliis exsiccatis Cyperi longi circa Toulouse Galliæ.

11. **Torula Bambusæ** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 125. — Orbicularis, nigra, pulverulenta, margine subdentritica; hyphis gracilibus, torulosis, brunneis; conidiis lenticularibus, brunneis, 8-10 μ. diam. 7358

Hab. in Bambusa putri, Caracas Venezuelæ.

12. **Torula alpina** Fourcade in Roum. F. G. n. 4188, *Torula Ramalinæ* Nyl. pr. p. — Cæspitulis nigris compactis, adpressis; conidiis inæqualiter globosis, basi truncatis, 8 μ. diam., in catenulas simplices digestis. 7359

Hab. in thallo Everniæ ochroleucæ, in rupibus Col de Venasque Pyrenæorum Hispan. (Ch. Fourcade).

13. **Torula opaca** Cooke in Ellis N. A. Fungi n. 759 (absque diagnosi). — Cæspitulis irregularibus, minutis, 1-2 mm. diam. adpressis aterrimis; mycelio obsoleto; conidiis tereti-oblongis vel subcuboideis, variis, 7,5-20 ≈ 7,5, nigris, opacissimis in catenulas breves rectas simplices digestis. 7360

Hab. in thallo lichenum ad ramos vivos v. emortuos variarum fruticum, Newfield N. J. Amer. bor. — *Tor. ovalispora* Berk. est, teste Cooke, vera *Torula* nec *Oospora;* cfr. Syll. IV, p. 13.

14. **Torula lichenicola** Linds. New lichenicol. microfung. p. 515 et 530, t. XXIII, f. 1-18. — Punctiformis, atra, in thallo vel apotheciis lichenum superficialis; sporophoris fasciculatis deorsum tenuatis subcontinuis, pallidis, sursum in conidia gradatim majora, oblongo-cuboidea, sæpe guttata utrinque obtusula, fuliginea, cya- 7361

neo- vel olivaceo-fusca, 7-12 ≃ 4, breviter catenulata abeuntibus, catenulis brevibus simplicibus rarissime furcatis.

Hab. in lichenibus plerumque corticolis Lecanoris, Lecideis, Physciis, Arthoniis, Parmeliis, Opegraphis, Verrucariis etc. in tota Europa.

15. **Torula Darwinii** Speg. F. Fueg. n. 441. — Cæspitulis minutis superficialibus globuloso-hemisphæricis 250-300 μ. diam., atris compactiusculis dense sparsis; conidiis globulosis 10-15 μ. diam., grosse 1-guttulatis levibus fuligineis, primo conglobatis dein singulatim vel 2-3-tim secedentibus. 7362

Hab. ad Cyttariam Darwinii putrescentem ac dejectam in silvis prope Penguin rookery in Staten island Fuegiæ.

16. **Torula mycetophila** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 3. — Cæspitulis minutis, tenuissimis, sparsis, atris; hyphis parce ramulosis, subrectis; articulis globoso-compressis, arctissime constrictis atro-olivaceis, 10 μ. diam. 7363

Hab. in pileo Polysticti cinnabarini, Victoria Australiæ (Campbell). — *Torula spongicola* Duf., Syll. IV, p. 261. Nascitur quoque in spongis prope Livorno (Carnel, Martelli) et Padova (Saccardo). Conidia 6-7 μ. diam.

17. **Torula circinans** A. Roum. et Pat. in Rev. Myc. 1886, p. 156. — Conidiis globulosis, brunneis, sublevibus, catenulatis; catenulis 15-25 ≃ 5; hyphis fertilibus simplicibus, raro bifidis, densissimis, brunneis, circinatim dispositis, demum confluentibus. 7364

Hab. in tegulis marnaceis tecti equilis, Toulouse Galliæ (A. Roumeguère),

HORMISCIUM Kunze — Sacc. Syll. IV, p. 263.

1. **Hormiscium septonema** (Preuss) Karst., Syll. IV, p. 248 — var. **betulinum** Karst. Symb. myc. Fenn. XXV, pag. 25, *Hormiscium curvatum* (Peck) Sacc. var. *betulinum* Karst. Symb. XX, p. 97. — Cæspitulis late effusis, atris, catenis conidiorum rarissime ramosis, 60-90 μ. long.; conidiis subcuboideis, 4 μ. longis, 6 mm. crass. 7365

Hab. in cortice Betulæ prope Vasa Fenniæ.

2. **Hormiscium affine** Pass. in Brun. Misc. mycol. p. 21. — Effusum, superficiale, membranaceum, facile secedens, fuligineum, catenulis vage ramosis, ramis varie crassis, apice attenuatis, incurvis; conidiis globosis vel ovoideis, difficile secedentibus, magnitudine varia, majoribus guttulatis, fuliginosis. 7366

Hab. in folio Lauri?, Ile Mayotte Galliæ. — Catenulæ immaturæ? muco involutæ. *H. pityophilo* et *H. Lechleriano* affine.

3. **Hormiscium sorbinum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXIX, p. 105. — 7367
Cæspitulis subcutaneis, erumpentibus, gregariis, maculas atras demum totam superficiem fructuum inquinantes formantibus; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, articulatis, hyalinis vel subfuligineis, 3-7 μ. cr.; hyphis fertilibus articulatis, fuligineis, brevibus; catenulis conidiorum brevibus, conglutinatis, globulos difformes formantibus; conidiis sphæroideis vel subsphæroideis, fuligineis (sub lente), 6-9 μ. diam.

Hab. ad fructus Sorbi Aucupariæ in pr. Tammela Fenniæ.

4. **Hormiscium crustaceum** Karst. Symb. XIX, p. 90. — Effusum, crustaceum, pertenue, superficiale, olivaceum, siccando fuscum; catenulis cylindraceis, simplicissimis, curvatis vel flexuosis, subinde ascendentibus, æqualibus, 7-12-septatis, ad septa non constrictis, opacis, 28-75 ≈ 6-8; conidiis cuboideis, 1-guttulatis, fuligineis et diaphanis (sub lente), diu cohærentibus. 7368

Hab. in cortice ramorum emortuorum Pruni Padi, Mustiala Fenniæ.

5. **Hormiscium orbiculatum** Karst. Symb. XX, p. 97. — Cæspitulis gregariis, subinde confluentibus, superficialibus, orbiculatis, pulverulentis, nigris, circ. 1 mm.; conidiis in catenulas simplices vel ramosas, inæquales, curvatas vel flexuosas, breves, circ. 30 ≈ 7-8 digestis, subcuboideis, subæqualibus, connatis, fuligineis, impellucidis v. semi-pellucidis (sub vitro). 6369

Hab. in ligno denudato ramorum Salicis prope Mustiala Fenniæ.

6. **Hormiscium paradoxum** Karst. Symb. Myc. XXVI, p. 31. — Cæspitulis suborbiculatis, velutinis, aterrimis, 1-2 mm. latis; hyphis (seu catenulis) vage ramosis, conjunctis et curvatis, valde inæqualiter articulatis, 100-150 μ. longis, fuligineis, semipellucidis (sub lente), in conidia subsphæroidea vel ellipsoidea vel difformia, 10-25 ≈ 8-12 v. 6-8 μ. diam. tandem secedentibus. 7370

Hab. in pariete ligneo (abietino?) aqualiculi in Mustiala Fenniæ.

7. **Hormiscium scriptum** Karst. Symb. XIX, p. 90. — Cæspitulis puncti- vel striiformibus, atris; hyphis sterilibus obsoletis; catenulis simplicibus, flexuosis, semipellucidis, ex articulis 16-20 conjunctis, 60-75 ≈ 6-7; conidiis cuboideis, eguttatis, 3-6 ≈ 6. 7371

Hab. in Fomite nigricante emortuo ad Mustiala Fenniæ.

Subsect. 2. **Macronemeæ** Sacc.

Trib. 3. Periconieæ Sacc.

STACHYBOTRYS Corda — Syll. IV, p. 269.

1. **Stachybotrys elongata** Peck 43 Rep. p. 29, t. III, fig. 10-13. — 7372
Hyphis elongatis, intricato-ramosis, parce septatis, minute rugosis, cæspitulos brunneos, 2-6 mm. diam. efformantibus; hyphis fertilibus sterigmatibus plus minus elongatis, basi sæpius incrassatis v. bulbosis coronatis; conidiis globosis, coloratis, 6-7,5 μ. diam.

Hab. in ramis emortuis Aceris rubri, Manor Amer. bor.

2. **Stachybotrys atro-grisea** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 106. — 7373
Atro-grisea; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, septatis, flavidis v. fumoso-hyalinis, 3 μ. cr., ramis fertilibus erectis, subalternis, apice basidiis obovato-oblongis, 8-10 ≈ 4-5, capitato-verticillatis coronatis; conidiis oblongo-ellipsoideis, 2-nucleatis, levibus, atro-brunneis, 7-8 ≈ 3,5-4,5.

Hab. in caulibus vetustis Lycopersici Louisiana Amer. bor. (Langlois). — Basidia infra flavido-hyalina, supra atra.

3. **Stachybotrys verrucosa** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 102. — 7374
Hyphis sparsis vel in cæspitulos minutos, atro-olivaceos collectis, erectis, geniculatis, quoque angulo breve ramulosis, laxe spiralibus, septatis, rugulosis, pallidis e mycelio hyalino, glabro, repente, ramoso assurgentibus, ramorum apicibus in verticillum 4-6 basidiorum clavatorum desinentibus; conidiis sphæricis, verrucosis, e nigro purpurascentibus, 10-14 μ. diam.

Hab. charta bibula uda (herbariorum), Kew London Brit. — Affinis *S. scabræ.*

4. **Stachybotrys asperula** Massee Grev. XVI, p. 26. — Effusa, atra; 7375
hyphis gregariis, repentibus, furcato-ramosis, assurgentibus, granulato-asperulis, sterigmatibus clavatis, capitato-coronatis; conidiis globosis, asperulis, 7-10 μ. diam., atro-fuscis, opacis.

Hab. in charta uda ex Ceylon, socio *Chætomio,* Kew London Brit. — Cl. Oudemans in Contr. Myc. Pays-bas XI, p. 48, recte proposuit divisionem generis *Stachybotryos* ut sequitur: I. *Stachybotrys* em. Mycelium repens, ramosum; hyphæ fertiles apice basidiis heterogeneis in verticillum partim connatis coronatæ (*S. atra* Corda, *S. alternans* Bon., *S. lobulata* Berk.). II. *Sterigmatobotrys* Oudem. l. c. Hyphæ erectæ, simplices, apice basidiis heterogeneis liberis coronatæ (*S. elata* (Sacc.) Oud., *S. papyrogena* (Sacc.) Oud.).

PERICONIA (Tode?) Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 270.

1. **Periconia lateralis** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, p. 104. — 7376
Hyphis fertilibus erectis, subulatis, septatis, opacis, 250-300 ≍ 8-10 (ad basim), subrectis, lateraliter, prope apicem globulum brunneum conidiorum gerentibus; conidiis globosis, luteo-brunneis, echinulatis, 10-12 μ. diam., crasse nucleatis.
Hab. in caulibus herbaceis in Amer. bor. (Langlois).

2. **Periconia repens** Cooke Grev. XVI, p. 79. — Minute cæspitulosa, 7377
nigra; hyphis brevibus, flexuosis, simplicibus vel breve ramosis, crebre præsertim sursum septatis ibique isodiametrice articulatis, pallide brunneis, deorsum hyalinis, 8-10 μ. diam.; conidiis solitariis («?») apicalibus, globosis, atro-brunneis, opacis, 20-25 μ. diam.
Hab. in caulibus herbarum, Chislehurst Britanniæ (F. Currey).

3. **Periconia albiceps** Peck 32 Rep. p. 40, t. I, fig. 8-11 (icones non 7378
vidi). — Hyphis brevibus, 0,5-0,75 mm. alt., æqualibus v. sursum subattenuatis, capitulo albo, subgloboso; conidiis oblongis v. subfusoideis, hyalinis, 7,5-15 μ. long.
Hab. in caulibus emortuis Chelones glabræ, Sandlake Americæ borealis.

4. **Periconia opaca** Cooke Grev. XVI, p. 70. — Atra, gregaria; hy- 7379
phis erectis 3-4-septatis, simplicibus, atro-fuscis, opacis, capitulo subgloboso e conidiis 5-6 composito; conidiis globosis, deorsum minute apiculosis, 12-15 μ. diam., atro-fuscis, opacis, levibus.
Hab. in foliis Caricum in Carolina inf. Amer. bor. (Ravenel).

HAPLOBASIDIUM Eriks. Bot. Centr. 1889, II, p. 786 c. ic., F. Scand. n. 300 (Etym. *haplos* simplex et *basidium*). — Hyphæ fertiles e mycelio endophyllo assurgentes breves, simplices, basidioideæ, apicem versus incrassatæ ibique 3-4 ramis conidiophoris coronatæ, demum replicatæ conidiisque elapsis, cicatricosæ. Conidia globosa, fuliginea, levia. — Hyphis fertilibus, simplicibus basidioideis, apiceque demum cicatricosis, ramis conidiophoris paucis conidiisque globosis a gen. affinibus distinguitur.

1. **Haplobasidium Thalictri** Eriks. l. c. — Biophilum; maculis effusis, 7380
supra folium exaridis, infra denigratis; hyphis fertilibus, 20-30 ≍ 6-8, apiceque incrassato, 10-12 μ. cr.; conidiis globosis, 8 μ. diam. (an, ex icone, breve catenulatis?).
Hab. in foliis vivis Thalictri flavi, Stockholm Scandinavia.

ACROTHECA Fuck. em. Sacc. Syll. IV, p. 276.

1. **Acrotheca catenulata** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 13. — Hyphis 7381
longe lineatim cæspitosis, olivaceo-atris, sursum dilutioribus, simplicibus, septatis; conidiis mediocribus, curvulis, hyalinis, catenulatis, in apice hypharum acrogenis.

Hab. in Polysticho Filice-mare, Bois de Roches, Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — «Ob conidia catenulata vix hujus generis».

GONATOBOTRYUM Sacc. Syll. IV, p. 278.

1. **Gonatobotryum dichotomum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 15. — 7382
Effusum, fuscum; hyphis fertilibus erectis, septatis, bis terve dichotomis; conidiis ad angulos generatis, ellipticis, continuis, hyalinis v. pallide olivaceis, 15 ≃ 10, in glomerulos subglobosos digestis.

Hab. in substantiis amylaceis humiditate corruptis ex India. — Hæc species sistit novum subgenus ita definiendum: *Dichobotryum* Cooke. Hyphæ repetito dichotomæ, in quaque dichotomia capituliferæ.

Trib. 4. Arthrinieæ Sacc.

ARTHRINIUM Kunze — Sacc. Syll. IV, p. 279.

1. **Arthrinium naviculare** Rostrup Swampe fra Finmarken pag. 235 7383
(danice). — Conidiis navicularibus, brunneis, 40–50 ≃ 11–14.

Hab. in foliis Caricis vaginatæ in Dania.

2. **Arthrinium bicorne** Rostrup Swampe fra Finmarken p. 235 (da- 7384
nice). — Conidiis bicornibus, brunneis, 25–30 ≃ 8–9.

Hab. in foliis et scapis Junci compressi in Dania.

3. **Arthrinium ushuvaiense** Speg. in F. Fueg. n. 443. — Cæspitulis 7385
erumpenti-superficialibus, minutis, 400–500 μ. diam., atris, compactiusculis; hyphis cylindraceis, rectiusculis, simplicibus, hyalinis v. fuscidulis, gracilibus, 2,5–3 μ. cr., septis crassis, nigris, articulis subcoarctatis, 1–2-papillulato-nodulosis; conidiis cymbiformibus, utrinque attenuatis ac obtusis, 16–19 ≃ 5–6, primo pellucidis, fuligineis, dein opacis atris.

Hab. ad folia languida v. emortua Luzulæ antarcticæ pr. Ushuvaia Fuegiæ.

GONIOSPORIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 280.

1. **Goniosporium punctiforme** Speg. F. Fueg. n. 444. — Maculis pal- 7386
lescentibus amphigenis indeterminatis, parvulis; capitulis minutis

350-550 μ. diam. sparsis, atris, compactiusculis; hyphis cylindraceis fuscidulis, 5-6 μ. diam., crasse denseque nigro-septatis, mox diffluenti-evanescentibus; conidiis polymorphis, globulosis, hemisphæricis, trigonis v. subcuboideis, 10 ≈ 7-10, primo pellucidis fuligineis, dein atris, opacis, angulis sæpius obtuse apiculatis.

Hab. ad folia languida v. emortua Caricis cujusdam in uliginosis in Gabel island Fuegiæ.

Trib. 5. Trichosporieæ Sacc.

VIRGARIA Nees — Sacc. Syll. IV, p. 280.

1. **Virgaria deflexa** (Preuss) Sacc., *Psilonia deflexa* Preuss F. Hoyersw. n. 62 et in Sturm Deut. Cryptogam. Fl. t. 19. — Cæspitulis magnis, tomentosis, atris, opacis; mycelio repente; hyphis confertis, atro-fuscis, sursum pallidioribus, erectis, simplicibus vel furcatis, septatis, obtusis; conidiis sparsis, obovatis, pallidis. 7387

Hab. in ligno Pini, Hoyerswerda.

2. **Virgaria salebrosa** (Preuss) Sacc., *Psilonia salebrosa* Preuss F. Hoyersw. n. 61. — Cæspitulis effusis, atro-fuscis; hyphis intricatis, ramosis, septatis, salebrosis, intense fuscis; conidiis ovatis, atro-fuscis, impellucidis, episporio hilo instructo, nucleo firmo. 7388

Hab. in lignis Alni, Hoyerswerda. — « An *Trichosporium?* ».

3. **Virgaria macrospora** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVII, p. 34. — Cæspitulis sat compactis, oblongatis v. subcircularibus, exiguis, 0,5 mm. latis, fuscis; hyphis congestis, erectis, simplicibus, septatis, subæqualibus, leviter flexuosis, fuligineis (sub lente), 4-6 μ. crassis; conidiis secus hyphas insertis, sphæroideis, subtilissime verruculosis, fuscis, impellucidis (sub lente), 12-18 μ. diam. 7389

Hab. in Polysticho spinuloso, Mustiala Fenniæ.

4. **Virgaria hydnicola** Peck 42 Rep. p. 32. — Hyphis minutis, furcatis v. trichotomis, brunneis, ramulis subulatis leniter divaricatis; conidiis globosis, minutis, 2,5-4 μ. diam. 7390

Hab. in Hydno quodam resupinato et albo, North Elba Americæ borealis.

STREPTOTHRIX Corda (nec Cohn) — Sacc. Syll. IV, p. 283.

1. **Streptothrix glauca** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 107. — Cæspitulis pulvinatis, 1 mm. cr., continuis v. interrupte confluentibus et plura cm. latis, albo-glaucis dein cinereis; hyphis valde et irregulariter ramosis, 6 μ. cr., extremitatibus liberis, crebre undulato-crispis, conidia globosa, 4,5-5 μ. diam. hyalina gerentibus, 7391

Hab. in caulibus Trifolii emortuis, Newfield, N. J. Amer. bor.

ZYGODESMUS Corda — Sacc. Syll. IV, p. 283 *).

1. **Zygodesmus indigoferus** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886. p. 149. 7392
— Stratum laxum, subtile, submembranaceum æruginosum, demum luteo-griseum, margine byssoideum efformans; hyphis fertilibus gracilibus, ramosis, septatis, circiter 3 μ. diam.; conidiis globosis, levibus; basidiis brevibus, 8–10 ≂ 3.

Hab. in ligno putrescente, West Chester Amer. bor.

2. **Zygodesmus calosporus** Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 127, t. XX, 7393
fig. 5. — Effusus, byssino-membranaceus, fulvo-carneus, margine fimbriato albo; hyphis septatis, hyalinis, ramosis, apicibus conidia bina-quaterna levia, majuscula, ovoidea v. subglobosa, 20–21 ≂ 15–17, fulvo-rubescentia gerentibus.

Hab. in ligno putri, Atures Venezuelæ (Gaillard).

3. **Zygodesmus membranaceus** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 54. 7394
— Late flavido-albus, submembranaceus; hyphis pallidis patenti-ramosis, 3-5 μ. cr., noduloso-septatis, intricatis; conidiis copiosis, subglobosis, 3 μ. diam., 3,5 ≂ 3, levibus, subhyalinis.

Hab. in ligno putri Ottawa Canad. (Macoun) et Florida (Calkins). — *Corticiis* et *Rhinotrichis* subaffinis.

4. **Zygodesmus phyllophilus** Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 362. 7395
— Effusus, admodum tenuis, incanus; hyphis ramosis, articulatis, levibus, hyalinis, hinc inde unilateraliter inflatulis ibique imperfecte septatis, 3-6 μ. cr.; conidiis sphæroideis, echinulatis, flavescentibus, 6 μ. diam.

Hab. ad folia macerata prope Meudon Parisiorum Galliæ (Tulasne).

5. **Zygodesmus tuberculosus** Ell. et Ev. Proc. Phil. 1891, p. 87. — 7396
Cæspitulis tubercularibus, 0,5-1 mm. lat., dense confertis v. subconfluentibus, sordide albis; hyphis hyalinis, circ. 10 μ. cr., supra repetite ramosis, septatis, ramis erectis, ultimis obtusis, 10-12 μ. diam., apice sterigmata, 12-16 ≂ 3 gerentibus; conidiis oblongis, hyalinis, 15-20 ≂ 5-6.

Hab. in radicibus putribus, Newfield, New Jersey Amer. bor.

6. **Zygodesmus trachychætes** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 106. — 7397

---

*) Ut pluries observavi, species hujus generis fere omnes prope *Hypochnum*, inter *Hymenomycetes*, aptius essent locandæ.

Pallide lilacinus, margine subflavescens; hyphis parce ramosis, 5-6 μ. cr., minute muricato-rugulosis, apicibus in basidia fasciculata rugulosa divisis; conidiis globosis, 6-7 μ. diam., echinatis in sterigmatibus longis, sæpe binatis, acrogenis.

Hab. in ramis pineis dejectis, Newfield, N. J. Amer. bor. — Hyphis parcius ramosis, muricato-rugulosis, conidiis perfecte globosis etc. a *Z. sublilacino* recedit.

7. **Zygodesmus limonisporus** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 87. 7398
— Tenuis, avellaneus; hyphis 6-8 μ. diam. subhyalinis, septatis, sursum valde ramosis et assurgentibus, ramis ultimis, 20-25 ≈ 10, apice subincrassatis, obtusis et sterigmata 4, valida gerentibus; conidiis citriformibus, hyalino-flavidis, breviter pedicellatis, 7-9 ≈ 5.

Hab. in ligno putri Aceris, London, Canada Americæ borealis (Dearness).

8. **Zygodesmus sublilacinus** Ell. et Holw. in Arth. Rep. Bot. Minnes, 7399
1886, p. 34. — Continuus, tenuis, pannosus, sordide lilacinus, margine pallidior; hyphis primariis valde ramosis, apicibus incrassatis; conidiis spicularibus; conidiis grosse echinatis, subirregularibus, circ. 7 μ. diam.

Hab. in ligno putri et in cortice Pini et Betulæ, Minnesota Americæ borealis.

9. **Zygodesmus Pirolæ** Ell. et Halst. Journ. Myc. 1890, p. 34. — Ef- 7400
fusus, thelephoroideus, incrustans, rubido-griseus; hyphis rubenti-brunneis nodoso-septatis ramosis 3-4 μ. cr., ramosis, ramis sæpe rectangulo-patulis, apicibus in sporophora numerosa, brevia, obtusa divisis; conidiis subglobosis 8-10 μ. diam., spinuloso-rugosis, subhyalinis v. rubro-brunneis.

Hab. in petiolis (quos leviter torquet) Pirolæ rotundifoliæ, New Brunswick, N. J. Amer. bor.

10. **Zygodesmus guarapiensis** Speg. Guar. I, p. 162. — Acervulis 7401
dein superficialibus, 2-5 ≈ 1-1,5 mm., ellipticis vel confluenti-linearibus atque longissimis, 0,2-0,3 mm. cr., subcrustaceo-pulverulentis, margine non v. vix repandis, obtusis, atris; hyphis paucis parum ramosis, repentibus, rectiusculis septatis, gracilibus, 1,5-2 μ. cr., laxe noduloso-tuberculatis, hyalinis; conidiis tuberculis hypharum adnatis, numerosissimis, globosis v. e mutua pressione angulosis v. elongatis, 5-9 ≈ 3-5, sæpeque utrinque acutis ac inferne subapiculatis, opacis, olivaceis, levissimis.

Hab. ad culmos dejectos putrescentes Sacchari officinarum pr. Guarapì Brasiliæ.

11. **Zygodesmus stercorarius** Karst. Hedw. 1890 p. 178, Fragm. myc. XXX. — Cæspitulis effusis crustaceo-gossypinis, violascenti-cinereis, ambitu dilutioribus; hyphis intricatis, ramosis, septatis, hinc inde nodosis ibique refracto-septatis, hyalinis (sub lente), 5-7 μ. cr.; conidiis sphæroideis dilute fuligineo-flavidis, aculeatis, 6-7 μ. diam. 7402

Hab. in fimo equino, Mustiala Fenniæ.

TRICHOSPORIUM Fr. — Sacc. Syll. IV, p. 288.

1. **Trichosporium olivascens** Karst. Rev. Myc. 1889. — Late effusum, velutinum, laxum, griseo- vel olivaceo-fuscum; hyphis repentibus, intricatis, dichotome v. vage ramosis, parce septatis, fuligineis, (sub lente), pellucidis, ramulis ultimis subhyalinis, asperulis, 4-6 μ. crassis; conidiis ovalibus, levibus, hyalinis, in flavum levissime vergentibus, membrana obscuriore, eguttulatis, 6-8 ≈ 3-7. 7403

Hab. in ligno vetusto arborum frondosarum ad Mustiala Fenniæ.

2. **Trichosporium Evonymi** Oud. Contr. Myc. Pays-bas XII, pag. 33. — Mycelio atro-brunneo; hyphis ramosis, intertextis; conidiis globosis, brunneis, basi breviter attenuatis, 4-5 μ. diam., aliis 1-septatis, 10-12 ≈ 4, utrinque rotundatis immixtis. 7404

Hab. in foliis Evonymi japonicæ, sociâ *Pestalozziâ neglectâ*, in Nederlandia.

3. **Trichosporium substrictum** Karst. Symb. XX, p. 107. — Effusum, flocculosum, griseo-fusum; hyphis furcatis parceque ramosis, septatis, rigidiusculis, demum fuligineis et impellucidis (sub lente) 5-7 μ. cr.; conidiis secus ramos digestis v. glomeratim inspersis, sphæroideis v. late ellipsoideis, levibus, dilute fuligineis et diaphanis, (sub vitro), 3-6 μ. diam. 7405

Hab. in caulibus siccis Ledi palustri prope pagum Sipilä haud procul a Mustiala Fenniæ.

4. **Trichosporium apiosporum** (B. et Br.) Mass. Journ. Myc. 1889, p. 186, t. XIV, f. 5, *Reticularia* B. et Br., Syll. VII, 1. n. 1427. — Late effusum, fulvum; hyphis agglutinatis in fasciculos dendritice radiantes; conidiis ex apice subpiriformi ramulorum oriundis, ellipsoideis, minute verrucosis, subhyalinis, 8-9 ≈ 5. 7406

Hab. in ligno emortuo, Ceylon, Carolina. — «An, ob colorem lætum, potius *Sporotrichi* species?»

5. **Trichosporium Curtisii** Mass. Journ. Myc. 1889, pag. 185, t. XIV, f. 3, *Reticularia affinis* B. et C., *R. atro-fusca* B. et C., *R. verruculosa* B. et C. — Syll. VII, 1, n. 1426, 1428, 1433. — Late 7407

effusum, compactum, atro-purpureum, subinde brunnescens; hyphis pallidis, septatis, ramosis, anastomatico-connexis; conidiis copiosissimis late ellipsoideis, magnitudine sat variis, levibus, purpureo-brunneis, 5 ∞ 3,5-4.

Hab. in corticibus, lignis, muscis in Carolina, Cuba, Ceylon.

6. **Tricohsporium pyrrhosporum** (Berk.) Mass. Journ. myc. 1889, p. 185, 7408
t. XIV, f. 4, *Reticularia* Berk., Syll. VII, 1, n. 1432. — Effusum, pulvinatum, compactum, rufo-brunneum; hyphis 2-2,5 μ. cr., pallide flavis, septatis; conidiis copiosissimis, in ramulis lateralibus brevibus acrogenis, globosis, læte brunneis, levibus, crasse tunicatis, 6-7 μ. diam.

Hab. in arboribus emortuis et ins. Mauritii et Cuba.

7. **Trichosporium Fiedleri** (Rab.) Sacc. *Sporotrichum Fiedleri* Ra- 7409
benh. in Bot. Zeit. 1851, p. 669. — Effusum, tenue, olivaceo-nigrum: hyphis flexuoso-torulosis, ramosis, umbrinis, obscure septatis; conidiis rotundis, demum ovoideis, basi apiculatis (quasi substipitatis) sæpius 1-guttulatis, episporio crassiusculo, glabro, vix colorato.

Hab. in Germania (Fiedler).

8. **Trichosporium bicolor** Karst. et Har. Rev. myc. 1890, n. 47. — 7410
Cæspitibus gregariis, sæpe confluentibus, orbicularibus, densis fuscis, 2-4 μ. latis; hyphis ramosis, articulatis, fuligineis, diaphanisque (sub lente), 3-4 μ. crassis; conidiis ellipsoideis, hyalinis 10 ∞ 5.

Hab. ad ramos dejectos, Taurini Ital. bor. (de Notaris).

9. **Trichosporium heteronemum** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 134. — Ef- 7411
fusum, olivaceum; hyphis filiformibus, decumbentibus vage ramosis, ramis plerisque longe assurgentibus, crassitie varia, plus minusve crebre septatis, fuligineis, immixtis aliis tenuioribus hyalinis; conidiis globosis vel ovalibus, fuligineis, 2,5-3 μ. diam. vel 5 ∞ 2,5.

Hab. in foliis languidis Cycadis revolutæ in horto botanico Parma Ital. bor.

10. **Trichosporium selenioides** Sacc. et Paol. Myc. Malac. n. 119, 7412
tab. III, f. 8. — Atrum, effusum, parasiticum (semper?) laxum; hyphis filiformibus, parce ramosis, intricatis, continuis, repentibus, pallide brunneis, 2-3 μ. crassis; conidiis prædistinctis, hinc inde inspersis, reniformi-semilunatis, utrinque acutiusculis, 18-20 ∞ 15, opace fuligineis.

Hab. in culmis (?) putridis præcipue super hyphas Podosporii cujusdam. Malacca (Scortechini).

11. **Trichosporium tortuosum** Karst. Symb. XIX, p. 90. — Effusum, 7413

fuscum, crustam velutinam sistens; hyphis filiformibus, ramosis, creberrime subtortuoso-constrictis, dilute fuligineis v. fuscidulis, diaphanis (sub micr.), 4-6 μ. cr.; conidiis ovoideis, levibus, dilute fuligineis, 6 ≍ 4.

Hab. in foliis Caricis digitatæ in ditione mustialensi Fenniæ.

12. **Trichosporium chordaceum** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 94. — 7414
Cæspitulis subglobosis atris gregariis, vel effusum; hyphis vage ramosis, fuscescentibus, pellucidis, articulatis; conidiis ovalibus vel elongatis, levibus, fuligineis, tandem atris, 7,5-10 ≍ 3, intus binucleatis, semper continuis.

Hab. in chorda cannabina putrescente in horto botanico, Parma in Italia boreali.

13. **Trichosporium effusum** (Corda) Sacc. — Syll. IV, pag. 294. — 7415
***T. binucleatum** Karst. Hedw. 1890, p. 272. — Effusum, tenuissimum, atratum, subpulveraceum; hyphis vage ramosis, articulatis, fuscis (hyalinis vel dilute fuligineis sub micr.), 3-5 μ. crassis; conidiis ovalibus, 2-guttulatis, fuscis impellucidisque (sub lente), 9-11 ≍ 5-6.

Hab. in charta putrescente prope Mustiala Fenniæ.

14. **Trichosporium contaminans** Oudem. Contr. Myc. Pays-bas XI, 7416
p. 49. — Effusum, brunneo-atrum v. nigricans, adpressum; hyphis repentibus, septatis, longissimis, vage ramosis, 3-5 μ. cr., ramulis brevibus, lateralibus fertilibus instructis; conidiis sphæroideis, uno polo levissime apiculatis, 2,5-4-3 μ. diam., brunneis, in apice ramulorum congregatis.

Hab. ad muros, truncos etc. circa opificia distillatoria Juniperi, Schiedam Nederlandiæ. Respondet, quoad biologiam, *Torulæ compniacensi*, quæ, ut notum est, velamine nigro fere totam urbem Cognac obtegit.

15. **Trichosporium umbrinum** Link. Cfr. Grev. XVII, p. 3 et Gardn. 7417
Chron. — Hyphis ramosis, badio-brunneis, stratum densum longe et late effusum formantibus; conidiis globosis levibus, brunneis, 12-14 μ. diam.

Hab. ad ollas (quas investit) plantarum cultarum in Britannia.

RHINOCLADIUM Sacc. et Malbr. Syll. IV, p. 295.

1. **Rhinocladium macrosporum** Karst Symb. Myc. XXVI, p. 31. — 7418
Effusum, tomentellum, fulvo-testaceum; hyphis flexuosis dichotome ramosis, articulatis, erectis vel adscendentibus, hyalinis (sub micr.),

10 μ. cr ; conidiis sphæroideo-ellipsoideis, punctatis, flavidis (sub micr.). ex hypharum denticulis oriundis et his diu hærentibus, 10-21 ≈ 12-14.

Hab. in cortice et thallo Parmeliæ vetusto ad Mustiala Fenniæ.

CAMPSOTRICHUM Ehrenb. — Sacc. Syll. IV, p. 295.

1. **Campsotrichum Eugeniæ** Pat. Journ. Bot. 1890, p. 66 cum icone. 7419
— Maculis orbicularibus, fulvo-brunneis, usque ad 1 cm. diam., villosis; mycelio in folii parenchymate repente; hyphis sterilibus brunneis, septatis, apice obtusis et pallidioribus, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. long., 8-10 μ. cr.; hyphis fertilibus flavidis, gracilibus, septatis, ramosis; conidiis globosis, levibus, stipitatis, fulvis, 14-15 μ. diam. a mycelio septo divisis.

Hab. in utraque pagina foliorum Eugeniæ sp. in silva pr. Fu-Phap Tonkin.

GLENOSPORA B. et Curt. — Sacc. Syll. IV, p. 299.

1. **Glenospora? microspora** Speg. F. Guar. II, n. 187. — Cæspitulis ellipticis pulvinatulis, majusculis; confertiusculis mox collabascenti-confluentibus ac sæpe totam matricem crusta granulosa sordide olivacea obtegentibus; hyphis sterilibus repentibus dense intricato-ramosis, septulatis 4-5 μ. crass. olivaceis, hinc inde ramulos assurgentes fertiles emittentibus; ramulis fertilibus hyalinis laxe noduloso-denticulatis, gracilibus mox mucoso-diffluentibus; conidiis e denticulis ramulorum fertilium oriundis ellipticis v. ovoideis, utrinque obtusis 9-11 ≈ 6-8, granuloso-farctis, olivaceis muco ramulorum immixtis hyphasque incrustantibus. 7420

Hab. ad folia dejecta putrescentia Palmæ, vulgo *Bocayá* vocatæ, prope Guarapi Brasiliæ.

CORDELLA Speg. Guar. I, p. 163. (Etym. ab ill. A. C. J. Corda). — Hyphæ fuscæ, biformes; steriles elongatæ, fertiles breves v. vix evolutæ, monosporæ, omnes e strato proligero tenuissimo, contextu parum distincto donato, submucedineo oriundæ. Conidia globosa v. ellipsoidea, fuliginea, simplicia, in hyphis fertilibus acrogena. — Genus habitum *Torulæ* v. *Helminthosporii* eximie referens.

1. **Cordella spinulosa** Speg. Guar. I, p. 163. — Cæspitulis hispido-velutinis, ozoniaceis, latissime effusis, superficialibus, matrici arcte adnatis, fuligineo-atris; hyphis e strato proligero crassiusculo, 7421

indistincte parenchymatico oriundis, sterilibus densissimis, gracilibus, longissimis, 500-800 ≈ 3, erectis, rectis v. vix flexuosis, densiuscule septulatis, olivaceo-fuligineis, apice subclavulatis, obtusissimis, 5-8 μ. cr. atque pallidioribus; fertilibus numerosis, brevissimis, cylindraceo-flexuosis, continuis, apice obtusis, 18-20 ≈ 2,5, obscure fumosis; conidiis ellipticis v. ovoideis, rectis vel navicularibus, utrinque acutis sæpeque subapiculatis, 18-20 ≈ 13-15, non v. grosse 1-guttulatis, levibus, opace fuligineis.

Hab. ad cortices ramorum truncorumque putrescentes pr. Guarapì Brasiliæ.

2. **Cordella tomentosa** Speg. F. Guar. VI, n. 190. — Cæspitulis irregulariter lateque effusis sæpe totam matricem obtegentibus tenuibus, olivaceis e pulverulento tomentosis; strato proligero v. epidochio carnosulo-membranaceo effuso olivaceo contextu indistincto, ubique hyphis sterilibus, erectis, 150-200 ≈ 5-10, flaccidulis 3-5-septatis sæpe hinc inde torulosis, articulis alternatim in sicco laminari-compressis, apice obtusis rarius subcircinatis non v. præcipue apicem versus sparse verruculosis pallide olivaceis pellucidis vestito; sterigmatibus crasse brevissimeque papillæformibus ad basin hypharum sterilium exsurgentibus, fuscidulis, monosporis; conidiis obovatis v. grosse 1-guttulatis, minute denseque verruculosis, opace fuligineis. 7422

Hab. ad ramos emortuos putrescentes in silvis prope Calle-poi et Yaguaron Brasiliæ.

3. **Cordella chætomioides** Speg. F. Fueg. n. 445. — Cæspitulis hinc inde sparsis majusculis 1 mm. d. laxe villosulis, olivaceis; hyphis sterilibus erectis flexuosulis longiusculis ac crassiusculis 200-950 ≈ 5-10, apice obtusis parce septatis, olivaceis; hyphis fertilibus sterilibus intermixtis, vix papillulato-prominulis, stratum proligerum tenuissimum submucoso-membranaceum efficientibus; conidiis globosis 12-15 μ. diam., in sicco sæpius dimidiato-collabascentibus, grosse 1-guttulatis, densissime minuteque asperulis subopace fuligineis. 7423

Hab. ad folia Mayteni ac graminacearum coacervata et putrescentia in silvis prope Shammacus Fuegiæ. — Pulvinuli primo intuitu pro *Chætomio* quodam facillime sumendi, lente tamen inspecti mox dignoscendi.

4. **Cordella coniosporioides** Speg. Guar. I, p. 163. — Acervulis superficialibus linearibus, sæpe longissimis ac dense aggregatis, atro-subvelutinis; hyphis sterilibus numerosissimis densissimisque, conoideo-elongatis, 15-24 ≈ 1,5-4, continuis, sæpe flexuosulis, obtusis, fu- 7424

ligineo-atris, pellucidis; fertilibus parcissimis, sparsis, minutis, globosis v. subangulosis, 5-8 μ. diam., levibus, hyalinis v. fuscidulis, 1-sporis; conidiis globosis, 11-17 μ. diam., rarius obtusis angulosis, episporio tenui, levibus, obscure fuligineis, nubilosis, pellucidis.

Hab. ad folia et culmos dejectos putrescentes Bambusæ sp. cujusdam pr. Guarapì et Caà-guazù Brasiliæ.

Trib. 6. Monotosporeæ Sacc.

MONOTOSPORA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 299.

1. **Monotospora asperospora** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 79. — 7425
Effusa, nigra, velutina; hyphis fertilibus erectis, brevibus, e basi discoidea supra attenuatis, continuis, opace atro-brunneis, sursum pallidioribus; conidiis globosis, minute verrucosis, brunneis, 24-28 μ. diam.

Hab. in sarmentis emortuis Clematidis, Shere Britanniæ.

HADROTRICHUM Fuck. — Sacc. Syll. IV, p. 301.

1. **Hadrotrichum arundinaceum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 11. — 7426
Atrum, initio minute hemisphærico-pulvinatum, denique confluendo effusum, velutinum; hyphis sterilibus ramosis, septatis, repentibus, fuligineis; fertilibus erectis, simplicibus, apice conidium singulum subglobosum opacum, subnigrum, 30 μ. diam. gerentibus.

Hab. in Arundine conspicua emortua, Kew London Britanniæ.

ACREMONIELLA Sacc. Syll. IV, p. 302.

1. **Acremoniella pallida** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 79. — Subeffusa, maculas pallidas in foliis emortuis formans; mycelio repente, hyalino, hyphis fertilibus brevibus, erectis, septatis, hyalinis, ramulos laterales breves, acuminatos emittentibus; conidiis terminalibus, ovoideis, continuis, pallide brunneis, 30-35 ≈ 25. 7427

Hab. in foliis emortuis (Ulmi?), Eastbourne Britanniæ (C. J. Muller).

Trib. 7. Haplographieæ Sacc.

HAPLOGRAPHIUM B. et Br. — Sacc. Syll. IV, p. 304.

1. **Haplographium olivaceum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 11. — 7428

Subeffusum, atro-olivaceum, subnigrum; hyphis erectis, septatis, simplicibus atris, apice leviter clavatis, pallidioribus; conidiis anguste ellipsoideis, simplicibus, catenulatis, 12-14 ≍ 4, pallide olivaceis, capitulum subglobosum, laxiusculum formantibus.

Hab. in ligno putrescente, Isleworth Britanniæ.

2. **Haplographium penicillioides** Fautrey Rev. Myc. 1890, p. 68. — 7429
Hyphis fertilibus basi fasciculatis, simplicibus, rigidis, septatis, nigricantibus, sursum subhyalinis et in ramos breves, erectos divisis; conidiis globoso-ellipsoideis catenulatis, hyalinis in ramulis acrogenis et capitulum formantibus.

Hab. in acubus vetustis Abietis excelsæ in silvis Charny Côte-d'Or Galliæ.

3. **Haplographium griseum** E. et Lang. Journ. Myc. 1888, p. 124. — 7430
Effusum, sordide griseum; hyphis fertilibus subfasciculatis v. solitariis, pallide brunneis, tenuiter septatis, 150-200 ≍ 4, simplicibus v. passim furcatis supra medium subdichotome ramosis, ramis erectis densis, capitulum 30 μ. long. formantibus; conidiis terminalibus, oblongis, hyalinis, 4-5 ≍ 1,5.

Hab. in culmis zeinis, Pointe à la Hache La. Amer. bor. (Langlois). — Cl. Trail in Trans. Crypt. Soc. Scot. 1888, p. 75, me jam præsagiente, genus *Haplotrichum* divellit in tria sequentia: I. *Haplotrichum* B. et Br. Hyphæ apice indivisæ v. parce ramulosæ. Conidia hyalina (*H. delicatum*, *H. tenuissimum* etc.). — II. *Graphiopsis* Trail. Hyphæ ut supra. Conidia fusca (*G. chlorocephala* etc.). — III. *Rhipidocephalum* Trail. Hyphæ apice basidiis ter penicillatim fasciculato-ramosis coronatæ. Conidia hyalina (*R. bicolor*).

DEMATIUM Pers. — Sacc. Syll. IV, p. 308.

I. *Eu-Dematium.*

1. **Dematium hispidulum** (Pers.) Fr. Syll. IV, p. 308 — ***D. brunneum** 7431
Karst. Symb. XIX, p. 91. — Cæspitulis hemisphæricis v. oblongatis, sparsis, gregariis, subinde confluentibus, setulosis, brunneis v. fuscis, usque ad 1 mm. lat.; hyphis simplicibus, strictis, articulatis, dilute fuligineis et pellucidis (sub lente), sursum leviter attenuatis nudis pallidioribus, 500 ≍ 5-6; conidiis sphæroideis, denique minute asperulis, fuligineis et diaphanis (sub lente), 9-13 μ. diam.

Hab. in culmis foliisque Scirpi lacustris prope Mustiala Fenniæ.

2. **Dematium asperum** (Rabenh.) Sacc. *Sporodum* Rab. Bot. Zeit. 7432
1854, p. 190. — Cæspitosum, fusco-atrum; hyphis ascendentibus v. erectis, longissimis, simplicibus, fuscis, septatis, 18-20 μ. cr., conidiorum catenis ad basin lateralibus, 5-6-geniculatis, 24 μ. cr., conidio terminali aspero, crasso, fusco, 36 μ. diam.

Hab. ad folia graminum majorum in Saxonia. — «Si mensuræ conidiorum exactæ, certe species distincta».

3. **Dematium dimorphum** Karst. Symb. XIX, p. 91. — Cæspitulis strii- 7433
formibus, confluentibus, atris; hyphis sterilibus repentibus, parcis; fertilibus erectis, simplicibus v. parce ramosis, septatis, fuligineis, subimpellucidis (sub lente), 3-6 μ. cr.; conidiis aliis ex hypharum articulis apicalibus mutatis formatis, ellipsoideo- v. oblongato- v. elongato-fusoideis, fuligineis, 15-22 ≍ 7, aliis pleurogenis, sphæroideis, impellucidis, 9-10 μ. diam.

Hab. in ligno secto Pini silvestris prope pagum Marttila par. Tammela Fenniæ. — Statum conidicum *Rosellineæ abietinæ* forte sistit.

4. **Dematium parasiticum** Peck 43 Rep. p. 30, t. III, f. 14-18. — 7434
Hyphis fertilibus erectis, simplicibus v. subramosis, septatis, coloratis, conidiorum catenas apicales et laterales gerentibus; conidiis subellipsoideis v. citriformibus, uno apice v. utrinque acuminatis, coloratis, 10-12,5 ≍ 5-6,5.

Hab. parasiticum in Hydno quodam (an *H. carbonario*?), Rainbow Amer. bor.

II. *Conoplea* Pers. Hyphæ in sporodochium fere compactæ.

5. **Dematium cinereum** (Pers.) Sacc. *Conoplea* Pers. M. E. I, p. 12, 7435
Fr. S. M. III, p. 491. — Cæspitulis v. tuberculis depressis, primo extus cinereo-pruinosis, valde compactis, dein pruinâ evanidâ, fusco-nigris; conidiis oblongis, Torulæ instar concatenatis.

Hab. ad truncos vetustos cariosos Salicum pr. Lund (Fries), in Italia (Micheli) et Gallia (Persoon). — Hæc species et duæ sequentes, ceterum obscurissimæ, hyphis compactis, a *Dematio* typico differunt et ad *Tuberculariea dematicas*, ubi melius cognitæ, transferendæ videntur.

6. **Dematium sphæricum** Pers. Obs. I, p. 25, *Conoplea olivacea* Pers. 7436
Syn. p. 234, Fr. S. M. III, p. 491. — Cæspitulis v. tuberculis sphæricis, extus per epidermidem erumpentibus, extus olivaceo-pruinosis, intus nigricantibus; conidiis ovoideis,

Hab. ad ramos emortuos v. frigore necatos Fagi et Syringæ in Germania et Suecia.

7. **Dematium fuscum** (Pers.) Sacc., *Conoplea* Pers. M. E. I, p. 12, 7437
Fr. S. M. III, p. 491. — Cæspitulis v. tuberculis fuscis subrotundis, passim confluentibus, extus fusco-pruinosis; conidiis subrotundo-ovalibus.

Hab. ad ramos siccos in Germania et Suecia.

HORMODENDRUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 310.

1. **Hormodendrum divaricatum** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 35. 7438
— Cæspitulis laxis sparsis; hyphis fertilibus mox opacis, erectis v. effusis, 80-150 ≈ 4-5, divaricato-ramosis, ramis paucis rectangulo-patulis, articulato-constrictis inque conidia subelliptica v. limoniformia, opaca, 7-12 ≈ 6-7 abeuntibus.

Hab. in lignis putridis St. Martin's County La. Amer. bor. (Langlois). — Conidium apicale subglobosum, inferiora oblonga.

2. **Hormodendrum nigro-album** Cost. et Roll. Bull. Soc. Bot. Fr. 1888, 7439
p. 302. — Mycelio decolorato; hyphis fertilibus erectis, irregulariter ramosis, brunneo-nigricantibus, basi 3-4 μ. cr. apicem versus sensim attenuatis, ramulis ultimis copiose divisis, 0,5-1 μ. cr., conidiorum catenulas simplices v. ramosas gerentibus; conidiis hyalinis, rotundatis, ovoideis v. bacillaribus, 1 μ. diam. v. 4 ≈ 1.

Hab. in excrementis Galli pr. Paris Galliæ.

Trib. 8. Sarcopodieæ Sacc.

SARCOPODIUM Ehrenb. — Sacc. Syll. IV, p. 312.

1. **Sarcopodium salicellum** Sacc. Cfr. Fuck. Symb. myc. App. II, p. 62. 7440
— Cæspitulis adnatis, primo convexulis, 2-4 mm. lat. sæpe confluentibus, orbicularibus oblongisve, totis tomentosis, albis rubellisve, demum planis et disco flavescente, levi, glabro, liberato; conidiis in sporophororum simplicium densissime verticaliter dispositorum apicibus ortis, cylindraceis, rectis continuis, 8 ≈ 2.

Hab. in ramis putrescentibus Salicis in Rhenogovia, socio *Helotio salicello*, cujus est status conidiophorus.

2. **Sarcopodium variegatum** Fuck. Symb. mycol. App. III, p. 31. — 7441
A præcedente differt cæspitulis plerumque magis effusis confluentibusque, tomento saturatiore rubello-fusco, margine albo; conidiis angustioribus, 7-8 ≈ 1.

Hab. in truncis putridis Fraxini, in Rhenogovia, sociâ *Dasyscyphâ variegatâ*, cujus est status conidiophorus.

HELICOTRICHUM Nees — Sacc. Syll. IV, p. 313.

1. **Helicotrichum olivaceum** Speg. F. Puigg. n. 457. — Cæspitulis compactiusculis irregulariter lateque 1-10 mm. effusis, applanatis; maculiformibus, olivaceis; hyphis dense constipatis deorsum opacis erectis apice plus minusve circinatis 50-80 ≃ 3-4 pellucidis fusco-olivaceis v. subfuligineis, levissimis; conidiis e strato proligero tenuissimo fusco inter bases hypharum oriundis e cylindraceo fusoideis 12 ≃ 1,5 apice acutiusculis, basi subtruncatis, continuis hyalinis. 7442

Hab. ad folia dejecta putrescentia Drymidis speciei cujusdam in nemorosis prope Apiahy Brasiliæ.

2. **Helicotrichum murinum** (Desm.) Sacc. *Circinotr. murinum* Desm. XXII Not. p. 3. — Hypo- raro epiphyllum; cæspitulis minutis, sparsis, irregulariter rotundatis v. oblongis, murinis dein subnigris, opacis; hyphis simplicibus circinato-intortis, subimpellucidis, contiguis v. longe septatis 50-75 ≃ 5; conidiis in stratum album ad basin hypharum accumulatis, hyalinis rectis sublinearibus utrinque acutis, 15 ≃ 1,6. 7443

Hab. in foliis vetustis Platani in Gallia bor. — «Vix vel non diversum ab *Helicotricho obscuro*».

ELLISIELLA Sacc. Syll. IV, p. 415.

1. **Ellisiella Ari** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 135. — Maculis discoideis exaridis fusco-marginatis sparsis vel confluentibus; cæspitulis amphigenis, punctiformibus, atris, centralibus v. circinnantibus; hyphis sterilibus fuscis erectis sursum attenuatis et pallidioribus, continuis, 60-100 μ. long.; conidiis elongatis hyalinis, rectis vel leniter curvis, utrinque muticis, continuis, 15-18 ≃ 5-6; basidiiis non visis. 7444

Hab. in foliis languidis Ari italici, in horto botanico Parma.

STEIROCHÆTE A. Br. et Casp. — Syll. IV, p. 316. — Verisimiliter totum genus cum *Colletotricho* confluit.

1. **Steirochæte Solani** Casp. in Klot. Hb. Myc. 1980, Bot. Zeit. 1855, p. 300 (absque diagnosi). 7445

Hab. in caule Solani tuberosi in Germania. — «An eadem ac *Vermicularia maculans*?»

Trib. 9. Myxotricheæ Sacc.

BOLACOTRICHA B. et Br. — Sacc. Syll. IV, p. 316.

1. **Bolacotricha lignorum** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1892, p. 10. — 7446
Hyphis longis, 4 μ. cr., simplicibus, apice circinatis, coloratis; conidiis globulosis, 12-16 μ. diam., subhyalinis, verruculosis.
Hab. in assere quercino putri, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

MYXOTRICHUM Kunze — Sacc. Syll. IV, p. 317. — Genus ex elementis variis compositum, ad interim hic servatum. Primus monui (1881) species quasdam hujus generis *vesiculis suboctosporis* pollere, hinc principio ad *Mucoraceas*, demum vero et rectius ad *Gymnoascaceas* referendas esse putavi (Cfr. Syll. IV, p. 317 et VIII, p. 812 et 823). Nonnullæ vero species ascis destitutæ sunt et ad Hyphomyceteas spectant. Qua de causa necessarium videtur pristinum genus in duo divellere; nempe: I. *Myxotrichum* Kunze ascis præditum e Gymnoascaceis (*M. coprogenum*, *M. chartarum*, *M. æruginosum* etc.); II. *Myxotrichella* Sacc. ascis destituta et ad Hyphomyceteas partinens (*M. spelæa*, *M. murorum*, *M. rara* etc.).

1. **Myxotrichum coprogenum** Sacc. Syll. IV, p. 319 — var. **malacense** 7447
Sacc. et Paol. Myc. Malac. n. 120. — A typo differt sporidiis paullo majoribus, nempe 5 μ. diam., 4 μ. e latere crassis; ascis 10 μ. diam.
Hab. in fimo gallinaceo, Malacca (Scortechini).

Trib. 10. Chloridieæ Sacc.

CHLORIDIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 320.

1. **Chloridium glaucum** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 113. — Effusum, 7448
glaucum, dein olivaceo-brunneum, velutinum; hyphis fasciculatis, 75-100 ≂ 2,5-3, tenuiter septatis, simplicibus v. parce ramosis, sursum curvatis, pallidioribus et minute spiculoso-denticulatis; conidiis minutis, obovatis vel ellipsoideis, solitarie acro-pleurogenis, 3-3,5 ≂ 2,
Hab. in ramis quercinis dejectis, Newfield N. J. Amer. bor.
2. **Chloridium atrum** Corda Ic. I, p. 17, fig. 225. — Cæspitulis elon- 7449
gatis, tomentosis, atris; hyphis subulatis, simplicissimis, flexuosis, impellucidis; conidiis elongatis utrinque rotundatis, cinereis semipellucidis,

Hab. in ligno putrido pr. Prag Bohemiæ. — Ab hoc certe differt *Chl.? atrum* Kunze Flora 1830, p. 370 ita descriptum: effusum, hyphis minutissimis pellucidis, conidiis numerosis globosis, atris. In Arundine Donace in insula Madera. «Species hæc postrema omnino dubia».

3. **Chloridium micans** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVII, pag. 35. — 7450
Cæspitulis effusis, griseo-fuscis; hyphis fertilibus erectis vel assurgentibus, simplicibus, parce septulatis, dilute fuligineis semipellucidisque (sub micr.), compressis, hinc inde isthmoideo-contractis, 2–3 mm. altis, usque ad 14 μ. cr., apice pallidioribus sæpeque ramulis brevibus, teneris hyalinis instructis; conidiis terminalibus, accumulatis albidis, ellipsoideo-sphæroideis, 9–11 ≃ 8-9.

Hab. in foliis putridis Iridis Pseudacori, Kojo prope Tammela Fenniæ. — Hyphæ luce refracta cupreo- et æneo-micantes.

VERTICICLADIUM Preuss — Sacc. Syll. IV, p. 327.

1. **Verticicladium acuum** Oud. Contr. Flor. Myc. Pays-Bas XI, p. 50. 7451
— Hyphis erectis articulatis, deorsum saturate fuscis, sursum dilutius tinctis, apice hyalinis, nunc brevioribus, 235 ≃ 12, tunc vero elatioribus, infra apicem verticillis binis ramorum ternorum alternantium conidiferorum onustis; ramis conidiferis piriformibus, sursum valde contractis; conidiis hyalinis, ellipticis, $2^1/_3 \simeq 1^1/_5$.

Hab. in foliis Abietis excelsæ, sociâ *Vermiculariâ acuum*, Putten Hollandiæ.

GONYTRICHUM Nees — Sacc. Syll IV, p. 329.

1. **Gonytrichum rubrum** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 181. — Cæspi- 7452
tulis sparsis, minutis, intense rubris, velutinis; hyphis rigidiusculis, ramosis, rufis, 4 μ. cr. septatis; basidiis verticillatis, hyalinis, subulatis, inferne inflatis, 13–15 ≃ 3; conidiis apicalibus, solitariis, pallidissime fulventibus, ovoideis, 1-guttulatis, 3–4 ≃ 2,5.

Hab. in radicibus putridis Anemones coronariæ, Quito Amer. merid. — A *G. cæsio* colore præcipue differt.

2. **Gonytrichum fulvum** Ellis N. Am. Fungi n. 657 (absque diagnosi). 7453
Hab. in foliis et culmis Andropogonis, Newfield N. J. Amer. bor. — Mihi videtur idem ac *G. gilvum*, sed conidia non vidi.

Trib. 11. Stachylidieæ Sacc.

STACHYLIDIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 331.

1. **Stachylidium Sambuci** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 1987. — Hyphis 7454

erectis, basi brunneis, sursum incoloribus verticillato-ramosis, ramulis acutis apice conidia glomerulata, ovoidea, hyalina ferentibus.

Hab. in ramis decorticatis Sambuci nigræ, St. Amand Marne Galliæ.

CHALARA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 333.

1. **Chalara Rubi** Sacc. et Briard in Rev. Myc. 1886. — Hyphis cylindraceis, medio subinflatis, 80-100 ≍ 8-10, brunneis, 3-4-septatis; conidiis catenulatis, cylindricis, 4-guttatis, truncatis, 18-20 ≍ 5-6. 7455

Hab. in sarmentis Rubi, Troyes Galliæ.

2. **Chalara paradoxa** (De Seynes) Sacc. *Sporoschisma paradoxum* De Seynes Rech. Veget. Inf. III, p. 30, t. I, f. 22-24. — Mycelio repente, septato, hyalino; hyphis fertilibus erectis, cylindraceo-obclavatis, dilute rufo-fuligineis, deorsum 3-4-septatis 100-150 ≍ 5; conidiis ex interiore hyphæ catenulatim exsilientibus, breve cylindraceis, utrinque obtusis, 6-10 ≍ 4-5, hyalinis; hyphis alteris fertilibus ex eodem mycelio (teste Seynesio) oriundis, paullo brevioribus, non inflatis, subhyalinis, apice conidia oblongo-ovoidea, utrinque obtusa, catenulata, 18 ≍ 8-9, olivaceo-fuliginea, uniguttata gerentibus. 7456

Hab. in fructibus putrescentibus Ananassæ cultæ, Paris Galliæ. — « *Ch. brachysporæ* peraffinis species; an forma toruloidea ex eodem *Chalaræ* mycelio oriatur, mirum videtur ».

3. **Chalara cylindrica** Karst. Symb. XX, p. 108. — Effusa, subvelutina, tenuis, fusca; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, dilutissime fuligineis, pellucidis, 4 μ. cr., fertilibus erectiusculis, flexuosis, dense aggregatis, æqualibus, pluriseptatis (septis circ. 10), fuligineis diaphanisque (sub lente), 75-90 ≍ 5; conidiis ex apice hypharum conoideo, hyalino exsilientibus, catenulatis, cylindraceis, 2-guttulatis, hyalinis, 3-6 ≍ 1. 7457

Hab. in pagina inferiore squamarum exsiccatarum Abietis excelsæ prope Villnäs par. Lemo Fenniæ.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Trib. 1. Bisporeæ Sacc.

DICOCCUM Corda — Sacc. Syll. IV, p. 342.

1. **Dicoccum lathyrinum** Ell. et Gall. Journ. Myc. 1889, pag. 65. — 7458

Cæspitulis parvis, subconfluentibus, castaneis, velutinis, hypophyllis, 2–3 mm. lat., folii venulis limitatis, maculis definitis non insidentibus; conidiis oblongis, 1-septatis, leniter constrictis, rectis, olivaceis, 20–22 ≈ 7–8.

Hab. ad folia viva Lathyri ochroleuci, Highwood Canon in montibus Highwood, Montana Amer. bor.

2. **Dicoccum pulcrum** Thum. Myc. Univ. 1878, Rev. Myc. 1879, p. 11. 7459
— Acervulis amphigenis, atris, in pagina superiore maculas effusas, velutinas, nitidas, non limitatas, in pagina inferiore soros minores plerumque nervos sequentes formans; conidiis simplicibus didymis tridymisque, ellipsoideis vel ovoideis vel interdum curvato-lunulatis, 20 ≈ 10, raro globosis 10 μ. diam., badiis, episporio tenui, diaphano.

Hab. in foliis vivis Soymidæ rhopalifoliæ ad fl. Amotmul pr. Djur Afric. trop. (Schweinfurth).

3. **Dicoccum microscopicum** Karst. Symb. XIX, pag. 91. — Conidiis 7460
oblongatis utrinque obtusissimis, crasse 1–2-septatis, vix vel non constrictis, in acervulos irregulariter dehiscentibus conjunctis, dilutissime fuligineis, diaphanis (sub lente), 9–15 ≈ 4–5.

Hab. supra Dematium dimorphum pr. Tammela Fenniæ.

CYCLOCONIUM Cast. — Sacc. Syll. IV, p. 343.

1. **Cycloconium oleaginum** Cast. Cat. Marseill. pag. 220, t. VI, Sacc. 7461
Syll. IV, pag. 343.

Hab. in foliis Oleæ europææ, cui noxium, in Gallia et Italia merid. (Kruch). — Cfr. Boyer in Journ. bot. 1891, p. 434, cum iconibus optimis. — Conidia ovato-oblonga 1-septata, leviter constricta, 17–25 ≈ 11, sporophoro brevi, sæpius inflato-vesiculoso suffulta et e mycelio subcuticulari repente radiante oriunda. — *Cycloconium* a gen. *Dicocco* forte non satis differt. Cl. Castagne *oleaginum* recte scripsit, nec *elæoginum* ut Thümen et ego ipse loc. cit.

BISPORA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 343.

1. **Bispora effusa** Peck 44 Rep. pag. 27, t. IV, f. 15–17. — Effusa, 7462
nigra, velutina; hyphis erectis, simplicibus, coloratis, in catenas conidiorum abeuntibus; conidiis oblongis, 1-septatis, leviter constrictis, 12–15 ≈ 4–5.

Hab. in ligno decorticato Aceris saccharini, Adirondack Mount. Amer. bor.

Subsect. 2. **Macronemeæ** Sacc.

Trib. 2. Cladosporieæ Sacc.

PASSALORA Fr. et Mont. — Sacc. Syll. IV, p. 344.

1. **Passalora Protearum** Kalch. et Cooke in Grev. XIX, pag. 6. — 7463
Epiphylla; maculis irregularibus, sordidis; hyphis fasciculatis, brevibus; conidiis subfusoideis, acrogenis, 1-septatis, loculo superiori crassioribus, pallidis, 35–40 ≈ 7.

Hab. in foliis Proteæ argenteæ ad Caput Bonæ Spei Africæ austr.

FUSICLADIUM Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 345.

1. **Fusicladium bicolor** C. Mass. Contr. Mic. Ver. p. 115, t. IV, f. 28. 7464
— Cæspitulis hypophyllis, diffusis; hyphis fertilibus brevissimis, rectis, fusco-fuligineis, continuis, simplicibus, 15-20 ≈ 6–9, apice obtusis; conidiis acrogenis (rarissime in hyphis longioribus, scilicet usque ad 25 μ. long., pleuro-acrogenis?), vulgo solitariis, elongato-fusiformibus, 1-septatis, ad septum magis minusve distincte constrictis, 26-38 ≈ 8-10, hyalinis, intus multiguttulatis, loculis subinæqualibus.

Hab. in foliis Chærophylli hirsuti? in regione montana montis Lobia agri veronensis Ital. bor., sociâ *Phyllostictâ Chærophylli.*

2. **Fusicladium Angelicæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 87. 7465
— Hyphis hypophyllis, continuis, brunneis, subundulatis, 40-50 ≈ 5-6, supra dentatis, basi sclerotioidea insidentibus, demum deciduis; conidiis acrogenis, clavatis, 1-septatis, hyalinis, 30–40 ≈ 8–10.

Hab. in foliis vivis Angelicæ atropurpureæ, Racine, Wis. Amer. bor. (Davis).

3. **Fusicladium punctiforme** Wint. Hedw. 1887, p. 31. — Cæspitulis 7466
hypophyllis, minutissimis, plerumque dense gregariis, maculas minutas, angulatas, a nervis folii limitatas, 0,5–1 mm. lat., sparsas vel gregarias et confluentes, fuligineas, demum cinerescentes formantibus, punctiformibus, atris; hyphis fasciculatis, erectis, sæpe flexuosis torulosisque, denticulatis, remote septatis, fuscidulis, usque ad 150 ≈ 5; conidiis numerosis, elongato-oblongis vel subcylindraceis, utrinque subattenuatis et rotundatis, medio 1-septatis, vix constrictis, hyalinis, demum dilutissime fuscescentibus, 27-38 ≈ 7-9.

Hab. ad folia viva Ziziæ integerrimæ pr. Perryville, Missouri Amer. bor.

4. **Fusicladium brevipes** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 69. — 7467
Cæspitulis hypophyllis, parvis, sparsis v. confluentibus, murinis v. fumoso-olivaceis; hyphis e cellulis subovatis, brunneolis, 8-12 ≃ 5 efformatis; conidiis acrogenis, ellipsoideis v. oblongis, 25-35 ≃ 8-11, ochraceo-brunneis, primo continuis, dein 1-2-septatis, longioribus, basi in basim stipitiformem attenuatis.

Hab. in foliis Astragali hypoglottidis, Musie Pass, Sangre de Christo Range, Colorado Amer. bor. (Demetrio). — Ad *Cercosporam* vergens.

5. **Fusicladium ascyrinum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 53. — 7468
Cæspitulis nigris, pubescentibus; hyphis in fasciculos valde confertis, erectis, septatis, 75 ≃ 4, subtus subopacis, supra subhyalinis; conidiis solitariis v. 2-3 gregariis, raro breviter catenulatis acrogenis vel subacrogenis, ovato-oblongis, 2-3-guttatis, hyalinis, 16-20 ≃ 4-6.

Hab. in bracteis floralibus et pedunculis Ascyri Crucis-Andreæ, Natchitoches, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

6. **Fusicladium caryogenum** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1888, p. 124, 7469
— Maculis numerosis, hypophyllis, parvis, 1-5 mm. lat., majoribus irregularibus, subangulosis, centro griseolo-albis, margine purpurascentibus; hyphis simplicibus vel basi subramosis, atro-olivaceis, septatis, 60-75 ≃ 4-5, subæqualibus; conidiis acrogenis, amygdaliformibus, ovatis v. clavato-ovatis, fumoso-olivaceis, 10-15 ≃ 6-7.

Hab. in foliis viventibus Caryæ olivæformis, St. Martinsville Amer. bor. (Langlois).

7. **Fusicladium effusum** Wint. — Syll. IV, p. 346 — var. **carpineum** 7470
Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 91. — A typo recedit, quia plerumque epiphyllum, colore saturatiore et conidiis paullo minoribus et pallidioribus.

Hab. in foliis vivis Carpini americanæ, London Canada Amer. bor. (Dearness).

8. **Fusicladium Livistoniæ** Karst. in Hedw. 1891, p. 302. — Cæspi- 7471
tulis punctiformibus, atris; hyphis fasciculatis erectis, ut plurimum flexuosis, levibus, æqualibus, rarius subnodulosis, circ. 8-septatis, brunneis, sursum pallidioribus, usque 130 ≃ 6; conidiis oblongatis, utrinque obtusis, rectis, 1-septatis, hyalinis, 17 ≃ 6.

Hab. in petiolis foliorum Livistoniæ sinensis vivorum, Lümatta in regione viburgensi Daniæ (Arth. Thetleff).

9. **Fusicladium Sorghi** Pass. in Hedw. 1877, p. 122. — Maculis amphigenis, suborbicularibus, fuscis; hyphis fertilibus brevissimis, assurgentibus, congestis; conidiis subglobosis v. obovatis, continuis. 7472

Hab. in foliis Sorghi halepensis in Italia boreali. — An *Coniosporium* ex ipso auct.?

10. **Fusicladium dubiosum** Speg. Guar. I, p. 164. — Maculis parvulis, 0,5-1,5 mm. diam., orbicularibus v. ellipticis, sæpe confluendo-elongatis, flavescenti-albis, indeterminatis, sæpius areola rubescenti cinctis, amphigenis; cæspitulis centro macularum insidentibus, dense constipatis, minutissimis, velutinis, olivaceis; hyphis erectis, cylindraceis sæpeque e latere compressis, apice leniter cuneato-acutatis, 40-80 ≂ 5, 2-3-septatis, ad septa non v. vix constrictis, sordide obscureque fumosis; conidiis clavulato-piriformibus, 1-septatis, 15 ≂ 7, leniter constrictis, loculo supero brevi depresso, obtusissimo, infero conico, triplo longiore, acuto, nubilosis, subhyalinis. 7473

Hab. ad folia viva Digitariæ sp. cujusdam prope Guarapi Brasiliæ.

11. **Fusicladium Alopecuri** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 53. — Cæspitulis compactis, griseolis, dense sparsis; hyphis fumoso-hyalinis, continuis, subtruncatis, supra dentatis, rectis; conidiis clavato-oblongis, olivaceis, granulosis, continuis v. evanide 1-septatis, 20-35 ≂ 7-10. 7474

Hab. in apice subemortuo foliorum Alopecuri geniculati, Columbia, Montana Amer. bor. (B. T. Galloway). — *F. fasciculato* valde affine.

12. **Fusicladium destruens** Peck 43 Rep. p. 30, t. III, f. 19-22. — Hyphis breviusculis, 20-50 μ. long., fasciculatis, continuis v. prope basin 1-2-septatis, coloratis, cæspitulos minutos olivaceo-virentes formantibus; conidiis acrogenis continuis vel passim 1-septatis, quandoque subcatenulatis, ellipsoideis vel oblongis, coloratis, 7-20 ≂ 5-7. 7475

Hab. in foliis vivis Avenæ sativæ, Sovey Amer. bor.

13. **Fusicladium fuliginosum** Kalch. et Cooke in Grevillea 1884, p. 24. — Effusum, fuliginosum, incrustatum; hyphis repentibus, ramosis, ramulis assurgentibus, brevibus, quandoque furcatis; conidiis fusoideis, continuis, hyalinis, 10-12 ≂ 4. 7476

Hab. in foliis vivis (ignotæ plantæ), Natal Africæ.

SCOLECOTRICHUM K. et S. — Sacc. Syll. IV, p. 347.

1. **Scolecotrichum melophthorum** Prill. et Delacr. Bull. Soc. Myc 1891, 7477

p. 219 c ic. — Effusum, velutinum, fusco-olivaceum, in foliis maculas ochraceo-fulvas incolens, in caulibus fructibusque ulcera plus minus lata efficiens; hyphis fertilibus erectis, simplicibus, septatis, 100-200 ≃ 5-6, dilute olivaceis; conidiis hyphis concoloribus, elongato-ovatis, continuis, 10 ≃ 3,5-5 vel uniseptatis, 20-25 ≃ 5-6.

Hab. in foliis, caulibus fructibusque Cucumeris Melonis, quem maxime vexat, in Gallia.

2. **Scolecotrichum atriellum** Cooke et Mass. XVI, p. 3. — Cæspitulis effusis, confluentibus, atris; hyphis erectis, simplicibus, breviter septatis, fuscis, sursum pallidioribus; conidiis acrogenis, ellipticis, uniseptatis, non constrictis, atro-brunneis, 25 ≃ 12. 7478

Hab. in ramis Passifloræ sp., Brisbane Australiæ (Bailey).

3. **Scolecotrichum Bonordenii** Sacc. Syll. IV, p. 348, Brun. Misc. Myc. II, p. 48. — Sec. cl. Brunaud l. c.: conidia sunt 16-18 ≃ 6-8 et species nascitur quoque in pag. præsertim super. foliorum Althææ roseæ, Saintes Galliæ.

4. **Scolecotrichum Iridis** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 82. — Hyphis fasciculatis, olivaceis, pellucidis, simplicibus, rectis, obtusis, 50-60 ≃ 8-10, in maculis oblongis; conidiis glandem cupulatam imitantibus, basi incrassatis, pleurogenis, hyalinis, papillosis, 1-septatis constrictisque, 40-42 ≃ 20-22. 7479

Hab. in foliis vivis Iridis germanicæ cultæ Noidan, Côte-d'Or Galliæ. — «An *Heterosporium* immaturum?».

5. **Scolecotrichum phomoides** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 79. — Amphigenum; cæspitulis minutis, nigris, suborbicularibus, punctiformibus; hyphis erectis, simplicibus, gracilibus, basi fasciculatis, breviter septatis, pallide olivaceis; conidiis 1-septatis, ellipsoideis, hyalinis, 6 ≃ 2-3. 7480

Hab. in foliis emortuis Ophiopogonis japonici, Kew Britanniæ.

6. **Scolecotrichum Roumegueri** Cav. Fung. parass. V, n. 112. — Cæspitulis superficialibus, minutissimis, pulvereis, in maculis oblongis, superne nigricantibus, inferne albo-cinereis, fusco-zonatis, insidentibus; hyphis brevibus, aggregatis, supra basim valde inflatam abrupte curvatis septatisque, apice plerumque truncatis, fusco-olivaceis, 22-32 ≃ 9-12 (14-15 ad basin); conidiis acrogenis, ovatis, dilute olivaceis, 1-septatis, levibus. 7481

Hab. in foliis nunc viridibus Phragmitis communis, Toulouse Galliæ (C. Roumeguère). — «Fere absque dubio *Napicladium arundinaceum* immaturum».

7. **Scolecotrichum maculicolum** E. et K. Journ. Myc. 1887, pag. 103. 7482
— Maculis amphigenis, anguste ellipsoideis, circ. 5-8 ≂ 2, sordide albis, atro-marginatis; hyphis hypophyllis, subundulatis, continuis v. prope basim evanide septatis, subfuligineis, circ. 40 ≂ 4-5 in cæspitulos seriatos aggregatis; conidiis acrogenis, granulosis, continuis, ovatis, ovato-ellipsoideis vel oblongis, subhyalinis, 20-22 ≂ 8-11.

Hab. in foliis subemortuis Phragmitis communis, Kansas Amer. bor. (W. A. Kellerman).

8. **Scolecotrichum uniseptatum** (B. et C.) Cooke Grevill., *Cladotrichum uniseptatum* (B. et C.) Sacc. Syll. IV, p. 373. — Hyphæ atro-brunneæ, simplices v. raro breviter ramosæ, ad septa non incrassatæ; conidia oblonga, 1-septata, leniter constricta, utrinque rotundata, brunnea, 10 ≂ 5. — Nascitur quoque in ligno emortuo, Epping Forest Britanniæ. 7483

CLADOSPORIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 350.

I. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

1. **Cladosporium cucumerinum** Ell. et Arth. Bull. Agric. Stat. Indiana n. 19 (1889), pag. 9-10, cum ic. — Effusum, maculiforme, subvelutinum; cæspitulis griseo-fuscis, dein atro-virentibus et depressiones in fructu efficientibus, mycelio endogeno copioso filiformi; hyphis fertilibus cæspitosis, parce septatis, simplicibus, sursum denticulatis, pallidioribus; conidiis pleuro-acrogenis ovoideis, limoniformibus v. laxe fusoideis, plerumque continuis, olivaceis, 10-13 ≂ 3-4. 7484

Hab. in fructibus Cucumeris sativi, quos destruit vel deformat, Geneva N. J. Amer. bor.

2. **Cladosporium Pisi** Cug. et Macch. Not. ins. e parass. 1890, p. 16, t. V. — Cæspitulis fuscis, minutissimis in pustulis ex epicarpio deformato exortis insidentibus; hyphis elongatis, ramosis, flexuosis, crebre septatis, brunneis; hyphis fertilibus, pallide fuligineis; conidiis terminalibus, ovatis, subhyalinis, sæpius 1-septatis, constrictis, 2-guttatis, 4,5-5,5 ≂ 4-4,5, lateralibus ellipsoideis, continuis, hyalinis, 7-9 ≂ 3,5-4,5. 7485

Hab. in leguminibus vivis Pisi sativi, quæ arescunt, Vaciglio pr. Modena Ital. bor.

3. **Cladosporium subnodosum** Cooke in Rav. Amer. Ex. 294 et Grev. XVII, p. 17. — Epiphyllum; cæspitulis orbicularibus, circ. 1 mm. diam. atro-olivaceis, compactis; hyphis flexuosis, crassiusculis, fuscis, septatis, ad septa nodulosis, ad apicem hyalino-attenuatis; conidiis 7486

ellipticis, utrinque rotundatis, 1-3-septatis, olivaceis, minutissime granulato-asperatis, 15-20 ≃ 9-10.

Hab. in foliis Spinaciæ, Carolina austr. Amer. bor. — Verosimiliter *Heterosporium*.

4. **Cladosporium pelliculosum** Berk. et Curt. in Herb., Grev. XVII, pag. 67. 7487

Hab. in foliis Polygoni punctati, Lobeliæ etc., Carolina austr. — Vix differt a *C. effuso* B. et C.

5. **Cladosporium obtectum** Rabh. Unio Itin. XXXVI, Grev. XVII, p. 66. — Epiphyllum, tenue effusum; hyphis repentibus, demum assurgentibus, tenuibus, flexuosis, septatis, fuscis; conidiis ellipticis, cylindraceis v. clavulatis, uniseptatis, utrinque subattenuatis, pallide fuscis, 12-16 ≃ 5-6. 7488

Hab. in foliis Artemisiæ maritimæ, Alghero (Doct. Marcucci).

6. **Cladosporium pilicolum** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 2003. — Hyphis fasciculatis, brunneis, ramosis; conidiis cylindraceis, 1-3-septatis, concoloribus. 7489

Hab. in caulibus siccis Galii Mollugini, Soulanges, Marne Galliæ. — «Ubi occurrant pili in *G. Mollugine* nescio».

7. **Cladosporium Lycopersici** Plowr. Fung. Dis. Tomat. p. 3, f. 5. — Hyphis cæspitosis, septatis, sursumambitu irregularibus, e macula nigra oriundis; mycelio compacto; conidiis copiosis, cylindraceis, nigris, 1-3-septatis, utrinque subacuminatis, 10-30 ≃ 8-10. 7490

Hab. in fructibus Solani Lycopersici prope King's Lynn Britanniæ.

8. **Cladosporium Heliotropii** Erikss. in Bot. Centr. 1891, n. 36, p. 299. — Cæspitulis epiphyllis, orbicularibus, atris; hyphis floccosis, longissimis, 80-150 ≃ 4-6, simplicibus vel ramulosis, septatis, olivaceis; conidiis ellipsoideis, continuis vel 1-septatis, 7-9 ≃ 4-5, olivaceis. 7491

Hab. in foliis Heliotropii peruviani in Scandinavia.

9. **Cladosporium Chætomium** Cooke Grev. XVII, p. 66. — Cæspitulis minutis, in foliis viventibus, erumpentibus, atris, perithecia *Chætomii* æmulantibus; hyphis densissime congestis, flexuosis, simplicibus, septatis, fuscis; conidiis uni- dein triseptatis, cylindricis, obtusis, 30-40 ≃ 7, pallide fuscis. 7492

Hab. in foliis Euphorbiæ, New Jersey Amer. bor. (Ellis).

10. **Cladosporium profusum** Rabenh. in Cooke Black Moulds t. XXV, f. 12. — Sacc. Syll. IV, p. 371. — Hyphis fasciculatis, nodulosis, 7493

septatis, fuscis, sursum pallidioribus, erectis, 6-7 μ. crassis; conidiis apice hypharum v. nodulis insertis, ovoideis, magnitudine variis, continuis, uni-biseptatis, guttuligeris, 18-24 ≃ 5, pallidis.

Hab. in vegetabilibus putridis in Germania. — «Affine, ut videtur, *C. herbarum*».

II. *In Dicotyledoneis lignosis.*

11. **Cladosporium microsporum** Rabh. Unio Itin. XLII, Grev. XVII, p. 66. — Hypophyllum; cæspitulis erumpentibus, gregariis, minutissimis, atris; hyphis?; conidiis? 7494

Hab. in foliis Nerii Oleandri, Gonnos-Fanadiga Sardiniæ (Doct. Marcucci).

12. **Cladosporium Gleditschiæ** Cooke in Rav. Amer. Ex. 297, Grev. XVII, p. 66. — Carpogenum, effusum, olivaceum; hyphis repentibus, assurgentibus, tenuibus, flexuosis, septatis, fuscis; conidiis arcte ellipticis, demum elongatis, 1-3-septatis, vix constrictis, succineis, 12-20 ≃ 4. 7495

Hab. in leguminibus Gleditschiæ, Carolina austr. Amer. bor.

13. **Cladosporium Heuglinianum** Thüm. Rev. Myc. 1879, pag. 11. — Maculis amphigenis, sparsis, plus minus orbiculatis, magnitudine variis, nitido-atris, subeffusis, velutinis; hyphis subrectis, subulato-rigidis, simplicibus, septatis, 6 mm. cr., longis, dilute fuscis; conidiis 1-septatis, cylindrico-subellipticis, utrinque subacutis, non constrictis, 12-20 ≃ 6-8; hyphis concoloribus. 7496

Hab. in foliis subvivis languidisve Buddleiæ polystachyæ pr. Nakfa ad Mare Rubrum (Th. de Heuglin).

14. **Cladosporium subcompactum** Roum. et Karst. Rev. Myc. 1890, p. 80. — Cæspitulis superficialibus, tomentosis, compactis, suborbicularibus, atris, 4-5 μ. lat.; hyphis dense aggregatis et intricatis, ramosis, articulatis, fuligineo-hyalinis v. dilute fuligineo-olivaceis, 3-6 μ. cr.; conidiis ovoideis v. ellipsoideis, 1-septatis, ad septum non constrictis, ex hyalino fuligineo-fuscis, impellucidis v. semipellucidis, 20-28 ≃ 12-16. 7497

Hab. ad ramos Sterculiæ fœtidæ et Terminaliæ in Ceylon. — Conidia diu hyalina primitusque sæpe irregulariter globulosa.

15. **Cladosporium diaphanum** Thuem. M. U. n. 1868. — Cæspitibus hypophyllis, tenuibus, laxis postremo subcrassis, late effusis, pulveraceis, sordide olivaceis, inquinantibus; hyphis fasciculatis, longis, parce ramosis, æqualibus, septatis, apice obtusis, fuscis, dia- 7498

phanis, 6 μ. crassis; conidiis aut subglobosis, 4 ≃ 3 aut ellipsoideis et utrinque subacutatis, 7 ≃ 4 aut elliptico-cylindraceis uniseptatisve, 17 ≃ 6, dilute fuscidulis, eximie diaphanis.

Hab. ad folia emortua prostratave Photiniæ, Lyon Galliæ.

16. **Cladosporium condylonema** Passer. in Briosi e Cavara Funghi Parassiti n. 79, F. N. IV, p. 15. — Amphigenum; hyphis fasciculatis, sparsis, septulatis, flexuosis, tuberculoso-nodosis, fuscidulis, 60-180 ≃ 5; conidiis ellipsoideis v. ovatis, medio septatis, olivaceis, 12-20 ≃ 6-10. 7499

Hab. in foliis Pruni domesticæ, quam vexat, Parma Italiæ borealis.

17. **Cladosporium Zizyphi** Karst. et Roum. Rev. Myc. 1890, p. 78. Hypophyllum, maculiforme; hyphis ramosis, articulatis, flexuosis, olivaceis (sub lente), breviusculis, 6-9 μ. cr.; conidiis ovoideo- vel oblongato-elongatis, utrinque obtusis, rectis v. varie curvatis, subinde irregularibus, 1-3-septatis, ad septa non vel vix constrictis, olivaceis, 35-45 ≃ 11. 7500

Hab. in foliis languidis Zizyphi cujusdam ad Sontag, Tonkin.

18. **Cladosporium juglandinum** Cooke Grev. XVI, pag. 80. — Hypophyllum; cæspitulis parvis, sparsis, fuligineis; hyphis septatis, nodulosis, flexuosulis, basi atro-brunneis, sursum pallidioribus, sæpius continuis; conidiis acrogenis, fusoideis, 1-septatis, pellucidis, 35 ≃ 9. 7501

Hab. in foliis Juglandis, Highgate Britanniæ.

19. **Cladosporium lethiferum** Peck 50 Rep. p. 64. — Maculis atro-brunneis, irregularibus, magnis, totum folium sæpe ambientibus; cæspitulis epiphyllis, subeffusis, olivaceo-viridibus; hyphis brevissimis, fere obsoletis; conidiis oblongo-piriformibus, 1-2-septatis, ad septa leviter constrictis, 20-30 ≃ 7,5. 7502

Hab. in foliis vivis, quæ enecat, Populi tremuloidis, Keene Amer. bor.

20. **Cladosporium brevipes** Peck 40 Rep. p. 64. — Maculis suborbicularibus, cinereis; cæspitulis minutis, compactis; hyphis dense brevibus, 25-37,5 μ. long., atro-olivaceis, coacervatis subnigris, amphigenis, septatis; conidiis acrogenis, ellipsoideis, 12,5-15 ≃ 7,5-11,5. 7503

Hab. in foliis vivis Quercus albæ, Menands Amer. bor.

III. *In Monocotyledoneis, Acotyledoneis* etc.

21. **Cladosporium Phœnicis** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 133. — Cæspitulis sparsis, lineariter seriatis, sparsis oblongis v. ovoideis, sub- 7504

strato piceo insidentibus; hyphis rectis, nodulosis, subinde furcatis, pallide olivaceis; conidiis concoloribus, cylindraceo-rotundatis, subapiculatis, 1-3-septatis, subverruculosis, 20-25 ≃ 8-10.

Hab. in foliis exsiccatis Phœnicis tenuis cultæ, Toulouse Galliæ (G. Machade).

22. **Cladosporium dracænatum** Thuem. M. U. n. 1869. — Maculis amphigenis, dilatatis, distinctis, gregariis, fusco-olivaceis; cæspitulis præcipue epiphyllis, medio olivaceis, detergendis evanidis; hyphis brevibus, continuis, subramosis, interdum septatis, fasciculatis, tenuibus, pallide cinereis; conidiis variis aut globosis v. ovato-globosis, 6 ≃ 4 aut ovoideis, 8-12 ≃ 4 aut ovato-clavatis septatisve, 14-18 ≃ 6, utrinque rotundatis, dilute griseis. 7505

Hab. ad folia viva Dracænæ Cooperi, Aiken Carolinæ australis Amer. bor.

23. **Cladosporium Orchidearum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 80. — Cæspitulis erumpentibus, parvis, præcipue e stromate oriundis, olivaceis; hyphis brevibus, parce ramosis, septatis, subgracilibus, flexuosulis; conidiis ellipsoideis, 1-septatis, pallide olivaceis, 17-18 ≃ 5-6. 7506

Hab. in foliis Orchidearum, Kew Britanniæ.

24. **Cladosporium velutinum** Ell. et Tracy Journ. Myc. 1890, p. 76. — Olivaceo-brunneum, maculiforme, 0,5-1 cm. lat. vel c nfluendo amplius, velutinum; hyphis erectis, simplicibus, septatis, subundulatis, pallide brunneis, 50-75 ≃ 4-5; conidiis terminalibus, 8-20 ≃ 4-5, subhyalinis, 1-3-septatis, ellipsoideis, oblongis vel subcylindraceis. 7507

Hab. in foliis Phalaridis canariensis, quæ leviter torquentur et incrassantur, Starkville Miss. Amer. bor.

25. **Cladosporium Hordei** Pass. in Brun. Fragm. Mycol. 1884-85, p. 32. — Cæspitulis olivaceis; hyphis fasciculatis, subincrassatis, saturatius olivaceis, simplicibus, articulatis, apice tortuoso-torulosis; conidiis ellipsoideis, 1-(2?-)septatis, 20-25 ≃ 8-10. 7508

Hab. ad folia languida Hordei distichi, Saintes Galliæ.

26. **Cladosporium epibryum** Cooke et Mass. Grev. XVII, p. 76. — Cæspitulis minutissimis, atris; hyphis simplicibus, brevibus, flexuosis, septatis, olivaceis, superne pallidioribus; conidiis ellipticis, utrinque rotundatis, uniseptatis, medio constrictis, pallide fuscis, hyalinis, 18-20 ≃ 10-12. 7509

Hab. in capsulis Muscorum, Amer. bor. (E. G. Britton).

27. **Cladosporium Aphidis** Thum. — Syll IV, p. 369 — var. **Muscæ** 7510

Br. et Har. Rev. Myc. 1890, pag. 132. — Hyphis rectis, ramosis, fasciculatis, aliis continuis, aliis septatis, dilute fuligineis, diaphanis, 5-7 μ. diam.; conidiis numerosis, ovoideis vel ovato-oblongis, basi v. utrinque apiculatis; hyphis concoloribus v. paullo pallidioribus, continuis, 6-8 ≈ 4-5 vel 1-septatis, 10-12 ≈ 6, vel 2-septatis, 20-22 ≈ 7-8.

Hab. in cadavere Muscæ cujusdam, Méry-sur-Seine Galliæ (P. Hariot).

28. **Cladosporium cæspiticium** Rabenh. Fl. Eur. n. 579, Bot. Zeit. 1863, p. 230 (absque diagnosi). Loc. cit. forma conidiophora et f. stylosporea adesse declaratur. 7511

DIPLOCOCCIUM Grove — Sacc. Syll. IV, p 374.

1. **Diplococcium Libertianum** (Roum.) Sacc., *Monilia* Roum. Rev. Myc. 1884, p. 107. — Hyphis late effusis, olivaceo-nigris, erectis, summo apice subinflatis ibique catenulas conidiorum emittentibus; conidiis ovoideis, initio hyalinis, dein fumosis, 1-septatis. 7512

Hab. in caule putri Brassicæ oleraceæ rubræ cultæ pr. Malmedy in Arduennis (Reliq. Libertianæ).

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

Subsect. 1. Micronemeæ Sacc.

Trib. 1. Clasterosporieæ Sacc.

CLASTEROSPORIUM Schw. — Sacc. Syll. IV, p, 382.

1. **Clasterosporium caulicolum** (Corda) Sacc. Syll. IV, p. 393, *Bactrodesmium caulicola* Grove in litteris. — Conidia sessilia, erecta, dense compacta, cylindrica, utrinque vix attenuata, 6-12-septata, dilute olivacea, pellucida, 60-100 ≈ 8-10.

2. **Clasterosporium tripartitum** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 2019. — Cæspitulis nigris, velutinis, mycelio anastomosanti insidentibus, e conidiis ternatim fasciculatis, brunneo-pallidis, fusoideis, apice attenuatis, basi crassioribus, 10-15-septatis, efformatis. 7513

Hab. in caulium emortuorum basi Genistæ scopariæ, Sermaize, Marne Galliæ.

3. **Clasterosporium cornigerum** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 91. — Cæspitulis applanatis, 1-2 mm. diam.; hyphis sterilibus repentibus, septatis; hyphis fertilibus, 70-100 ≈ 8-10; conidiis ob- 7514

longo-clavatis, 5-7-septatis, brunneis, 70-100 ≃ 12-15, supra primitus rotundatis, dein truncatis, loculo terminali lateraliter germinante.

Hab. in cortice Carpini emortui, London Canada Amer. bor. (Dearness).

4. **Clasterosporium dothideoides** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 87. — Cæspitulis per corticis rimas erumpentibus, 0,5 mm. lat., compactis, nigris, dothideoideis; hyphis fertilibus, simplicibus vel imperfecte ramosis, 20-30 ≃ 5-7. 7515

Hab. in ramis emortuis Shepherdiæ argenteæ et Artemisiæ canæ, in valle Teton, Montana Amer. bor. (F. W. Anderson).

5. **Clasterosporium Ligustri** Rich. Cat. Champ. Marn. n. 2018. — Cæspitulis griseolis, parum perspicuis, e conidiis pallide brunneis, fusoideo-cylindraceis, 7-septatis, rectis, brevissime stipitatis, efformatis. 7516

Hab. ad ramulos Ligustri vulgaris, St.-Amand Galliæ.

6. **Clasterosporium cæspitulosum** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 70. — Cæspitulis laxis, plus minus confertis, nigris, tomentosis v. subeffusis; hyphis prostratis, nullis; conidiis fusoideo-cylindraceis, 10-20-septatis, 100-120 ≃ 12-15, apice subattenuato, distincte rotundato, deorsum in basim stipitiformem abrupte contractis subopacis, rectis, ad septa (mediis exceptis) non constrictis. 7517

Hab. in ligno Aceris, Newfield, New Jersey Amer. bor.

7. **Clasterosporium herculeum** Ellis N. A. fig. 542. — Hyphis copiosis, subfasciculatis, septatis, fuligineis, 5-6 μ. cr.; conidiis (in meo exempl. fere destructis), ut videtur, fusoideis, curvulis, 60 ≃ 10, pauciseptatis, fuligineis, utrinque pallidioribus. 7518

Hab. in ramis Betulæ? et in Hypoxylo vetusto, West Chester Pa. Amer. bor. (Haines et Everhart).

8. **Clasterosporium punctiforme** (Corda) Sacc. Syll. IV, pag. 387 — var. **fennicum** Karst. Symb. XX, pag. 98. — Cæspitulis dispersis, pulvinatis, sat compactis, brunneis; conidiis oblongatis, rectis, curvis v. flexuosis, utrinque obtusis, 1-3-rarissime 5-septatis, vix constrictis, dilute olivaceo-fuligineis et diaphanis (sub lente), 13-24 ≃ 5-6, loculis 1-guttulatis. 7519

Hab. in ligno sicco putri Sipilä pr. Tammela Fenniæ.

9. **Clasterosporium typhicolum** Fautrey in Rev. Myc. 1890, p. 125. — Hyphis brevissimis v. nullis; conidiis hyalinis, 3-septatis, conico-truncatis, 24-26 ≃ 8, supra latioribus. 7520

Hab. in omnibus partibus Typhæ angustifoliæ pr. Saulien, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

10. **Clasterosporium sarcopodioides** (Corda) Sacc. Syll. IV, p. 385. — * **Cl. arundinaceum** Karst. Symb. XIX, p. 92. — Effusum, fusco v. griseo-olivaceum, stromate tenuissimo; conidiis cylindraceis rectis, utrinque obtusis, aut uno apice attenuatis, fuligineis et diaphanis (sub. micr.), 10-18-septatis, non constrictis, 106-150 ≈ 11-12. 7521

Hab. in culmis Phragmitis aridis pr. Mustiala Fenniæ.

FUSARIELLA Sacc. Syll. IV, p. 395.

1. **Fusariella cladosporioides** Karst. Hedw. 1891, p. 248. — Cæspitulis effusis, minutis, hypophyllis griseo-olivaceis; hyphis brevissimis, ramosis, articulatis; conidiis bacillaribus, apicem versus attenuatis, curvatis, raro rectis, vulgo pauciseptatis, fumoso-hyalinis v. hyalinis (sub lente), 50-100 ≈ 4-6. 7522

Hab. in foliis Myrti, quæ enecat, Helsingfors Fenniæ (Onni Karsten).

CRYPTOCORYNEUM Fuck. — Sacc. Syll. IV, p. 395.

1. **Cryptocoryneum scopiforme** Bomm. Rouss. Sacc. sp. nov. — Cæspitulis orbicularibus vel suborbicularibus, nigris, 90-225 μ. lat.; conidiis cylindraceis, fuligineis, 5-septatis, ad septa constrictis, 21-22 ≈ 3,5, supra cellulam basilarem senis usque denis, parvulam scopam imitantibus. 7523

Hab. ad culmos Ammophilæ arenariæ, Knocke Belgii et pr. La Haye Hollandiæ.

CERATOPHORUM Sacc. Syll. IV, p. 395.

1. **Ceratophorum ulmicolum** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 127. — Maculis amphigenis, suborbicularibus, sordide brunneis, centro minuto albis, 0,5-1 cm. diam, subconfluentibus, cæspitulis e conidiis efformatis, amphigenis, sparsis, non confluentibus; conidiis sessilibus, ventricoso-fusoideis, basi subhyalinis et subobtusis, supra in rostrum hyalinum, incurvum productis, inflatis, atro-olivaceis, 5-7-septatis, 60-100 ≈ 11-14. 7524

Hab. in foliis vivis Ulmi fulvæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman et Swingle).

2. **Ceratophorum subulatum** Cooke et Ellis. Grev. XVII, p. 67, *Clasterosporium subulatum* Cooke et Ellis in Rev. F. Amer. n. 612. — 7525

Effusum, atrum; hyphis repentibus, ramosis, parcis, septatis; conidiis majusculis, rectis, obclavatis, 5-7-septatis, nucleatis, fuligineis, apice in cuspidem longam, hyalinam, continuam desinentibus, 70-100 ≃ 15, cum cuspide 180 μ. long.

Hab. in cortice Liquidambaris et Castaneæ, Carolina austr. et New Jersey Amer. bor.

Trib. 2. Septonemeæ Sacc.

SEPTONEMA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 397.

1. **Septonema Hormiscium** Sacc. Syll. IV, pag. 397 — var. **padinum** Karst. Symb. XX, p. 98. — Cæspitulis tenuibus, effusis, atro-fuligineis; conidiis fusoideo-elongatis vel cylindraceis vel clavulatis, rectis vel curvulis, 3-8-septatis, fuligineis, 50 ≃ 7-9, hyphopodiis articulatis, superne dilute fuligineis, conidia imitantibus, inferne hyalinis. 7526

Hab. ad corticem Pruni Padi in horto Mustiala Fenniæ.

2. **Septonema Mollerianum** Roum. F. Gall. n. 4087, *S. multiplex* Bk. et Curt. N. Ann. Fung. 520 pr. p. — Conidiis in catenulas subramosas, breves confertis, quadrangularibus, regularibus, 2-3 (raro 1-)septatis. 7527

Hab. ad folia dejecta Eucalypti Globuli pr. Coimbra Lusitaniæ (De Moller).

3. **Septonema exile** Karst. Symb. XX, pag. 98. — Effusum, tenue, atrum, mycelio vix ullo; conidiis oblongatis, elongatis vel cylindraceis utrinque rotundato-truncatis, rectis v. curvulis, solito inæqualibus, 1-6-septatis, non constrictis, fuligineis, demum impellucidis, in catenulas erectas rigidas, 120-140 μ. long. digestis, 21-75 ≃ 11-13. 7528

Hab. in cortice adhuc vivo Betulæ pr. Abo Fenniæ. — Inter *S. rude* et *S. atrum* medium.

4. **Septonema nitidum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVIII, p. 44. — Catenulis conidiorum solitariis vel fasciculatis, simplicibus, atris, nitidis, 100-125 μ. long.; conidiis cylindraceis, 1-3-septatis, ad septa non constrictis, fuscis (sub micr.), 20-40 ≃ 12-15; hyphopodiis conidia imitantibus v. nullis. 7529

Hab. in cortice Alni ad Mustiala Fenniæ.

5. **Septonema griseo-fulvum** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 92. Subcompactum, flavido-avellaneum, ambiens, 2 cm. vel ultr. lat.; hyphis intertextis, ramosis, primo hyalinis, septatis, demum in co- 7530

nidia mutatis; conidiis 1-septatis, ad septum sæpius constrictis, 6-9 ≃ 2,5-3, flavido-brunneis.

Hab. in ramis emortuis decorticatis Populi tremuloidis, Sand Coulee Cascade Co. Ma. Amer. bor. (F. W. Anderson).

6. **Septonema episphæricum** Peck 44 Rep. p. 27. — Cæspitulis confluentibus, nigro-brunneis; hyphis catenisque conidiorum sæpe dense fasciculatis, 120-150 μ. long.; conidiis variabilibus, oblongis v. cylindraceis, 1-3-septatis, 12-30 ≃ 5-7, coloratis v. subhyalinis. 7531

Hab. in Diatrype Stigmate sterili, Morehouseville Amer. bor. — Affine ut videtur *Sept. bisporoidi.*

Trib. 3. Helminthosporieæ Sacc.

HELMINTHOSPORIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 402.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Helminthosporium parvum** Grove in Journ. of Bot. 1886. p. 203, tab. 267, fig. — Parce gregarium, fusco-atrum; hyphis erectis, septatis, dilute fuscis, gracilibus, strictis, basi interdum subincrassatis, 80-90 ≃ 3-4, apice in conidium unicum (rarissime bina) evadentibus; conidiis oblongis, tridymis, apice obtuse rotundatis, basi subtruncatis, loculo apicali subquadrato et basali cuneato, luteolis, centrali rotundo, crassiori (inflato), brunneo, 12-15 ≃ 5-6. 7532

Hab. in ligno quercino, Sutton Coldfield prope Birmingham Britanniæ, cum *H. hormiscioide.* Loculus apicalis subinde brunneus, basalis nunquam. *H. coryneoidi* affine.

2. **Helminthosporium reticulatum** Cooke Fung. Brit. I, 360, Grev. XVII, p. 68. — Reticulato-effusum, maculas irregulares efformantibus; hyphis fasciculatis, flexuosis, tenuibus, septatis, fuscis, ad apicem hyalinis; conidiis subfusiformibus, utrinque obtusis, triseptatis, constrictis, fuscis, 22 ≃ 7. 7533

Hab. in foliis Fraxini, Thirsk, Yorkshire Britanniæ. — Habitus quasi *Asteromatis.*

3. **Helminthosporium resinaceum** Cooke Grev. XVII, p. 68. — Effusum, indeterminatum, atrum, opacum; hyphis simplicibus vel furcatis, septatis, constrictis, crassiusculis, fuligineis; conidiis subfusiformibus, majusculis, 7-septatis, quandoque leniter curvulis, 70 ≃ 10-12, olivaceo-fuscis. 7534

Hab. in resinea pinea, Shere Britanniæ.

4. **Helminthosporium acroleucum** Sacc. Bomm. et Rouss. Fl. myc. Belg. II, p. 51. — Effusum, nigrum, velutinum; hyphis brunneis, bre- 7535

vissimis, erectis, passim subnodulosis, pluriseptatis, leviter tortuosis, 60-72 ≈ 5; conidiis solitariis apicalibus, olivaceis, pellucidis, anguste clavatis, basi longe attenuatis 5-28-septatis, apice truncatis, verrucâ hyalinâ deciduâ terminatis, 40-160 ≈ 5-7, sæpius 63-66 ≈ 5.

Hab. in ramis decorticatis Sambuci nigræ et Syringæ vulgaris, Groenendael Belgii.

5. **Helminthosporium (?) Cerasorum** (Thüm.) Berl. et Vogl. Add. Syll. n. 3628, *Septosporium Cerasorum* Thüm. in Œster. Landwirth. Wochenbl. 1884, p. 259 et Thüm. et Boll. Contr. Funghi litt. Austr. III, p. 5. — Cæspitulis densissime gregariis, plus minus orbiculatim dispositis, griseo-fuscidulis, in macula suborbiculata, rufo-ochracea, applanata, disciformi, sat magna; conidiis magnis, rectis clavatis vel late fusoideis, brevi pedicellatis, basi angustatis, vertice dilatato-rotundatis, quadri-septemseptatis, succineo-luteis, diaphanis, magnitudine varia, 28-48 ≈ 10-16; hyphis brevibus, nodulosis, dilutioribus, 8 μ. crassis suffultis. 7536

Hab. in fructibus maturis, quos enecat, Cerasi dulci, S. Florian Goritiæ.

6. **Helminthosporium olivaceum** B. et Rav. North Am. Fung. 112. — Tenue, olivaceum; hyphis brevibus e mycelio repente oriundis, flexuosis, nodulosis; conidiis longissimis, lineari-clavatis, 10-12-septatis, singulatim v. binatim acrogenis. 7537

Hab. in foliis Gleditschiæ in Carolina infer. Amer. borealis (Ravenel).

7. **Helminthosporium subolivaceum** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 44. — Subcæspitosum, per corticem fissum erumpentibus; hyphis erectis, septatis, brunneis, æqualibus, 100-120 ≈ 3-4; conidiis subellipsoides, acrogenis?, primo subhyalinis, dein brunneis et sæpius 3-septatis, ad septa vix constrictis, utrinque subacutis, basi persistenter pedicellatis, 30-40 ≈ 10-14. 7538

Hab. in cortice emortuo Aceris rubri, Clyde, N. Y. Amer. bor. (O. F. Cook).

8. **Helminthosporium subcuticulare** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 114. — Primitus cæspitosum, dein interrupte confluens, cuticula secessa, demum liberum, nigrum; hyphis simplicibus, erectis, hyalinis, dein olivascentibus, 20-25 ≈ 4-5; conidiis acrogenis, solitariis, olivaceis, oblongo-cylindraceis, 2-septatis, 25-35 ≈ 15-18. 7539

Hab. in ramis emortuis Negundinis fraxinifolii, Sand Coulee, Montana Amer. bor.

9. **Helminthosporium paraguayense** Speg. Guar. I, p. 165. — Epiphyl- 7540

lum, laxe arachnoideo-velutinum, plagulas fuscas, effuso-orbiculares 2-4 mm. diam., efficiens, maculis nullis; hyphis sterilibus mucedineo-evanescentibus, repentibus parum perspicuis; fertilibus hinc inde penicillatim aggregatis, a basi liberis, erectis, 100-150 ≈ 4, cylindraceis, septulatis, flexuosis vel geniculatis, olivaceis, apice obtuse rotundatis ac pallidioribus; conidiis fusoideis vel fusoideo-clavatis rectis v. vix curvulis superne acutatis, inferne subtruncatis, 3 septatis, 18-25 ≈ 4, non v. vix constrictis, loculis duobus internis obscure olivaceis, duobus extimis pallidioribus, chlorinis.

Hab. ad folia viva Bignoniæ sp. cujusdam in silva subvirginea Caà-guazù Brasiliæ.

10. **Helminthosporium? bombycinum** Speg. F. Fueg. n. 447. — Pulvinulis late effusis, crassiusculis, gossypinulo villosulis, superficialibus, olivaceis; hyphis cylindraceis, 5 μ. cr., simplicibus, flexuosulis, dense intricatis, hinc inde parce noduloso-geniculatis, fuligineis; conidiis acro-pleurogenis, nodulis insidentibus, cylindraceis v. clavulatis, longitudine varia, 20-50 ≈ 4-5, dense septulatis, ad septa non vel constrictis, loculis subcuboideis, levibus, catenulatis, atris. 7541

Hab. ad ramulos vivos Pernettiæ mucronatæ in silvis pr. Agaia in Hoste island Fuegiæ. — Species habitu ac hypharum fabrica ad *Helminthosporium*, conidiis autem catenulatis ad *Dendryphium* accedens sed biogena; an huc *Antennaria scoriadea* Berk.

11. **Helminthosporium martinicense** Thüm. Rev. Myc. 1879, p. 10. — Maculis amphigenis, atris, radiatim orbicularibus, effusis, nitidis, solitariis; hyphis rigidis, subulato-strictis, erectis, simplicibus, obscure fuscis, non septatis, sursum sensim angustatis, apice acutatis; conidiis fusoideis, rectis, utrinque acutis, 16-guttatis, continuis (an semper?), hyalinis, 35 ≈ 7-8. 7542

Hab. in foliis vivis Buxi citrifoliæ in insula Martinica (Hahn).

12. **Helminthosporium obliquum** Karst. Hedw. 1890, p. 272. — Effusum, tenue, atrum; hyphis simplicibus, erectis, subflexuosis, articulatis, fuligineis (sub lente), 90-165 ≈ 10-11 mm.; conidiis fusoideo-oblongatis, rectis vel subcurvulis, sursum leviter attenuatis, apice obliquo, basi subtruncatis usque ad 7-septatis ad septa non constrictis, dilute olivaceis pellucidisque (sub lente), 40-45 ≈ 12-13. 7543

Hab. in ligno putrescente Pini ad Mustiala Fenniæ. — *Helminthosporio septemseptato* proximum.

13. **Helminthosporium collabendum** Cooke Grev, XVII, p. 67. — Effu- 7544

sum, indeterminatum, atrum; hyphis flexuosis, septatis, hinc illinc breviter furcatis, fuscis; conidiis fusiformibus triseptatis (rarius quadriseptatis) aureo-fulvis, 60-70 ≍ 12-14, episporio tenui, collabendo.

Hab. in cortice, Carolina austr.

14. **Helminthosporium minimum** Cooke Grev. XVII, p. 67. — Tenue, 7545
effusum, velutinum, atrum; hyphis erectis, tenuibus, fuscis, vix 100 μ. long. excedentibus; conidiis fusiformibus, utrinque obtusis, triseptatis, hyalinis, 12-14 ≍ 3-4, vix constrictis.

Hab. in ramis decorticatis Hereford Britanniæ.

15. **Helminthosporium armatum** (Lév.) Berl. et Sacc. *Oxysporium* 7546
armatum Lév. in Ann. Sc. Nat. 1863, pag. 300. — Hyphis setiformibus, gregariis, nigris, erectis, rigidis, simplicibus, continuis; conidiis 2-4-locularibus, levibus, acumine inani, lanceolatis, basi adfixis, apice liberis.

Hab. ad ligna vetusta, Villeta Alto del Trigo Novæ Granat. — «Nullis notis ab *Helminthosporiis* differre videtur».

16. **Helminthosporium guaraniticum** Speg. Guar. pag. 165. — Corti- 7547
colum, laxe tenueque velutinum, plagulas majusculas, effusas, irregulares, olivaceas efficiens; hyphis cylindraceis, erectis, longissimis crassiusculisque, 500-1000 ≍ 10-11, densis, rectis vel vix flexuosulis, septulatis, deorsum atris, sursum sensim dilutioribus, apice vix v. non subinflatulis ac truncatis; conidiis fusoideo-clavatis vel hirundineis, majusculis, 11-13-septatis vel guttatis, 100-120 ≍ 19-20, fuligineis, vertice rotundatis, basi truncatis.

Hab. ad ramulos dejectos emortuos pr. Carapeguà Brasiliæ.

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

17. **Helminthosporium Sarraceniæ** M. Mill. Bull. Torr. 1891, p. 214. 7548
— Cæspitulis orbicularibus, atris, velutinis, subconfluentibus, totum folium obtegentibus; hyphis fertilibus erectis, fasciculatis, ventricoso-nodosis, 75-150 ≍ 3,5-7,5 guttulatis, brunneis; conidiis e continuo 4-septatis, 7-15 ≍ 3-8, levibus.

Hab. in foliis emortuis Sarraceniæ purpureæ, pr. Minneapolim Amer. bor.

18. **Helminthosporium Libertianum** Roum. Rev. Myc. 1883, pag. 107. 7549
— Cæspitulis nigricantibus; hyphis copiosis, brevibus, flexuosis, furcatis; conidiis fusoideis, olivaceo-fuscis, 11-13-septatis.

Hab. in caulibus siccis Brassicæ oleraceæ rubræ cultæ in hortis Malmedy Arduennæ.

19. **Helminthosporium Matthiolæ** Thüm. et Boll. Contr. Funghi litt. Austr. III, p. 4. — Cæspitulis late effusis, sed tenuibus, laxis, atris; hyphis brevibus, erectis, nodulosis, septatis, pallide ochraceo-brunneis, irregulariter crassis; conidiis longe clavatis, basi in pedicellum longum attenuatis, apice rotundatis, sex-duodecim septatis, ad septa non constrictis, sordide fuscis, 40 ≍ 8-9, pedicello pallidiori, 10-14 μ. long. 7550

Hab. in siliquis aridis adhuc stantibus Matthiolæ incanæ, Goritiæ.

20. **Helminthosporium Euphorbiacearum** Pat. Bull. Socc. Myc. 1891, pag. 182. — Cæspitulis erectis, minutis, gregariis, vermiculariiformibus, maculam cinerescentem caulium obtegentibus; hyphis 5-10 fasciculatim connexis, rigidis, brunneis, septatis, cylindraceis, sursum obtusis pellucidisque, 100-120 ≍ 12-15; conidiis fuligineis, prælongis, 120-160 ≍ 22-25, rectis v. curvulis, fusoideis, inferne abrupte truncatis, superne regulariter attenuatis, levibus, transverse 5-10-septatis. 7551

Hab. in cortice Euphorbiaceæ cujusdam cactoideæ, Panecillo reipubl. Æquatoris Amer. centr.

21. **Helminthosporium Balansæ** Speg. Guar. I, p. 165. — Maculis hypophyllis, effusis, indeterminatis, olivascentibus, sæpe totum folium ambientibus, acervulis in maculis laxe sparsis ex hyphis liberis rectis v. sæpe nodulosis v. geniculatis, 50-100 ≍ 5, parce septatis, olivaceis compositis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusissime rotundatis, 1-3-septatis, 20-35 ≍ 5, dilute olivaceis. 7552

Hab. ad folia viva Evolvuli speciei cujusdam in silva Caâguazù Brasiliæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

22. **Helminthosporium palmicolum** Pat. et Gaill. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 124. — Maculis villosulis, brunneis; hyphis sterilibus fasciculatis, simplicibus, brunneis, septatis; conidiis fusoideis apice truncatis, stipitatis, 11-15-septatis, 60-80 ≍ 12-15. 7553

Hab. in petiolis putridis Palmarum, Atures Venezuela

23. **Helminthosporium spiculiferum** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, pag. 104. – Cæspitulis velutinis, maculis albis, obscure marginatis; hyphis fertilibus effusis, simplicibus, erectis, brunneis, subundulatis, continuis (vel obscure septatis?) 100 ≍ 2,5-3; conidiis oblanceolatis, pallide brunneis, 5-9-septatis, in basim gracilem at- 7554

tenuatis, sursum abruptius contractis, apice truncato, obscuriore, subinde ad unum vel nonnulla septa constrictis.

Hab. in foliis Sabalis Palmetto, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

24. **Helminthosporium Palmetto** Gerard Grev. XVII, p. 68. — Tenuissime in plagas orbiculares effusum, quandoque confluens; hyphis erectis, crassiusculis, septatis, fuscis; conidiis fusiformibus trisepta- 7555
tis, aureo-succineis, 45 ≍ 8.

Hab. in foliis Palmetto, Louisiana Amer. bor.

25. **Helminthosporium avenaceum** Curtis Herb., Grev. XVII, p. 67. — 7556
Effusum, atrum, tenue velutinum; hyphis erectis, crassiusculis, septatis, subopacis; conidiis cylindraceis v. subfusoideis, utrinque rotundatis, 4-5-septatis, pallide melleis 75-85 ≍ 15.

Hab. in stramine avenaceo in Amer. bor.

26. **Helminthosporium gramineum** Rabh. Herb. Myc. 332, Grev. XVII, 7557
p. 67. — Tenuissime effusum; hyphis brevibus, subflexuosis, pallide fuscis; conidiis solitariis, elongato-cylindraceis, 3-6-septatis.

Hab. in foliis languidis Hordei vulgaris, Pappelsdorf Germaniæ. — *H. gracili* affine.

27. **Helminthosporium hadrotrichoides** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, 7558
p. 44. — Maculis elongatis, albis, sæpius præsentibus, plerumque ephiphyllis; hyphis laxe cæspitosis, erectis, fumoso-brunneis, continuis v. 1-2-septatis, 30-35 ≍ 6-7, apice inflatis et 8-12 μ. diam.; conidiis clavato-obovatis v. clavato-cylindraceis, flavido-brunneis.

Hab. in foliis pro parte emortuis Eragrostidis majoris, Faulkland Del. Amer. bor. (A. Commons).

28. **Helminthosporium sigmoideum** Cav. Mat. Lomb. p. 15, t. I, f. 5. 7559
— Effusum, atrum; hyphis fertilibus subsparsis, erectis, rigidiusculis, hinc inde nodulosis, 3-10-septatis, simplicibus, olivaceis, 100-150 ≍ 5; conidiis magnis falcato-sigmoideis, utrinque obtusis, 3-septatis, articulis mediis crassioribus, granulosis, dilute olivaceis, extimis hyalinis, 55-65 ≍ 11-14.

Hab. in foliis, vaginis culmisque Oryzæ sativæ pr. Pavia Ital. bor. — Subaffine *H. hyalophæo.*

29. **Helminthosporium Sorokinianum** Sacc. in Zeitschr. f. Pflanzenkr. 7560
I, p. 238 (1891) et in Sorok. Ueb. einig. Krankh. etc. p. 15, f. 9. — Cæspitulis fulvescentibus, flocculosis; hyphis fertilibus, elongatis, flexuosis septatis, brunneis ex mycelio endogeno oriundis; conidiis acrogenis, ovato-fusoideis, majusculis, 80-100 ≍ 30, rufo-brunneis, 5-10-septatis, passim lenissime constrictis, rectis curvulisve.

Hab. in spicis Tritici et Secalis in reg. meridionali Ussuriæ Rossiæ. — Ab affini *H. tereti* differt hyphis longioribus conidiis fusoideis et crassioribus.

30. **Helminthosporium foveolatum** Pat. Journ. bot. 1891, p. 321. — Membranaceum, nigrum, late effusum, e matrice secernibile, 0,5 mm. circ. cr., in superficie irregulariter foveolatum; hyphis erectis, septatis, cæspitosis, flavo-brunneis, 100-200 ≈ 6-8; conidiis concoloribus, longe stipitatis, multiseptatis, rectis vel geniculatis, 40-70 ≈ 7-9. 7561

Hab. in caulibus siccis Bambusæ, Ke So Tonkin.

31. **Helminthosporium caaguazuense** Speg. Guar. I, p. 164. — Epiphyllum, laxissime arachnoideo-effusum, tenuissimum, atrum; maculis nullis; hyphis sterilibus repentibus, longe remoteque ramoso-intricatis, parce septatis, subgracilibus, 4 μ. cr., olivaceis; hyphis fertilibus hinc inde sparse exsurgentibus, erectis, subflexuosulis, crassiusculis, 200-250 ≈ 7-7,5, densiuscule septatis sæpeque subnodulosis, fuligineis, apice rotundatis, non vel vix attenuatis, dilutioribus; conidiis elongato-subfusoideis, 50-60 ≈ 8-9, rectis, 5-7-septatis, non constrictis, sursum attenuato-rotundatis, deorsum subcuneato-truncatis, fuligineis. 7562

Hab. ad folia viva Bambusaceæ cujusdam in Pastoreo de Caà-guzù Brasiliæ.

32. **Helminthosporium Bambusæ** Cooke Grev. XX, p. 91. — Cæspitulis compactis, convexis, atris, gregariis, plerumque sphæriæformibus; hyphis fasciculatis, erectis, teretibus, septatis, pallide fuscis v. subfuligineis; conidiis acrogenis, lanceolatis, superne acutis, 3-5-septatis, nec constrictis, pallide fuscis, 60-70 ≈ 12, episporio tenui. 7563

Hab. in Bambusa spinosa Assam. (Mann.)

33. **Helminthosporium tonkinense** Karst. et Roum. Rev. Myc. 1890, p. 78. — Effusum, crustaceum, atratum vel fusco-atrum; hyphis intricatis, flaccidis, flexuosis, subtorulosis, ramosis, articulatis, dilute fuligineo-olivaceis, 6-9 μ. cr.; conidiis fusoideo-oblongatis vel elongatis, rectis v. leniter curvulis, 3-5 (vulgo) 4-septatis, ad septa non constrictis, olivaceo fuligineis, 78-67 ≈ 13-17. 7564

Hab. in inflorescentia Sporoboli tenacissimi in Ououbi Tonkin. — *H. Ravenelii* affine.

34. **Helminthosporium parasiticum** Sacc. et Berl. F. aliq. Guin. p. 4. — Hyphis simplicibus erectis, subsparsis, basi incrassatis, fuligineis, apice pallidiori guttuligero, denticulis truncatis sæpe armato attenuatoque, septatis 180-300 ≈ 8; conidiis obclavatis, loculo extimo 7565

valde attenuato, subhyalino, triseptatis, septis distinctissimis, loculis uniguttulatis, pallide ochraceo-lutescentibus, 36-42 ≃ 10-12.

Hab. parasitans in stromate Diaporthes cujusdam in caule Musæ viventis, S. Thomé Afr. occid. (Ad. Fr. Moller). — *Helm. congestum* B. et C., Grev. XVII, p. 68 (ex Cuba). Ob specimina imperfecta, omnino dubium.

BRACHYSPORIUM Sacc. Syll. IV, p. 423.

1. **Brachysporium caliginosum** C. Mass. Contr. Myc. Ver. p. 117, t. IV, f. 30. — Cæspitulis atro-brunneis, subvelutinis, sæpe effuso-confluentibus; hyphis fertilibus densissime stipatis, subflexuosis, simplicibus, remotiuscule septatis, 100-170 ≃ 5; conidiis concoloribus, caducis, acrogenis, polymorphis, plerumque elliptico-oblongis (junioribus subobovatis), 0-3-septatis, 9-20 ≃ 5-7, episporio minutissime granulato. 7566

Hab. in sarmentis siccis Vitis viniferæ, Tregnago in agro veronensis. — *B. oosporo* affine.

2. **Brachysporium serpens** Karst. et Har. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Cæspitulis effusis, tomentosis, fuscis; hyphis longissimis, ramosis, articulatis, fuligineis pellucidisque (sub lente), 5-6 μ. cr., conidiis ellipsoideis, obtusis, 3-septatis, ad septa non constrictis, fuligineis sub lente, loculis ultimis hyalinis, 16-18 ≃ 9-10. 7567

Hab. supra ligna putrescentia Ville-sur-Terre depart. Aube Galliæ.

3. **Brachysporium Sarraceniæ** M. Mill. Bull. Torr. 1891, p. 214. — Cæspitulis ut in *Helminthosporio Sarraceniæ;* conidiis plerumque sphæricis, pluriseptatis, e loculis 8-12 compositis, obscure fuscis v. carbonaceis, 15-30 ≃ 15-30, echinulatis. 7568

Hab. in foliis emortuis Sarraceniæ purpureæ, Minneapolis Amer. bor.

4. **Brachysporium Crepini** (West.) Sacc. Syll. IV, p. 430 — Var. **minus** Cfr. Karst. et Har. Journ. Bot. 1890, p. 363. — Differt conidiis multo minoribus, 30-44 ≃ 14, fuliginosis, hyphis 6-8 μ. cr. 7569

Hab ad frondem Ophioglossi, Mery-sur-Seine Galliæ.

OPHIOTRICHUM Fr. Summa p. 503, Sacc. Syll. IV, p. 761 (Etym. *ophis* serpens et *thrix* capillus). — Hyphæ repentes radiantes, atræ, septatæ. Conidia ovoideo-oblonga, 2-pluriseptata, fuliginea pleurogena. — Habitus *Meliolæ*, cujus forte st. conidicum sistit.

1. **Ophiotrichum Acalyphæ** Thüm. Rev. Myc. 1879, p. 10. — Maculis 7570

stellari-ramosis vel radiantibus, epiphyllis, orbiculatis, primo albidis, demum ochraceis, gregariis, postremo grumosis; hyphis externis dilute fuscis, internis hyalinis, magnis, longis, interdum septatis, apice acutatis; conidiis longe ellipsoideo-ovoideis, vertice subobtusatis, apice subacutis, 2-3-septatis, ad septa non constrictis, fusco-brunneis, 12 ≍ 5.

Hab. ad folia Acalyphæ levigatæ in insula St. Domingo (C. Keck).

CERCOSPORA Fres. — Sacc. Syll. IV, p. 431.

I. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

1. **Cercospora Calthæ** Cooke Grev. XVII, p. 65. — Maculis orbicularibus, epiphyllis, fuscis; hyphis brevibus, hyalinis; conidiis cylindraceis, subattenuatis, septis vix distinctis, 30-35 ≍ 2. 7571

Hab. in foliis languidis Calthæ, Forres Britann. bor.

2. **Cercospora Aquilegiæ** Kell. et Sw. Journ. Mycol. 1889, p. 74. — Maculis amphigenis, purpureo-brunneis, sparsis v. subinde confluentibus, 3-15 ≍ 1,5-5 mm., irregulariter linearibus v. oblongis, interdum subquadrangularibus; cæspitulis minutis, ex hyphis 2-6, laxis compositis; hyphis fuscis, simplicibus, vix attenuatis, apice vulgo valide geniculato-dentatis, 50-145 ≍ 4-6,5; conidiis paucis, hyalinis, flagellatis, basi obtusis, crassioribus, apice gracillimis et acuminatis, 140-310 ≍ 4,5-6 (basi), apice 1,5-3 μ. cr. 7572

Hab. in foliis radicalibus Aquilegiæ canadensis, Manhattan, Kansas Amer. bor.

3. **Cercospora Menispermi** E. et Holw. Journ. Myc. 1888, p. 6. — Hypophylla; maculis parvis, indefinitis, atro-brunneis, demum orbicularibus, 2-5 mm. diam., subtus concavis et plus minus confluentibus, cæspitulis e basi subsphærica, tuberculari, circ. 35 μ. diam., exsurgentibus; hyphis subrectis, pallide brunneis, sæpius continuis, 75-80 ≍ 4, supra geniculato-sinuatis; conidiis obclavatis, 40-60 ≍ 5-7, pallide brunneis, guttatis, dein 3-5-septatis, sæpe multo brevioribus, obovatis v. oblongo-ellipsoideis, 1-3-septatis, 15-25 ≍ 5-7. 7573

Hab. in foliis vivis Menispermi canadensis, Decorah, Jowa et Manhattan Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle).

4. **Cercospora Nasturtii** Pass. — Syll. IV, p. 433 — var. **Sisymbrii** Bäuml. F. Schemn. I, p. 11. — Hyphis in cæspitulos collectis, 60-100 ≍ 7, fuscis, sursum hyalinis et denticulatis; conidiis 100-120 ≍ 3-6, clavatis, hyalinis. 7574

Hab. in foliis Sisymbrii austriaci pr. Schemniz Hungariæ.

5. **Cercospora Bizzozeriana** Sacc. et Berl. F. Ven. nov. p. 20, t. XIV, f. 23. — Maculis albidis, margine obscuriori angusto cinctis, orbicularibus v. confluendo difformibus, 0,3-0,5 cm. diam.; cæspitulis hypophyllis, parcis; hyphis fasciculatis, continuis, nodulosis, dilute fuligineis, sursum pallidioribus, 80-90 ≈ 4-5; conidiis longe cylindraceis apice rotundatis, crebre septatis, e nodulis oriundis rectis v. vix flexuosis, 120-126 ≈ 5-7, hyalinis, subinde minoribus vix 50-60 μ. long. 7575

Hab. in foliis vivis Lepidii latifolii, Padova Ital. bor. (Bizzozero).

6. **Cercospora Cruciferarum** E. et E. Journ. Mycol. 1887, p. 17. — Maculis amphigenis, rotundis, albis, margine atro elevato cinctis, minutis, 1-2 mm. diam.; hyphis cæspitulosis, amphigenis fuscis, distincte septatis, subgeniculatis, apice subtruncatis et grosse denticulatis, 80-120 ≈ 4-5; conidiis angustis, tenuiter multiseptatis, 100-150 ≈ 4,5, hyalinis. 7576

Hab. in foliis Raphani et Sisymbrii, Missouri et Delaware Amer. bor. (Galloway et Commons).

7. **Cercospora Impatientis** Bäuml. F. Schemn. I, p. 11. — Maculis rotundatis demum irregularibus, arescendo griseis vel albidis, fusco-cinctis; cæspitulis epiphyllis minutis brunneis; hyphis fasciculatis, nodulosis, ramulosis, continuis, 50-80 ≈ 3-7, brunneis; conidiis elongatis, 30-50 ≈ 5-8, dilute brunneis, 1-4-septatis. 7577

Hab. in foliis vivis Impatientis Nolitangere, Beluj pr. Prencow Hungariæ.

8. **Cercospora Tropæoli** Atk. Cerc. Alab. p. 27. — Maculis amphigenis, dilutissime brunneis, supra margine angusto, elevato cinctis, suborbicularibus, 2-4 mm. lat.; hyphis epiphyllis, in quoque cæspitulo paucis, validis, brevibus, pallidissime fuligineis, 20-40 ≈ 5, dentatis; conidiis hyalinis, basi validiusculis, supra abrupte longeque attenuatis, multiseptatis, 50-150 ≈ 3,5-4,5. 7578

Hab. in foliis Tropæoli culti, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

9. **Cercospora columbiensis** E. et E. Journ. Mycol. 1887, p. 15. — Maculis amphigenis, minutis, 1 mm. diam., rotundis albis, atromarginatis; hyphis solito epiphyllis, e tuberculo minuto cæspitosis, pallide brunneis, simplicibus, sursum subdentatis, 35-55 ≈ 4-5, continuis; conidiis hyalinis, angustis, 4-5-septatis, 60-80 ≈ 3. 7579

Hab. in foliis Jonidii concoloris, Columbia Mo. Amer. bor. (Galloway). — Affinis *C. tandilensi*, sed bene distincta.

10. **Cercospora Ii** Trail Trans. Crypt. Scot. 1889, p. 48. — Maculis amphigenis, 2-5 mm. diam., sordidis, dein pallidis, indeterminatis, fusco-marginatis; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, fertilibus erectis, continuis, sursum denticulatis, 30-40 ≍ 4-5; conidiis cylindraceis, passim sursum tenuatis, rectis curvulisve, 20-60 ≍ 5-7, solitariis (semper?), 3-6-septatis. 7580

Hab. in foliis Violæ palustris, Dalmally et pr. Inveraray Scotiæ.

11. **Cercospora Violæ-silvaticæ** Oud. Microm. I, pag. 12. — Maculis amphigenis suborbicularibus, aridis, pallescentibus; mycelio endophyllo, denso, fuligineo, ramosissimo, septato; hyphis fertilibus erectis, cylindraceis, subnodosis, fuscescentibus, brevibus, parce septatis; conidiis hyalinis cylindraceis, 3-7-septatis, curvatis, apice obtusissimis, basi truncatis, 45-70 ≍ 4,5. 7581

Hab. in foliis Violæ silvaticæ, Apeldoorn Nederlandiæ.

12. **Cercospora Violæ-tricoloris** Br. et Cav. Fung. Parass. n. 185. — Maculis suborbicularibus, magnis, cinereis; hyphis e tuberculo parenchymatico subepidermico ortis, 60-100 μ. longis, cylindraceis, flexuosis, denticulatis, septatis, olivaceis; conidiis clavulatis, pluriseptatis, dilute chlorinis, 100-200 ≍ 3-4. 7582

Hab. in foliis Violæ tricoloris cultæ in horto bot. Pavia Ital. bor. — Ab affini *C. Violæ* differt hyphis multo longioribus, septatis e tuberculo subcutaneo oriundis.

13. **Cercospora Lini** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 16. — Maculis definitis nullis; cæspitulis effusis, folium ad flavum vergentibus; hyphis simplicibus, subolivaceis, continuis, cæspitulos parvos, densos, 35-40 μ. alt. efformantibus; conidiis gracilibus, 40-60 ≍ 2,5-3, guttulatis, fumoso-hyalinis, subcurvulis, sursum sensim attenuatis. 7583

Hab. in foliis languidis Lini virginiani, Faulkland, Delaware Amer. bor. (A. Commons).

14. **Cercospora Brunkii** Ell. et Gall. Journ. Myc. 1890, p. 33. — Maculis amphigenis, dilute brunneolis vel pallide lateritiis, orbicularibus vel ovalibus, $^3/_4$-$2^1/_4$ mm. diam., margine angusto, subelevato, subobscuriore cinctis; hyphis amphigenis, pallide brunneis, 90-200 ≍ 3-5, subgeniculatis, 2-5-septatis, cæspitulos laxos, effusos efformantibus; conidiis clavato-cylindraceis, hyalinis, 5-20-septatis, 50-125 ≍ 3-4 (basi). 7584

Hab. in foliis Geranii sp. cultæ, Brazos County, Texas Amer. bor. (Prof. T. L. Brunk). — A *C. Geranii* hyphis obscurioribus, conidiis multiseptatis et majoribus diversa.

15. **Cercospora Geranii** Kell. et Sm. Journ. Mycol. 1889, p. 74. — 7585
Maculis amphigenis, brunneolis v. fuscis, ex ovato sublinearibus, sæpissime pallide rubro-cinctis, 2-8 ≂ 1,5-4 mm.; cæspitulis amphigenis, crebre æqualiterque sparsis, minusculis, sæpius e stomatibus assurgentibus; hyphis brunneolis, 25-50 ⩶ 3-4, simplicibus, basi parce septatis, apice sinuato-subdenticulatis; conidiis copiosis, hyalinis, cylindraceis vel clavatis, utrinque acutis, 1-5-septatis, non constrictis, 36-98 ≂ 1,5-3.

Hab. in foliis languidis Geranii caroliniani, St. George, Pottawatomie County Amer. bor.

16. **Cercospora Cleomes** Ell. et Halst. Journ. Myc. 1890, p. 34. — 7586
Maculis amphigenis, suborbicularibus, griseis anguste atro-marginatis, 2-4 mm. diam.; hyphis amphigenis, laxe cæspitosis, pallide brunneis, septatis, geniculatis, 75-100 ≂ 3,5-4; conidiis angustis, hyalinis, multiseptatis, 75-100 ⩶ 3-3,5.

Hab. in foliis Cleomes pungentis, New Brunsvick N. J. Amer. bor. — A *C. Capparidis* satis diversa.

17. **Cercospora lathyrina** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 91. — 7587
Maculis ferrugineo-brunneis, dein centro pallidioribus, subepiphyllis, subindefinite limitatis, 2-5 mm. diam.; hyphis epiphyllis, cæspitosis, brunneolis, sursum flexuosis, parce septatis, 75-100 ≂ 4; conidiis angustis, hyalinis, tenuissime 1-3-septatis, 80-110 ≂ 3.

Hab. in foliis vivis Lathyri latifolii culti, Newfield N. J. Amer. bor.

18. **Cercospora Vignæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 19. — Maculis 7588
amphigenis, minutis, irregularibus, rufo-brunneis; cæspitulis effusis, fumoso-olivaceis, strata velutina formantibus; hyphis brevibus, 35-45 ≂ 4-5, curvis, sursum patentibus et subdentatis, pallide brunneis, subcontinuis; conidiis angustis demum 3-5-septatis, 70-110 ≂ 3, hyalinis, nucleatis.

Hab. in foliis Vignæ luteolæ, Louisiana Amer. bor. (Langlois). — Diversa a *C. cancescente*, quacum sæpe nascitur in eodem folio.

19. **Cercospora Fabæ** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 13. — Maculis con- 7589
centrice zonatis, sæpe confluentibus, atro-purpureis, centro griseis; hyphis sterilibus reticulatim intertextis, fertilibus erectis, fasciculatis, epiphyllis, violaceis, dentatis, majoribus 60 ⩶ 6; conidiis 7-9-septatis, sæpe uno apice attenuatis, 60-110 ≂ 5-7.

Hab. in foliis Viciæ Fabæ (minoris) Clamercy, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

20. **Cercospora Dolichi** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889. p. 71. — 7590
Amphigena sed sæpius hypophylla; maculis rubidis; cæspitulis parvis, inæqualiter sparsis, basi tuberculari destitutis; hyphis olivaceis, 20-35 ≈ 4-5, simplicibus vel supra subdenticulatis, continuis vel obscure 1-2-septatis; conidiis tenuiter obclavatis, hyalinis, 3-5- vel pluriseptatis, 50-100 ≈ 3,5-4.

Hab. in foliis Dolichi sinensis, Starkville, Missouri Amer. bor. (Prof. S. M. Tracy).

21. **Cercospora flagellifera** Atk. Cerc. Alab. p. 19. — Maculis amphi- 7591
genis, suborbicularibus v. angulosis, 3-4 mm. lat. v. magnis et indefinite limitatis, superne atro-brunneis, inferne pallidioribus; hyphis amphigenis, compactiuscule fasciculatis v. effusis, rubenti-brunneis, apice flexuosis et dentatis aut cylindraceis, 40-150 ≈ 4-5; conidiis hyalinis, longissimis et gracilibus, multiseptatis, 70-250 ≈ 2,5-3 (basi).

Hab. in foliis Galactiæ pilosæ et Lespedezæ, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

22. **Cercospora Daleæ** E. et K. Journ. Myc. 1888, p. 6. — Cæspi- 7592
tulis densis, sphæræiformibus et subseriatis aut elongatis et gregariis; hyphis simplicibus, brunneolis, rectis, supra subdenticulatis, 25-30 ≈ 4-5; conidiis obclavato-cylindraceis, brunneolis, 1-2-septatis, 30-40 ≈ 3-4.

Hab. in caulibus emortuis Daleæ laxifloræ, Kansas Amer. bor. (Kellerman et Swingle).

23. **Cercospora Medicaginis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 91. 7593
— Maculis ferrugineo-brunneis, demum sordide brunneis, suborbicularibus et subindefinite limitatis, 3-5 mm. diam.; hyphis amphigenis sed superne crebrioribus, subhyalinis, dein flavido-brunneis, continuis, geniculatis, 35-45 ≈ 4-5; conidiis cylindrico-fusoideis, 3-6-septatis, 40-60 ≈ 3.

Hab. in foliis Medicaginis denticulatæ, College Station Texas Amer. bor. (H. S. Jennings). — Cæspituli late dense effusi, stratum ferrugineo-brunneum formantes.

24. **Cercospora Davisii** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 29. — 7594
Maculis amphigenis, atro-brunneis, suborbicularibus, 0,2-0,5 cm. diam., margine subindefinitis; hyphis amphigenis, cæspitosis, pallide brunneis geniculatis, curvatis, subseptatis, 40-50 ≈ 5; conidiis variabilibus, oblongo-cylindraceis v. obclavatis, 20-80 ≈ 4-5, multinucleatis, dein 5-6-pluriseptatis.

Hab. in foliis Meliloti albæ, Racine Wis Amer. bor. — Differt a *C. Meliloti* Oud.

25. **Cercospora Meliloti** Oud. Contr. Flor. Myc. Pays-Bas XI, p. 51, 7595
vix *Depazea Meliloti* Lasch, Syll. III, p. 63. — Maculis albidis, orbicularibus, ovatis v. oblongis, 2-4 mm. diam.; hyphis fertilibus e pseudostromate parenchymatico, subcutaneo, sphæroideo, atro orientibus, epidermidem fasciculatim perforantibus, brunneolis, septatis, 20-69 ≂ 3-4, plus minusve flexuosis; conidiis bacillaribus v. obclavatis, uni- pluriseptatis, 23-65 ≂ 2-3, hyalinis.

Hab. in foliis Meliloti officinalis prope Nymègue Hollandiæ. — Cfr. *Septoria Meliloti*, supra p. 362.

26. **Cercospora Solimani** Speg. Guar. I, p. 167. — Maculis amphi- 7596
genis, fuscescenti-atris, suborbicularibus, 1-3 mm. diam., determinatis, rigido-coriaceis; acervulis centro macularum laxe insidentibus, subpenicillatis, 80-150 ≂ 30-50, ex hyphis gracilibus elongatis, 70-150 ≂ 3-3,5 olivaceis, remote septulatis, basi subcoalescentibus, superne liberis compositis; conidiis cylindraceo- v. fusoideo-clavulatis, 30-40 ≂ 4, fumosis v. chlorinis, utrinque acutiuscule rotundatis, 3-5-septatis, non constrictis.

Hab. ad folia viva v. languida Leguminosæ cujusdam cultæ, Soliman pr. Caà-guazù Brasiliæ.

27. **Cercospora Stylosanthis** Speg. Guar. I, p. 169 (1886). — Macu- 7597
lis fusco-rubiginosis, orbicularibus v. confluendo repando-irregularibus, majusculis, sæpius ramulos ac ochroas totas ambientibus, squamuloso-pustulosis; acervulis olivaceis, in maculis hinc inde densiuscule erumpentibus, compactiusculis, ex hyphis cylindraceis, continuis, rectis vel vix flexuosulis, 35-50 ≂ 5, apice truncatulis, rubiginosis, asperulo-rugulosis, efformatis; conidiis cylindraceo-clavulatis, rectis vel vix flexuosis, 3-5-septatis, nubilosis, rubiginosis, utrinque obtusiusculis, 35-45 ≂ 4-5, levibus.

Hab. ad caules vivos Stylosanthis cujusdam in silva Caà-guazù Brasiliæ.

28. **Cercospora Commonsii** Sacc., *Cercospora Stylosanthis* E. et E. 7598
Journ. Myc. 1887, p. 13, vix Speg. — Hypophylla; cæspitulis subconfluentibus, subolivaceis; hyphis dense cæspitosis, brevissimis, 15-20 ≂ 4-5, simplicibus, sursum tenuatis, sæpius integris, pallide brunneis; conidiis obclavatis, angustis, 50-75 ≂ 3, tenuiter 3-5-septatis, flavido-hyalinis.

Hab. in partibus emortuis brunneis indefinite limitatis foliorum Stylosanthis elatioris, Delaware Amer. bor. (Commons). — A præcedente videtur satis diversa.

29. **Cercospora Sedoidis** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 4, — Am- 7599

phigena; maculis indefinitis, inconspicuis, vix rubiginosis, $^1/_4$-$^1/_2$ cm. diam., supra distinctioribus et plus minus confluentibus; cæspitulis paucis, effusis, e folii stomatibus sæpius exsurgentibus; hyphis continuis, 15-20 ≍ 2,5-3, subfuscis, supra subdenticulatis et subundulatis v. fere integris; conidiis gracilibus, obclavato-linearibus, flavido-hyalinis, 2-4-septatis, sæpius 40-55 ≍ 2,5-4.

Hab. in foliis vivis Penthori sedoidis, Manhattan, Kansas (W. T. Swingle) et Jowa (Doct. Halsted) Amer. bor.

30. **Cercospora Apii** Fres. — Syll. IV, p. 442 — var. **Carotæ** Passer. Diagn. F. N. IV, p. 15. — Amphigena; maculis parvulis, in folii lobulis fuscis, dein expansis; hyphis brevibus, fasciculatis, rectis, septulatis, hyalinis; conidiis bacillaribus vel vix clavulatis, rectis, hyalinis, integris vel interdum endoplasmate diviso, spurie septatis, 30-65 ≍ 3,5-4. 7600

Hab. in foliis languidis et mox consumptis Dauci Carotæ in hortis, Parma Ital. bor.

31. **Cercospora Sii** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 71. — Sæpius hypophylla; maculis in hypophyllo flavidis, in epiphyllo nigris; cæspitulis densis, demum confluentibus 2-3 mm. lat.; hyphis laxe fasciculatis, fumosis v. olivaceo-hyalinis, 40-60 ≍ 5, supra dentatis et sinuatis, continuis v. parce septatis; conidiis acro-pleurogenis, oblongo-cylindraceis, sæpius 1-septatis, vix curvulis, granulosis, 20-45 ≍ 5-7. 7601

Hab. in foliis Sii cicutifolii, Racine, Wisconsin Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

32. **Cercospora Polytæniæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 104. — Cæspitulis densis, sphæræformibus, maculis atris, 3-4 mm. lat., suborbicularibus vel ellipsoideis, centro sordide albis; conidiis hyalinis, granulosis, dein 1-3-septatis, 70-100 ≍ 4-5. 7602

Hab. in foliis Polytæniæ Nuttallii, Manhattan, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle).

33. **Cercospora Osmorrhizæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 89. — Maculis amphigenis, griseo-albis, 2-3 mm. diam., in areis emortuis indefinite limitatis sitis; hyphis laxe fasciculatis, 60-70 ≍ 3, parce septatis, subolivaceis, sursum flexis denticulatisque in quoque fasciculo paucis; conidiis angustis, multiseptatis, hyalinis, 80-120 ≍ 3-4. 7603

Hab. in foliis Osmorrhizæ longistylæ, Newark Del. (Commons), Racine Wis. Amer. bor. (Davis).

34. **Cercospora Hydrocotyles** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 16. — 7604

Maculis amphigenis, rubro-brunneis, 2-3 mm. definitis, supra convexis, subtus concavis; hyphis amphigenis, minute cæspitulosis, dense sparsis, pallide brunneis, brevibus, effusis, circ. 20 ≍ 3, continuis, subintegris; conidiis subcylindraceis, subhyalinis, 30-40 ≍ 3, guttulatis.

Hab. in foliis Hydrocotyles interruptæ, Luisiana Amer. bor. (Langlois).

35. **Cercospora platyspora** E. et Holw. Journ. Myc. 1887, p. 16. — 7605
Maculis amphigenis, parvis, 1-2 mm. lat., irregularibus, venulis folii partim limitatis, lignicoloribus, brunneis; cæspitulis hypophyllis, nigris, laxis, creberrime sparsis sed non confluentibus; hyphis apice sæpe subuncinatis, plerumque lateraliter ramulosis, rubiginosis, continuis v. vix v. parce septatis, effusis, subundulatis, 50-70 ≍ 5-6; conidiis subhyalinis, oblongis, granulosis, medio indistincte 1-septatis, utrinque obtusis, sæpius 35-40 ≍ 6-7.

Hab. in foliis Ziziæ integerrimæ, Racine, Wis. Amer. bor. (Doct. J. J. Davis).

36. **Cercospora Ziziæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 16. — Maculis 7606
brunneis, dein centro griseis, subrotundis, 3-5 mm. lat.; hyphis fertilibus, erectis, fumoso-brunneis, subrectis, integris, cæspitosis, sæpius epiphyllis, 3-8 in quoque cæspitulo, 50-60 ≍ 6-7; conidiis hyalinis, cylindraceo-clavatis, multiseptatis, 100-130 ≍ 4.

Hab. in foliis Ziziæ cordatæ, West Chester, Pa, Amer. bor.

37. **Cercospora Gauræ** Kell. et Sw. Journ. Mycol. 1889, p. 75. — 7607
Maculis amphigenis, definitis, subolivaceis, indefinite rubido-cinctis, suborbicularibus, ovatis vel rotundato-angulosis, circ. 5-10 mm. diam.; cæspitulis sæpius epiphyllis, primo parvis, dein majoribus, 40-100 μ. diam.; hyphis dense gregariis, brevibus, simplicibus, continuis, subfuscis, apice subattenuatis, 15-30 ≍ 2,5-4, sæpius 10-25 ≍ 3-4, supra sæpe dentatis, subtus subinde incurvis v. valde dentatis; conidiis hyphis concoloribus, lineari-clavatis, 3-7-septatis, 40-108 ≍ 2-4.

Hab. in foliis Gauræ biennis, Columbus, Kansas Amer. bor.

38. **Cercospora Jussiææ** Atk. Cerc. Alab. p. 18. — Epiphylla; ma- 7608
culis albis, indefinite purpureo-cinctis; hyphis fasciculatis, rubentibus, septatis, apicem versus geniculatis dentatisque, 40-120 ≍ 4-4,5; conidiis hyalinis, obclavatis, 3-10-septatis, 100-150 ≍ 4.

Hab. in foliis Jussiææ leptocarpæ et J. decurrentis, Auburn, Alabama Amer. bor.

39. **Cercospora Ludwigiæ** Atk. Cerc. Alab. p. 26. — Maculis amphi- 7609

genis, subcircularibus, irregularibus, rubro-brunneis v. purpureis, subinde centro albidis, 1-3 mm. diam.; hyphis epiphyllis, dense fasciculatis, e basi tuberculari assurgentibus, brevibus, olivaceo-brunneis v. dilute fuligineis, rectis v. flexuosis, 20-30 ≃ 4,5; conidiis gracilibus, teretibus, rectis v. curvis, subinde guttulatis, 3-10-septatis, vix coloratis, 25-100 ≃ 2,5-3.

Hab. in foliis Ludwigiæ alternifoliæ, Auburn, Atkinson Amer. bor.

40. **Cercospora Mitracarpi** Speg. F. Puigg. n. 462. — Maculis indeterminatis, majusculis, sæpe totum folium ambientibus, superne pallescentibus, inferne fulvescentibus, sæpe obsoletis, sed fere semper ad epiphyllum concentrice rugosis; cæspitulis epiphyllis, erectulis, 80-130 ≃ 28-30, sæpe totam maculam obtegentibus, e 5 v. 20 hyphis laxe subfasciculatis, base tantum conjunctis, apice obtusis, 3-7-septatis, levibus, pellucidis, olivaceis efformatis; conidiis e cylindraceo clavulatis, 30-40 ≃ 9-14, apice obtuse rotundatis, basi attenuato-truncatis, 4-6-locularibus, loculis sæpius nucleo majusculo cruciformi præditis, levibus, pellucidis, fuligineo-olivaceis. 7610

Hab. ad folia viva Mitracarpi sp. in campis prope Apiahy Brasiliæ.

41. **Cercospora Prenanthis** E. et K. Journ. Myc. 1887, pag. 104. — Amphigena; maculis nullis; cæspitulis punctiformibus, minutis, nigris, sparsis vel plus minus in areis folii venulis limitatis gregariis; hyphis continuis, 25-35 ≃ 4, subolivaceis, simplicibus, integris; conidiis obclavato-cylindraceis, guttulatis, granulosis, subhyalinis, 50-60 ≃ 5-6. 7611

Hab. in foliis vivis Prenanthis asperæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle).

42. **Cercospora Elephantopi** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 15. — Maculis indefinitis, sordide brunneis, atro-purpureo-marginatis, 2-4 mm. diam., infra obscurioribus; cæspitulis subeffusis, stratum velutinum fumoso-brunneum v. demum cæsio-murinum formantibus; hyphis amphigenis, sed infra crebrioribus, brevibus, 25-35 ≃ 3, continuis, fumoso-brunneis, simplicibus et subintegris; conidiis angustis, 75-100 ≃ 3, multinucleatis, flavido-hyalinis, sursum sensim tenuatis. 7612

Hab. in foliis Elephantopi caroliniensis, Delaware et Missouri Amer. bor. (Commons et Galloway).

43. **Cercospora obesa** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 5. — Maculis irregularibus, griseo-brunneis, 2-5 mm. diam., mox confluentibus, 7613

infra tomento folii albo velatis; hyphis oblongo-cylindraceis, simplicibus et continuis, hyalinis v. subhyalinis, 45 ≈ 6-7, subintegris, supra stratum latum cinereum formantibus; conidiis oblongo-obclavatis, utrinque obtusis, 1-septatis, passim 4-5-septatis, constrictulis, 50-60 ≈ 5-6.

Hab. in foliis Cnici, Manhattan, Kans. Amer. bor. (SWINGLE).

44. **Cercospora asterata** Atk. Cerc. Alab. p. 18. — Maculis amphigenis, circ. 6 mm. lat., folii margine sæpius insidentibus, sordide griseis, nigro-limitatis, extus rubenti-cinctis; hyphis amphigenis, fasciculatis, atro-rubro-brunneis, apice subhyalinis, septatis, geniculatis, subflexuosis, torulosis v. denticulatis, minute guttulatis, 70-120 ≈ 4,5; conidiis hyalinis, subcylindraceis, utrinque sensim attenuatis, septatis, 30-50 ≈ 3. 7614

Hab. in foliis Asteris, Auburn, Alabama Amer. bor. (ATKINSON).

45. **Cercospora Perfoliati** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, pag. 71. — Hypophylla; hyphis decumbentibus, sursum adscendentibus, 30-40 ≈ 4-5, guttatis, continuis, brunneolis, supra subintegris et obtusis, in cæspitulos suborbiculares, brunneos effusis, non definite limitatis, demum confluentibus; conidiis elongatis, pallide tabacinis, guttatis, dein 1-septatis, 20-35 ≈ 5-6. 7615

Hab. in foliis vivis Eupatorii perfoliati, Racine, Wisconsin Amer. bor. (Doct. J. J. DAVIS). — Pagina superior foliorum pustulis flavidis, demum atro-brunneis notata.

46. **Cercospora Ageratoidis** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 71. — Hypophylla; cæspitulis effusis, olivaceis, velutinis, 1-3 mm. diam., subangulosis, folii venulis limitatis, demum confluentibus et fere tabacinis; hyphis in quoque cæspitulo 5-8, simplicibus, septatis, brunneis, supra subundulatis, 50-90 ≈ 4; conidiis cylindraceis v. lanceolatis, 40-75 ≈ 3,5-5, pallide olivaceis, 4-6-septatis. 7616

Hab. in foliis vivis Eupatorii ageratoidis, Newfield, New Jersey Amer. bor. — *C. clavatæ* valde affinis.

47. **Cercospora tabacina** E. et E. Journ. Myc. 1886, p. 6. — Cæspitulis sæpius hypophyllis, tabacinis, folii venulis limitatis, subeffusis; hyphis brunneis, gracilibus, septatis, abrupte incurvis, supra ramulis 1-pluribus vix evolutis, sæpius donatis, 100-150 ≈ 4; conidiis hyalino-brunneolis, nunc elongatis, 1-septatis, 25 ≈ 1-5, nunc obclavatis, 3-septatis, 50-75 ≈ 4-5. 7617

Hab. in foliis Rudbeckiæ trilobæ, Ames Jowa Amer. bor, (Doct. B. D. HALSTED).

48. **Cercospora noveboracensis** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 14. — 7618
Hypophylla, effusa; maculis nullis; cæspitulis olivaceis; hyphis laxe fasciculatis, effusis, olivaceo-brunneis, supra plus minus undulatis et denticulatis, 1-5-septatis, 50 75 ≈ 4; conidiis oblongo-cylindraceis, subolivaceis, 3-7-septatis, utrinque obtusis, 20-70 ≈ 3-4.

Hab. in foliis Vernoniæ noveboracensis, Columbia, Mo. Amer. bor. (Galloway).

49. **Cercospora pachypus** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1887, p. 104. — 7619
Amphigena; maculis epiphyllis, indefinitis, flavidis, demum atro-brunneis; cæspitulis minutis, circ. 35 μ. cr.; hyphis 20-30 ≈ 6-8 v. primo basi 8-10 μ. cr., supra torulosis et dentatis, olivaceo-brunneis, continuis, 12-15 in quoque cæspitulo; conidiis oblongis v. subcylindraceis, utrinque obtusis, 1-septatis, olivaceis, 25-70 ≈ 5-7, majoribus supra angustatis.

Hab. in foliis Helianthi lenticularis, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Swingle).

50. **Cercospora Helianthi** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 20. — Maculis nullis; hyphis hypophyllis, fasciculatis, olivaceo-brunneis, guttulatis, dein septatis, supra hamatis, 70-90 ≈ 5-6, cæspitulos laxos, olivaceos, indefinite limitatos efficientibus; conidiis obclavatis, olivaceis, guttulatis, dein 3-6-septatis, 70-110 ≈ 5-6. 7620

Hab. in foliis Helianthi, Columbia, Mo. Amer. bor. (Prof. S. M. Tracy).

51. **Cercospora anomala** Ell. et Halsted Journ. Mycol. 1888, p. 8. 7621
— Hyphis hypophyllis, fertilibus erectis, 30-50 ≈ 4-5, pallide olivaceis, e mycelio prostrato ex hyalino olivaceo, ramoso, septato oriundis; conidiis oblongo-cylindraceis, fumoso-hyalinis, 20-40 ≈ 4-5.

Hab. in foliis vivis Actinomeris squarrosæ, Ames Jowa Amer. bor. (Halsted). — Format strata olivacea dein nigricantia et ad *Cladosporium* nutat.

52. **Cercospora Silphii** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 3. — Macu- 7622
lis amphigenis, sed magis hypophyllis, angulosis, 2-3 mm. diam., albidis, elevatulo-marginatis; hyphis cæspitosis e tuberculo oriundis, pallide brunneis, continuis, sæpe torulosis sursum flexis denticulatisque 25-35 ≈ 4; conidiis angustis subhyalinis, nucleolatis, dein 4-6-septatis, 70-80 ≈ 3.

Hab. in foliis dejectis Silphii integrifolii, Manhattan Kans. Amer. bor. (W. T. Swingle).

53. **Cercospora macroguttata** Atk. Cerc. Alab. p. 32. — Hypophyl- 7623
la; cæspitulis parvis, ovatis vel majoribus anguste oblongis oliva-

ceo-brunneis; hyphis longis, flexuosis, geniculatis, prope apicem parce dentatis, multiseptatis et ample multiguttulatis, dein atro-brunneis, olivaceo-tinctis, junioribus viridi-olivaceis, 100-250 ≈ 5-6; conidiis subcylindraceis, anguste tereti-fusoideis, dilute olivaceo-viridibus, 3-8-septatis, 10-80 ≈ 4,5-5.

Hab. in foliis Chrysopsidis graminifoliæ, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

54. **Cercospora Mikaniæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 90. — 7624
Hyphis septatis, brunneis, subæqualibus, fasciculatis, subcurvis, sursum sparse denticulatis, cæspitulis effusis, strata indefinita olivaceo-brunnea plus minus confluentia formantibus, sed folium non decolorantibus; conidiis oblongo-clavatis, 3-6-septatis, olivaceis, 40-85 ≈ 5-6.

Hab. in foliis Mikaniæ scandentis, Mississipi Amer. bor. (Tracy).

55. **Cercospora Senecionis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p 90. 7625
— Maculis amphigenis, suborbicularibus, 1-3 mm. diam., subconfluentibus, ferrugineo-brunneis, zona atro-purpurea cinctis, dein griseo-albis; hyphis fasciculatis, sparsis, erectis, brunneis, 3-4-septatis, subgeniculatis, 100-150 ≈ 4-5; conidiis subcylindraceis, multiseptatis, non constrictis, 90-120 ≈ 5-6.

Hab. in foliis Senecionis aurei, Wilmington, Del. Amer. bor. (A. Commons).

56. **Cercospora Erechtitis** Atk. Cerc. Alab. pag. 34. — Hyphis epi- 7626
phyllis, fasciculatis, rubenti-brunneis, geniculatis, sæpius cylindraceis, frequenter guttulatis, 50-240 ≈ 4; conidiis hyalinis, septatis, guttulatis, 70-230 ≈ 3-4.

Hab. in foliis Erechtitis hieraciifoliæ, Auburn, Alabama Amer. bor.

57. **Cercospora æquatorialis** Winter in Hedwigia 1886, pag. 103. — 7627
Cæspitulis hypophyllis, densissime stipatis, maculas submagnas, angulato-irregulares, atro-fuscas, cinereo-pruinosas, usque 7 mm. longas formantibus; hyphis fasciculatis, erectis, interdum subramosis, torulosis, fuscis, remote septatis, usque 100 μ. longis, interdum valde elongatis, 4,5-6 μ. crassis; conidiis filiformi-subclavatis, i. e. e basi parum crassiori sursum longe attenuatis, hyalinis, parce remoteque septatis, usque 70 μ. longis, $1^3/_4$ μ. crassis.

Hab. in foliis vivis Compositarum in insula S. Thomé Africæ occid.

58. **Cercospora elongata** Peck 33 Rep. St. Mus. p. 29, t. I, f. 21-23. 7628

— Maculis irregularibus, angulosis, interveniis, sæpe confluentibus, sæpe arescentibus brunneis, griseo-brunneis v. cinereis; hyphis amphigenis, cæspitulosis, coloratis, subflexuosis, sæpe nodulosis; conidiis elongatis, obscure 3-pluriseptatis, attenuatis, hyalinis, 50-150 ≃ 4-5.

Hab. in foliis vivis Dipsaci silvestris, New York Americæ borealis.

59. **Cercospora Heliotropii** E. et E. Journ. Mycol. 1888, pag. 5. — 7629
Amphigena; hyphis laxe fasciculatis, brevibus, 15-20 μ. long.; cæspitulis effusis, folium denique brunnescens reddentibus; conidiis oblongo-teretibus, 1-3-septatis, passim constrictis, 20-50 ≃ 4-6, ex olivaceo subhyalinis.

Hab. in foliis Heliotropii curassavici, Albuquerque, New Mexico Amer. bor. (Tracy).

60. **Cercospora Lycopi** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 15. — Macu- 7630
lis amphigenis, indefinitis, sordide brunneis 3-4 mm. diam.; hyphis hypophyllis in cæspitulos minutos congestis, brevibus 15-25 μ. long., pallide brunneis, continuis, supra subdentatis; conidiis obclavatis, flavido-hyalinis, multinucleatis, 50-75 ≃ 2,5-3.

Hab. in foliis vivis Lycopi rubelli, St. Gabriel La. Amer. bor. (Langlois).

61. **Cercospora Scutellariæ** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 54. — 7631
Amphigena; maculis angulosis, folii venulis limitatis, 2-4 mm. lat., subtus brunneis, supra saturatioribus, folium subpurpureum et flavum reddentibus; cæspitulis parvis, compactis; hyphis continuis, brunneis, simplicibus, rectis, 30-40 ≃ 3; conidiis gracilibus, 70-90 ≃ 3, multiguttatis, indistincte multiseptatis.

Hab. in foliis Scutellariæ versicoloris, Concordia, Montana Amer. bor. (Rev. C. H. Demetrio).

62. **Cercospora Hyptidis** Speg. F. Puigg. n. 460. — Maculis subare- 7632
scentibus, irregulariter expansis, sæpe confluentibus, 5-20 mm. diam., sordide fusco-fulvescentibus, subdeterminatis; cæspitulis sæpius epiphyllis, in centro macularum laxe aggregatis, erectis, 140-150 ≃ 20, rigidulis, ex hyphis continuis, teretibus, 5 μ. cr., pellucido-olivascentibus, apice noduloso-incrassatulis ac liberis efformatis; conidiis acrogenis, vermiculari-clavulatis, 25-50 ≃ 4-5, utrinque obtusiusculis, rectiusculis, 10-12-pseudoseptatis, primo hyalinis, dein fumosis.

Hab. ad folia viva Hyptidis sp. in dumetis prope Apiahy Brasiliæ. — Species inter *Isariopsidem* et *Cercosporam* media.

63. **Cercospora Leonotidis** Cooke in Journ. Myc. 1887, p. 18. — Maculis amphigenis, pallidis, rotundis, subindefinitis, 2-3 mm. diam., subtus sæpe convexis; hyphis amphigenis, sæpius hypophyllis, brevissimis, 10-15 μ. long., e basi tuberculari oriundis, subintegris, olivaceis vel brunneis; conidiis subhyalinis, lineari-obclavatis, circ. 3-septatis, 35-45 ≂ 2,5-3,5. 7633

Hab. in foliis vivis Leonotidis nepetifoliæ, Point à la Hache, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

64. **Cercospora Primulæ** Fautr. Rev. Myc. 1891, p. 13. — Amphigena; maculis griseis, flavido-cinctis, dein ferrugineis; hyphis 40-50 ≂ 3; conidiis cylindraceis, obtusis, rotundatis, 8-9-septatis, 60-105 ≂ 4. 7634

Hab. in foliis Primulæ elatioris, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

65. **Cercospora Lysimachiæ** Ell. et Halst. Journ. Myc. 1890, p. 34. Maculis nullis; cæspitulis effusis, amphigenis pagina inferiorem magis, superiorem minus dense obtegentibus et fere rubefacientibus; hyphis subundulatis, subintegris, rubro-brunneis, continuis 40-50 ≂ 4; conidiis angustis, obclavatis, multinucleatis, demum septatis, rubiginoso-brunneis, 50-80 ≂ 3. 7635

Hab. in foliis Lysimachiæ strictæ, Jonesburgh N. J. Amer. bor. — Habitus quasi *C. Lythri*, sed satis diversa.

66. **Cercospora Lobeliæ** Kell. et Sw. Journ. Mycol. 1889, p. 75. — Maculis amphigenis, dilute griseolis vel pallide sordide flavidis, primo minutis, suborbicularibus, dein majoribus 3-8 mm. diam., ovatis vel suborbicularibus, sæpe angulosis, subinde irregularibus indefinite purpurascenti-cinctis; cæspitulis amphigenis, sparsis, e basi tuberculari oriundis; hyphis pallide fuligineis, supra pallidioribus, 50-135 ≂ 5-7 (basi), apice 2,5-5 μ. cr., supra subgeniculato-sinuatis, vix distincte multiseptatis, ad septa non constrictis; conidiis sparsis, hyalinis, curvis v. rarius rectis, basi truncatis, apice subacutis, fere obscure multiseptatis, non constrictis, 55-175 ≂ 3-4,5 (basi), apice 1-3 μ. diam. 7636

Hab. in foliis Lobeliæ syphiliticæ, St. George, Pottawatomie County, Kansas Amer. bor.

67. **Cercospora Mimuli** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 18. — Maculis amphigenis rotundis, albidis, 1-2 mm. diam., purpureo-marginatis; cæspitulis dense sparsis; hyphis amphigenis, brevibus, 15-25 μ. long., continuis, pallide brunneis, crassiusculis, 4-5 μ. cr., supra integris vel subdenticulatis, e basi minuta oriundis; conidiis hya- 7637

linis, parce septatis vel sæpius continuis et nucleatis, 40-60 ≍ 2,5-3.

Hab. in foliis Mimuli atrati, Columbia, Montana Amer. bor. (Prof. S. M. Tracy).

68. **Cercospora verbenicola** E. et E. Journ. of Myc. 1887, p. 19. — Maculis amphigenis, rubiginosis, indefinitis, 2-3 mm. diam.; hyphis amphigenis, sed plerumque hypophyllis, fasciculatis, in quoque cæspitulo paucis, rugulosis, 40 ≍ 4, subnodulosis, pallide brunneis, 1-2-septatis; conidiis hyalinis, nucleatis, 30-50 ≍ 2,5-3, subcylindraceis, sursum leviter tenuatis. 7638

Hab. in foliis Verbenæ Xuthæ, Louisiana Amer. borealis (Langlois).

69. **Cercospora papillosa** Atk. Cerc. Alab. p. 20. — Maculis orbicularibus vel irregularibus, sordide albis, 2-5 mm. diam.; hyphis amphigenis, fasciculatis, subrectis, denticulato-papillatis, fuligineis, vix lateritio-tinctis, 50-70 ≍ 4,5-5; conidiis hyalinis, longis, basi validiusculis, supra vulgo subabrupte filiformi-attenuatis, multiseptatis, interdum septis parum perspicuis, 80-200 ≍ 4-4,5. 7639

Hab. in foliis Verbenæ, Auburn, Alabama Americæ borealis (Atkinson).

70. **Cercospora Lippiæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 20. — Maculis amphigenis, griseolis, rotundis, margine definito, elevato cinctis, 2-3 mm. diam.; hyphis amphigenis, e basi tuberculari fasciculatim oriundis, pallide brunneis, continuis, supra undulatis pallidioribusque, 35-50 ≍ 3-4; conidiis gracilibus, obclavatis, subhyalinis, guttatis, 70-100 ≍ 3. 7640

Hab. in foliis Lippiæ nodifloræ, Louisiana Americæ bor. (Langlois).

71. **Cercospora viridula** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 70. — Maculis suborbiculis, $^1/_2$-$^3/_4$ cm., subindefinitis, supra sordide brunneis, subtus pallidioribus et virenti-brunneis; hyphis hypophyllis, 25-35 ≍ 4, pallide brunneis, continuis, e basi vix tuberculari minute fasciculato-exsurgentibus, dense sparsis; conidiis subcylindraceis, supra angustatis, subhyalinis, 6-8-septatis, 70-80 ≍ 4. 7641

Hab. in foliis Ipomœæ purpureæ, Concordia, Montana Amer. bor. (Rev. C. H. Demetrio).

72. **Cercospora alabamensis** Atk. Cerc. Alab. p. 19. — Maculis amphigenis, sordide albis, margine elevato, atro-purpureo vel nigro cinctis, 2-3 mm. lat.; cæspitulis laxis, numerosis; hyphis amphigenis, evanide septatis, dilute rubro-brunneis, subrectis, denticu- 7642

latis vel anguloso-flexuosis, 50-100 ≈ 4,5; conidiis longis, gracilibus, rectis vel curvis, hyalinis, conferte multiseptatis, teretibus, 70-250 ≈ 3-4.

Hab. in foliis Ipomœæ purpureæ, Uniontown, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

73. **Cercospora Ipomœæ** Wint. Hedw. 1887, p. 34. — Maculis densiuscule sparsis, passim confluentibus, suborbicularibus, sæpius angulatis, centro griseis margine lato nigrescente cinctis, 2-4 mm. diam.; cæspitulis amphigenis, minutissimis, sparsis, fuscidulis; hyphis fasciculatis, sursum subdenticulatis, remote septatis, fuscidulis 120-130 ≈ 5; conidiis filiformi-subclavatis, sursum longissime tenuatis, multiseptatis, hyalinis, 160-175 ≈ 3-4. 7643

Hab. ad folia viva Ipomœæ lacunosæ prope Peryville Mo. Amer. bor. (Demetrio).

74. **Cercospora elongata** Sorok. Rev. Myc. 1890, p. 54, f. 256-258. — Cæspitulis atro-virentibus, circinanti-erumpentibus; hyphis fasciculatis brevibus sursum acutatis continuis; conidiis filiformi-obclavatis, curvis, primo continuis, dein septatis, deorsum guttulatis. 7644

Hab. in foliis Convolvuli sp., Kokan Asiæ centr.

75. **Cercospora Balansæ** Speg. Guar. I, p. 167. — Maculis hypophyllis, effusis, indeterminatis, olivascentibus, sæpe totum folium ambientibus; acervulis in maculis laxe sparsis, ex hyphis liberis rectis vel sæpe nodulosis vel geniculatis, 50-100 ≈ 5, parce septatis, olivaceis compositis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusissime rotundatis, 1-3-septatis, 20-35 ≈ 5, dilute olivaceis. 7645

Hab. ad folia viva Evolvuli sp. cujusdam in silva Caá-guazù Brasiliæ.

76. **Cercospora verbascicola** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 3. — Maculis amphigenis, rotundis, sordide brunneis, albicantibus, 2-4 mm. diam.; hyphis gracilibus, cylindraceis, brunneis, septatis, supra fere integris, 75-175 ≈ 3, cæspitulos sparsos efformantibus; conidiis subfiliformibus, hyalinis, remote septatis, 100-150 ≈ 3, sæpius epiphyllis. 7646

Hab. in foliis vivis Verbasci Thapsi, Delamare Amer. bor. (Commons).

77. **Cercospora gentianicola** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 2. — Cæspitulis hypophyllis, minutis, effusis; hyphis brunneolis, simplicibus, brevibus, 15-20 μ. long., e basi parva, tuberculari exsurgentibus; conidiis subcylindraceis, supra subangustatis, hyalinis, guttatis, evanide 2-3-septatis, subcurvis, 40-60 ≈ 3,5. 7647

Hab. in foliis evanescentibus Gentianæ crinitæ, Faulkland, Delaware Amer. bor. (A Commons).

78. **Cercospora Gentianæ** Peck 41 Rep. p. 80. — Maculis suborbicularibus, brunneis vel rufo-brunneis, passim confluentibus; hyphis amphigenis, brevibus, subflexuosis, dilute coloratis, 15-30 μ. long., e tuberculo minuto atro oriundis; conidiis hyphâ angustioribus tereti-acicularibus. 1-3-septatis, 30-60 μ. longis. 7648

Hab. in foliis vivis Gentianæ linearis, Number Four Adirondack Mount. Amer. bor.

79. **Cercospora Houstoniæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 89. — Epiphylla; cæspitulis e tuberculo minuto oriundis, sparsis; hyphis continuis, brunneis, 20-30 ≍ 3-4, parce denticulatis, subundulatis; conidiis subhyalinis, anguste fusoideis, 30-40 ≍ 3, granuloso-nucleolatis, demum 1-3-septatis. 7649

Hab. in foliis inferioribus Houstoniæ cœruleæ, Wilmington Del. Amer. bor. (Commons).

80. **Cercospora Sabbatiæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 3. — Amphigena; maculis definitis nullis; cæspitulis sparsis, minutis, griseolis; hyphis cæspitosis, continuis, fumoso-brunneis, 35-45 ≍ 5, basi tuberculari, parva insidentibus; conidiis obclavatis, subhyalinis, 3-6-septatis, 65-80 ≍ 4. 7650

Hab. in foliis Sabbatiæ angularis, Faulkland Delaware Amer. bor.

81. **Cercospora Cucurbitæ** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, pag. 3. — Maculis amphigenis, rotundis, subochraceis, mox tenuibus, albis, pellucidis, 1-4 mm. diam., margine subelevato cinctis; hyphis epiphyllis, cæspitulosis, olivaceo-brunneis, superne pallidioribus, 70-80 ≍ 4, continuis, supra subgeniculatis, apice obtusis; conidiis lineari-clavatis, 100-120 ≍ 3-4, hyalinis, primo granulosis et guttatis, demum septatis (multiseptatis?). 7651

Hab. in foliis Cucurbitæ perennis, Manhattan, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle).

82. **Cercospora cucurbitina** Speg. Guar. I, p. 166. — Maculis amphigenis minutis, 0,5-1,5 mm. diam. arescenti-albis, irregulariter orbicularibus, sæpe angulosis vel confluendo difformibus, eximie determinatis, non vel rarius zona fuscescenti parum perspicua cinctis; cæspitulis epiphyllis, rarius amphigenis, centro macularum insidentibus penicilliformibus, 150-180 ≍ 40-50 fuscis, solitariis vel sparsis; hyphis inferne subcoalescentibus, apice liberis, simplicibus, erectis, densiuscule septulatis, gracilibus, 3-4 μ. cr., dilute oliva- 7652

ceis, rectis, apice rotundatis v. 2-3-cicatricosis; conidiis cylindraceo-ellipticis, utrinque obtusiuscule rotundatis, 3-5-septatis, non constrictis, 30-40 ≍ 4, chlorinis.

Hab. ad folia viva Cyclantheræ? sp. in silva Caà-guazù Brasiliæ.

83. **Cercospora diffusa** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 3. — Maculis 7653
nullis; hyphis amphigenis, sed sæpius hypophyllis, simplicibus, brevibus, 30-40 ≍ 4-5, continuis, olivaceis, sæpius torulosis, obtusis, dense fasciculatis late effusis v. punctiformi-cæspitosis, folium dilute flavidum efficientibus; conidiis subteretibus, ad apicem tenuatis, 50-80 ≍ 4, passim usque 90-100, subolivaceis, demum 4-6-septatis.

Hab. in foliis Physaleos lanceolatæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Swingle). — A *Cerc. Physalidis* satis diversa.

84. **Cercospora solanicola** Atk. Cerc. Alab. p. 21. — Maculis parvis 7654
albis, atro-marginatis v. indefinitis; hyphis fasciculatis, olivaceo-brunneis, vix rubido-tinctis, rectis v. flexuosis vel apicem versus geniculatis, 3-5-septatis, 40-120 ≍ 5; conidiis hyalinis, teretibus, obtusis, 10-30-septatis, 100-230 ≍ 4,5.

Hab. in foliis Solani tuberosi, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

85. **Cercospora atro-marginalis** Atk. Cerc. Alab. p. 27. — Maculis 7655
amphigenis, orbicularibus, 4-6 mm., dilute brunneis vel sordide griseis, supra atro-cinctis; hyphis hypophyllis, e stromate fasciculatim oriundis, brevibus, flexuosis v. denticulatis, continuis, dilutissime fuligineis, 10-30 ≍ 4-4,5; conidiis obclavatis v. cylindraceis, 1-10-septatis, guttulatis, flavidis, 40-70 ≍ 4-5.

Hab. in foliis Solani nigri (?), Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

86. **Cercospora rigospora** Atk. Cerc. Alab. p. 33. — Maculis indefi- 7656
nitis vel nullis; hyphis hypophyllis, fasciculatis, divergentibus, in cæspitulos fuligineos, subinde parum distinctos gregariis v. in areas magnas effusis, subolivaceo-fuligineis, subflexuosis, denticulatis vel torulosis, longioribus evanide septatis et multiguttatis, 50-60 ≍ 3,5-4; conidiis rectis v. curvis, subcylindraceis, utrinque abrupte attenuatis v. teretibus, 3-10-septatis, multiguttulatis, dilute flavo-olivaceis, 50-70 ≍ 3-4.

Hab. in foliis Solani nigri (?), Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

87. **Cercospora Asclepiadoræ** E. et K. Journ. Myc. 1888, pag. 6. — 7657

Amphigena; cæspitulis indefinite limitatis vel folii venulis partim limitatis, dense confertis, subnigris; hyphis simplicibus, atro-brunneis, brevibus, 15-25 μ. long.; conidiis sublanceolatis, brunneis, multiseptatis, 70-80 ≂ 4-5.

Hab. in foliis dejectis Asclepiadoræ sessilis, Kansas Am. bor. (Kellerman et Swingle).

88. **Cercospora Serpentariæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 13. — 7658
Maculis amphigenis, griseis, 1-1,5 mm. diam., margine angusto atro cinctis zonisque fuscis ipsisque atro-marginatis circumdatis, totis 3-4 mm. diam.; hyphis solito hypophyllis, cæspitulos sparsos fumosos formantibus, curvis, denticulatis, pallide brunneis, 50-75 ≂ 4-5; conidiis fusoideis, 1-3-septatis, 40-60 ≂ 4-5 vel subacicularibus, elongatis, 75-80 μ. long., 3-5-septatis, fumoso vel flavido-hyalinis.

Hab. in foliis vivis Aristolochiæ Serpentariæ, Faulkland Del. Amer. bor. (Commons).

89. **Cercospora Oxybaphi** Ell. et Halsted Journ. Myc. 1888, p. 8. — 7659
Hyphis amphigenis, pallidis, brevibus, 25-30 ≂ 3, tortuosis, parce septatis, sæpe ex stomatibus oriundis et cæspitulos minutos atros cum basi tuberculari formantibus; conidiis filiformi obclavatis, 3-4-septatis, hyalinis, 30-50 ≂ 3.

Hab. in foliis vivis Oxybaphi nyctaginei, Jowa City Am. bor. (A. S. Hitchock). — Cæspituli hinc inde aggregati.

90. **Cercospora furfurella** Speg. F. Guar. II, n. 194. — Maculis nul- 7660
lis v. indeterminatis, vix pallescentibus; cæspitulis epiphyllis, densiuscule latissimeque aggregatis, vix perspicuis, plagulas ex albo cinerescentes, furfurellas, latiusculas, irregulares efficientibus; hyphis 5-20 in quoque cæspitulo, cylindraceis, rectis vel vix subarcuatis, continuis, apice obtuse acutatis ac 3-4-nodulosis, 40-60 ≂ 5, pallide olivaceis; conidiis obclavulatis, basi subtruncato-rotundatis, sursum longe attenuatis, 1-5-septulatis, non constrictis, 50-120 ≂ 4-5, rectis v. inæquilateralibus, hyalinis.

Hab. ad folia viva Boerhaaviæ discoloris in silvaticis pr. Guarapi Brasiliæ. — Species pulchella inter *Cercosporam* et *Cercosporellam* nutans.

91. **Cercospora anthelmintica** Atk. Cerc. Alab. pag. 17. — Maculis 7661
parvis, amphigenis, 1-3 mm. lat., albis, margine elevato, atro cinctis; hyphis epiphyllis, fasciculatis, effusis, subflexuosis, subnodosis, profuse dentatis, septatis, fuligineis, vix subinde tinctis, 30-100 ≂ 4-4,5; conidiis hyalinis, teretibus, 4-10-septatis, 25-100 ≂ 4-4,5.

Hab. in foliis Chenopodii ambrosioidis var. anthelmintici, Auburn, Alabama Amer. bor. (Duggar).

92. **Cercospora Acnidæ** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 89. — Maculis amphigenis, suborbicularibus, 1-3 mm. diam., sordide albis, atro-marginatis; hyphis amphigenis, brunneolis, continuis sursum geniculatis denticulatisque, 35-50 ≈ 3,5-4,5; conidiis obclavatis, hyalinis, 3-5-septatis, 60-75 ≈ 3-3,5. 7662

Hab. in foliis Acnidæ cannabinæ, Wilmington Del. Americæ borealis.

93. **Cercospora Betæ** (Rabenh.) Frank Krankh. d. Pflanz. pag. 601, *Fusarium* Rab. Fung. Eur. n. 69. — Maculis pallidis, minutis, copiosis, purpureo-marginatis; cæspitulis atris, minutis; hyphis brevibus e stomatibus non exeuntibus, sed per epidermidem erumpentibus; conidiis longissimis, filiformibus v. obclavatis, pluriseptatis, hyalinis. 7663

Hab. in foliis Betæ Ciclæ in Germania. — Teste Frank loc. cit. a *C. beticola* satis differt.

94. **Cercospora Alternantheræ** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, p. 36. — Maculis rotundis, 1-2 mm. diam., sordide brunneis, centro albidis, margine brunneo; hyphis continuis, olivaceis, sursum truncatis, e basi tuberculari, 25 μ. diam.; conidiis obclavatis, hyalinis, 1-3-septatis, 65-80 ≈ 3. 7664

Hab. in foliis Alternantheræ achyranthæ, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois).

95. **Cercospora brachiata** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 5. — Maculis amphigenis, atro-brunneis, centro demum albicantibus, subindefinite limitatis, 3-5 mm. diam.; hyphis amphigenis, e basi tuberculari minuta cæspitulosis, pallide brunneis, rectis, cylindraceis, tenuiter septatis, effusis, 100-200 ≈ 3,5-4; conidiis tenuibus, multiseptulatis, hyalinis, usque 200 ≈ 3-3,5. 7665

Hab. in foliis Amaranthi retroflexi, Faulkland Del. Amer. bor. (Commons).

96. **Cercospora Comandræ** Ell. et Dearness. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 90. — Maculis minutis, 1-2 mm. diam., rotundis, rufo-brunneis, definitis; hyphis brevibus, 12-20 ≈ 3-3,5, simplicibus, integris, rectis, obtusis ex basi tuberculosa cæspitulosis; conidiis tenuibus, obclavatis, 70-80 ≈ 3-3,5, nucleatis forteque tenuiter septatis, subrectis. 7666

Hab. in foliis Comandræ umbellatæ, London Canada Am, bor. (Dearness).

97. **Cercospora Rhei** Grog. in Roum. F. Gall. n. 2775 (absque diagnosi). 7667

Hab. in foliis Rhei officinalis culti, Dreux Eure-et-Loir Galliæ (Gallet, Feuilleaubois).

98. **Cercospora pallida** (B. et C.) Cooke Grev. XVII, p. 21, *Cladosporium* B. et C. — Syll. IV, p. 361. — Teste Cooke loc. cit. est revera *Cercospora* nec *Cladosporium*

99. **Cercospora repens** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 14. — Maculis irregularibus, indefinitis, supra purpureo-brunneis, subtus pallide rubro-brunneis; hyphis hypophyllis, prostratis, late effusis, gracilibus, 2,5-3 μ. cr., ramosis, brunneis; conidiis acrogenis, gracilibus, hyalinis, multiguttatis, 70-80 ≈ 2,5-3. 7668

Hab. in foliis vivis Brachylospermi («Trachyspermi?») difformis, St. Gabriel, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

II. *In Dicotyledoneis lignosis.*

100. **Cercospora Asiminæ** E. et K. Journ. Myc. 1887, p. 103. — Maculis sparsis, parvis, sæpius 1-3 mm. lat., sterilibus, supra subindefinitis et purpureo-brunneis, subtus griseolis v. murinis; hyphis fertilibus vix cæspitosis, brevibus, brunneis, 12-15 ≈ 6-7, supra rotundatis vel interdum copiose ramosis; conidiis subolivaceis, latis, lanceolatis, 5-7-septatis, 60-80 ≈ 6-7. 7669

Hab. in foliis vivis Asiminæ trilobæ, Mound City, Kansas Amer. bor. (W. A. Kellerman).

101. **Cercospora Negundinis** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 89. — Maculis amphigenis, 0,2-0,5 cm., ferrugineo-brunneis, centro pallidioribus, subindefinitis, areolis minutis albis notatis; hyphis epiphyllis e basi tuberculari, cæspitosis, rectis, continuis, subhyalinis, sursum obtusis denticulatisque, 25-30 ≈ 5-7; conidiis obclavatis, 2-4-septatis, hyalinis, 90-110 ≈ 5-6. 7670

Hab. in foliis Negundinis fraxinifolii, Lincoln Nebraska Amer. bor. (Roscoe Pound). — Omnino diversa a *C. acerina.*

102. **Cercospora Vulpinæ** E. et K. Journ. Myc. 1887. p. 127. — Maculis amphigenis, 1-2 mm lat., subangulosis, plerumque folii venulis limitatis, supra atro-brunneis, subtus subpallidioribus; hyphis sæpius hypophyllis, fasciculatis, pallide brunneis, subfuligineis, continuis vel leniter 1-3-septatis, supra distincte dentatis et abrupte incurvis, 50-70 ≈ 3-4; conidiis obclavatis, fumoso-hyalinis, guttatis, demum 2-3-septatis, incurvis, 45-60 ≈ 3-4. 7671

Hab. in foliis vivis Vitis vulpinæ, Manhattan, Kansas Am. bor. (Kellerman et Swingle).

103. **Cercospora truncata** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 19. — Maculis amphigenis, sordide brunneis, supra saturatioribus, minutis, indefinitis, subconfluentibus; cæspitulis hypophyllis, strata subvelutina fumose olivacea demum grisea formantibus; hyphis fasciculatis e tuberculo minuto oriundis, cylindricis, simplicibus, subrectis apice obtusis, circulariter cicatricosis, 50-90 ≈ 4-5; conidiis anguste obclavatis, hyalinis, 3-6-septatis, sursum sensim cuspidato-tenuatis, 70-112 ≈ 4. 7672

Hab. in foliis vivis Vitis indivisæ, Louisiana Amer. bor. (Langlois). — Distinctissima a *C. viticola* et *C. canescenti* magis affinis.

104. **Cercospora infuscans** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 90. — Maculis brunneis, venulis folii limitatis, dein confluentibus et nigris, folium torquentibus demumque necantibus; hyphis hypophyllis, fasciculatis, erectis, leviter basi bulbosis, sursum subdenticulatis, septatis, atris, 70-85 ≈ 4; conidiis clavatis vel oblongo-clavatis, subolivaceis v. fumoso-fuscis, 30-60 ≈ 4-5, 3-septatis, passim constrictis. 7673

Hab. in foliis languidis Rhois venenatæ, Wilmington Del. Amer. bor. (Commons).

105. **Cercospora Bartholomæi** Ell. et Kell. Journ. Myc. 1889, p. 144. — Cæspitulis hypophyllis, inconspicuis, indeterminatis, fumosis, sparsis v. subconfluentibus; hyphis fasciculatis, rectis v. subundulatis, guttatis, continuis v. parce septatis, rubro-brunneis, 20-40 ≈ 4-6, subinde fere e basi ramosis, apice integris v. subdentatis; conidiis subhyalinis ex oblongo graciliter obclavatis, 20-120 ≈ 2,5-3, guttatis, brevioribus rectis, longioribus subcurvis. 7674

Hab. in foliis Rhois Toxicodendri, Rocks County, Kansas Amer. (E. Bartholomew).

106. **Cercospora Meliæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 16. — Maculis irregularibus, subconfluentibus vel sæpius gregariis, parvis, 2 mm. lat., sordide brunneolis v. albidis, supra saturatius marginatis, subtus indistinctis, indefinitis; cæspitulis amphigenis, in macularum centro confertis; hyphis subolivaceis v. fuligineo-hyalinis, e basi tuberculari oriundis, grossis, subrectis, supra fere truncatis et demum 3-5-septatis, 30-40 ≈ 4-5; conidiis lineari-obclavatis, hyalinis, 80-120 ≈ 4-5, multiseptatis. 7675

Hab. in foliis vivis Meliæ Azedarach, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

107. **Cercospora leucosticta** E. et E. Journ. Myc. 1888, pag. 53. — 7676
Maculis minutis, 1-2 mm. diam. albis, sparsis; hyphis amphigenis, e basi tuberculari cæspitulosis, flavido-brunneis, continuis vel tenuiter 1-3-septatis, 40-50 ≈ 4-5, sursum subundulatis et gibberosis, apice obtuse minute 2-3-denticulato; conidiis obclavatis, 5-10-septatis, 60-80 ≈ 3,5-4,5, hyalinis.

Hab. in foliis Meliæ Azedarach, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois).

108. **Cercospora Erythrinæ** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 18. — 7677
Maculis amphigenis, parvis, 1 mm. lat., albis, margine rubiginoso cinctis, subtus rubiginosis; hyphis epiphyllis, fas iculatis, e basi tuberculari oriundis, supra geniculatis et hamatis, 30-50 ≈ 4-5; conidiis plerumque 35 ≈ 2,5, guttulatis, flavido-hyalinis, sursum valde attenuatis, nonnullis brevioribus crassioribusque, 25-30 ≈ 3 et 2-3-septatis.

Hab. in foliis vivis Erythrinæ Cristæ-galli, Lafayette, Louisiana Amer. bor. (Langlois), sociâ *Phyllostictâ* sporulis oblongo-ellipsoideis v. ovato-ellipsoideis, 6-8 ≈ 2,5-3 (*Ph. australis* Speg.?).

109. **Cercospora Kennedyæ** Cooke et Mass. Grev. XIX, pag. 90. — 7678
Epiphylla, maculis cinnamomeo-brunneis, irregularibus et confluentibus; cæspitulis sparsis, nigris, punctiformibus, *Venturiam* æmulantibus, erumpentibus; hyphis fasciculatis, simplicibus, flexuosis, subinde nodulosis, septatis, pallide olivaceis; conidiis cylindraceis, leviter sursum attenuatis, 3-septatis, e hyalino olivaceis, 40 ≈ 3, hyphas subæquantibus.

Hab. in foliis Kennedyæ prostratæ, Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

110. **Cercospora pinnulicola** Atk. Cerc. Alab. p. 32. — Diffusa, hypophylla, foliorum pinnulis supra sæpius pallidis, subtus sordidis insidens; cæspitulis laxe sparsis; hyphis rubenti-brunneis, septatis, minute guttulatis, irregulariter flexuosis, geniculatis et profuse denticulatis, 100-200 ≈ 4-5; conidiis obclavatis, hyalinis, multiseptatis et multiguttulatis, 50-150 ≈ 4-5. 7679

Hab. in foliis Cassiæ nyctitantis, Auburn, Alabama Amer. bor. (Dugy).

111. **Cercospora Coronillæ** C. Mass. Contr. Myc. Ver. pag. 132. — 7680
Cæspitulis minutis, sparsis v. subvelutino-effusis; hyphis fertilibus

molliusculis dense fasciculatis, erectis, tabacinis, multiseptatis, septis remotiusculis, subflexuosis et nonnihil subvaricosis, simplicibus vel subfurcatis, 100-170 ≈ 6-8, apice subdenticulatis; conidiis subvermicularibus, rectis, 22-60 ≈ 9-12, utrinque obtusis, deciduis, tabacinis.

Hab. in fructibus siccis Coronillæ Emeri, Tregnago prov. Verona.

112. **Cercospora Desmanthi** E. et K. Journ. Mycol. 1887, p. 14, *C. condensata* E. et K. var. *Desmanthi* E. et K. — Syll. IV, p. 462. — Testibus auctoribus loc. cit. ut distincta species habenda est.

113. **Cercospora Chamæcristæ** E. et K. Journ. Myc. 1888, p. 7. — 7681
Maculis nullis; cæspitulis hypophyllis, effusis; hyphis laxe fasciculatis, crassis, pallide brunneis, parce septatis, 50-70 ≈ 5-6, supra abrupte incurvis et subnodulosis; conidiis subcylindraceis, fumoso-hyalinis, 1-3-septatis, subinde constrictis, 35-55 ≈ 5-7.

Hab. in foliis et leguminibus Cassiæ Chamæcristæ, Manhattan, Kansas Amer. bor. (Kellerman et Swingle).

114. **Cercospora Tephrosiæ** Atk. Cerc. Alab. p. 12. — Maculis amphigenis, parvis, angulosis vel suborbicularibus, 1-2 mm. diam., elevatis, nigro-brunneis; hyphis epiphyllis in cæspitulos confertos fasciculatis, rubentibus, flexuosis vel dentatis, 50-100 ≈ 4,5-5; conidiis obclavatis, subhyalinis, dilute rubentibus, 5-8-septatis, sæpius rectis, 70-130 ≈ 4-4,5. 7682

Hab. in foliis Tephrosiæ hispidatæ, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

115. **Cercospora Clitoriæ** Atk. Cerc. Alab. p. 30. — Maculis angularibus, majusculis, 3-6 mm. lat., supra nigris vel subnigris, subtus brunneis; hyphis epiphyllis, fuligineis, brevibus, e stromate tuberculari parum prominulis, 5-10 μ. long.; conidiis longis, teretibus, vix coloratis, rectis, pluriseptatis, 50-70 ≈ 3. 7683

Hab. in foliis Clitoriæ marianæ, Auburn, Alabama (Atkinson).

116. **Cercospora latens** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 3. — Epiphylla; maculis subindefinitis, atro-brunneis, subconfluentibus; hyphis valde obscuris, 10-15 ≈ 3, continuis, subhyalinis, e basi tuberculari oriundis; conidiis gracilibus, obclavatis, granulosis, guttulatis, dein multiseptatis, 75-100 ≈ 3. 7684

Hab. in foliis Psoraleæ argophyllæ, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle).

117. **Cercospora Daviesiæ** Cooke et Mass. XVIII, p. 7. — Epiphyl- 7685

la; maculis fuscis, irregularibus, angulatis; hyphis fasciculatis, abbreviatis; conidiis cylindraceis v. sursum attenuatis, obtusis, curvulis, arcuatis, 5-septatis, pallide fuscis, 60 ≈ 4.

Hab. in foliis Daviesiæ latifoliæ, Victoria Australiæ (Martin).

118. **Cercospora destructiva** Ravenel Journ. Myc. 1887, pag. 13. — Maculis amphigenis, brunneis, demum griseis vel albidis, 3-4 mm. diam., margine elevato obscuriore, passim late confluentibus; hyphis amphigenis, sed superne uberioribus, erumpentibus, in cæspitulos sphæriæformes, fumoso-olivaceos, 160-200 μ. diam. conjunctis, simplicibus, subdentatis, parce septatis, 30-45 ≈ 3-4; conidiis oblongo-clavatis, 1-3-septatis, 20-40 ≈ 3. 7686

Hab. in foliis languidis Evonymi japonicæ, Aiken Carol. Amer. bor.

119. **Cercospora Deutziæ** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 5. — Maculis amphigenis minutis, 1-2 mm. diam., supra albis elevato-marginatis, infra obscurioribus; hyphis in cæspitulos sparsos collectis, brunneis, septatis, plus minus curvis et subdenticulatis, 100 ≈ 3; conidiis angustis hyalinis, multiseptatis, sursum curvis, longissimis, 250-300 ≈ 3. 7687

Hab. in foliis Deutziæ gracilis, Faulkland Del. Amer. bor. (Commons).

120. **Cercospora Aristoteliæ** Cooke Grev. XIX, p. 4. — Hypophylla; maculis brunneis, suborbicularibus, roseo-cinctis; hyphis fasciculatis, brevibus; conidiis cylindraceis, apice subattenuatis, 60-70 ≈ 3-4, multi-nucleatis spurieque septulatis, hyalinis. 7688

Hab. in foliis Aristoteliæ racemosæ, New Zealand (Colenso).

121. **Cercospora marginalis** Thüm. et Boll. Contr. Fung. litt. Austr. III, p. 5. — Cæspitulis hypophyllis, minutis, nigris, in foliorum margine, arescendo fusco-brunneo, fere regulari; hyphis brevibus, subrectis, ramulosis, septatis, griseo-fuscis; conidiis clavulatis, utrinque angustatis, apice rotundatis, tri- raro quadricellularibus, ad septa lenissime constrictulis, fuligineo-fuscidulis, 24 ≈ 7, pedicello brevi. 7689

Hab. ad folia viva Ribis Grossulariæ, Goritiæ.

122. **Cercospora magellanica** Speg. F. Fueg. n. 451. — Maculis rufescentibus, parvulis, 1-3 mm. diam., epiphyllis, subdeterminatis, sparsis; cæspitulis in maculis laxe gregariis vel hinc inde sparsis, minutis, olivaceis; hyphis cylindraceis erectis e nodulo parenchymatico, minutissimo exsurgentibus, rectis vel flexuosulis, apice ob- 7690

tusulis, 1-3-septatis, non constrictis, 40–50 ≈ 6, pallide olivaceis; conidiis acrogenis, obovatis vel piriformibus, utrinque obtusiusculis, 15–20 ≈ 5-7, pallide fuligineis, levibus, medio 1-septatis, non vel vix constrictis.

Hab. ad folia languida Ribis magellanicæ in Picton island Fuegiæ.

123. **Cercospora Mali** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 116. — Epiphylla; maculis griseis, rotundis, 2–3 mm., diam., rubenti-marginatis; hyphis brevibus, brunneis, continuis, sursum gibboso-denticulatis, 15–20 ≈ 2,5–3, dense cæspitosis; conidiis angustis, flavido-hyalinis, 4–5-septatis, 60-70 ≈ 2–2,5. 7691

Hab. in foliis vivis Piri Mali, St. Martinsville La. Amer. bor. (Langlois). — Diversa a *C. Piri*.

124. **Cercospora prunicola** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 17. — Maculis amphigenis, subindefinitis, purpureo-brunneis, 2–3 mm. diam.; hyphis plerumque hypophyllis, brevibus, 10–15 μ. long., dilute coloratis, e tuberculo distincto oriundis; conidiis subhyalinis, nucleatis, dein 3-pluriseptatis, 30-45 ≈ 2,5, cylindraceis. 7692

Hab. in foliis Pruni americanæ, Point à la Hache La. Amer. bor. (Langlois). — Conidiis minoribus et pallidioribus a *C. circumscissa* et *C. cerasella* distinguitur.

125. **Cercospora consobrina** E. et E. Journ. Myc. 1887, pag. 19. — Maculis amphigenis, minutis, 2 mm. diam., ferrugineo-brunneis, demum bene definitis, purpureo-cinctis; hyphis epiphyllis, brevibus, 12–20 ≈ 2,5–3, sursum subhyalinis denticulatisque, e basi minuta tuberculari cæspitulosis; conidiis exilibus, hyalinis, cylindraceis, 30-40 ≈ 2,5, demum tenuiter 3-pluriseptatis. 7693

Hab. in foliis vivis Persicæ vulgaris, Louisiana Am. bor. (Langlois).

126. **Cercospora rubro-tincta** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 20. — Maculis amphigenis, atro-rubris, margine dilutius rubro cinctis; cæspitulis laxis, olivaceis; hyphis amphigenis, brevibus, 12–15 μ. long., olivaceis, fasciculatis; conidiis lineari-subclavatis, guttatis, dilute fumosis, 35–50 ≈ 2,5–3. 7694

Hab. in foliis Persicæ vulgaris, Point à la Hache, Louisiana Amer. bor. (Rev. A. B. Langlois).

127. **Cercospora myrticola** Speg. Guar. I, p. 167. — Maculis epiphyllis, majusculis, 3–5 mm. diam., fusco-atris, subindeterminatis, repando-angulosis, acervulis epiphyllis, laxe ac subseriate aggregatis, subhemisphæricis, 20-30 ≈ 20-90, ex hyphis brevibus, conti- 7695

nuis? gracilibus, 2-2,5 μ. cr., rectis v. subcurvulis, basi coalescentibus, obscure ac subopace olivaceis, sursum liberis et fumosis compositis; conidiis cylindraceo-fusoideo-clavulatis, 20-75 ≃ 2-2,5, sæpius 3-septatis vel multiguttulatis, utrinque obtuse rotundatis, chlorinis.

Hab. ad folia viva Myrtaceæ cujusdam in silva Caà-guazú Brasiliæ.

128. **Cercospora epicoccoides** Cooke et Mass. Grev. XIX. p. 91. — 7696
Epiphylla; maculis minutis vel confluentibus, purpureis; cæspitulis gregariis sphæriæformibus, subcompactis, nigris, *Epicoccum* æmulantibus; hyphis brevissimis, simplicibus; conidiis profusis, fasciculatis, cylindraceis, sursum leviter tenuatis, 3-5-septatis, 50 ≃ 5, pallide olivaceis.

Hab. in foliis Eucalypti, Victoria Australiæ (Mrs. Martin).

129. **Cercospora Eucalypti** Cooke et Mass. XVIII, p. 7. — Maculis 7697
subcircularibus v. confluentibus, pallidis, roseo-marginatis; hyphis abbreviatis; conidiis cylindricis, curvulis, utrinque obtusis, vix septatis, pallidis, 30-35 ≃ 4.

Hab. in foliis evanescentibus Eucalypti, Oakleigh Australiæ (Martin).

130. **Cercospora erythrogena** Atk. Cerc. Alab. pag. 33. — Hypophyl- 7698
la; maculis indefinitis, folium sæpius in rubrum vergentibus; hyphis sparsis, frequenter repentibus, sæpe ramosis, fusco-rubro-brunneis, flexuosis, denticulatis, 50-70 ≃ 4-5; conidiis gracilibus, sæpius incurvis, majoribus teretibus, dilute olivaceo-brunneis multiseptatis, plerumque guttatis, 30-100 ≃ 3,5-4.

Hab. in foliis Rhexiæ marianæ et virginicæ, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

131. **Cercospora truncatella** Atk. Cerc. Alab. p. 12. — Maculis am- 7699
phigenis, suborbicularibus, albidis, margine angusto, dilute brunneo cinctis, 2-4 mm. lat.; hyphis amphigenis fasciculatis, rubro-brunneis, septatis, geniculatis vel subrectis, 70-250 ≃ 4,5; conidiis hyalinis, evanide septatis, e basi truncata apicem obtusum versus sensim attenuatis, raro basi rotundatis, 50-150 ≃ 3,5-4.

Hab. in foliis Passifloræ incarnatæ, Auburn, Alabama Amer. bor. (Atkinson).

132. **Cercospora atro-maculans** E. et E. Journ. of Myc. 1887, p. 17. 7700
— Maculis amphigenis, nigris, subindefinitis, orbicularibus, 0,5-1 cm. diam., paucis, hyphis e tuberculo fasciculatis, amphigenis, brunneis, septatis, irregularibus, undulatis, sursum curvis denticu-

latisque, 75 ≍ 4; conidiis obclavatis, subfuscis, granuloso-nucleatis, 40-75 ≍ 3-4.

Hab. in foliis Araliæ spinosæ, Natchitoches La. Amer. bor. (Langlois).

133. **Cercospora coffeicola** B. et C. Journ. Myc. 1888, p. 5. — Maculis amphigenis 2-3 mm. diam., centro albo v. pallido, margine rufo-brunneo; hyphis sæpius epiphyllis, e basi minuta tuberculari cæspitosis, 50-75 ≍ 4, bi-triseptatis, fuscis, passim elongatis, 100-300 μ. long., sursum nodulosis et denticulatis; conidiis (paucis observatis) hyalinis, 75 ≍ 3, bi-quadriseptatis. 7701

Hab. in foliis vivis Coffeæ arabicæ, Guatemala Amer. centr. (Scribner).

134. **Cercospora Diodiæ-virginianæ** Atk. Cerc. Alab. p. 26. — Maculis amphigenis, brunneis v. sordide albis, supra indefinite marginatis, 2-5 mm. lat.; hyphis amphigenis, fasciculatis, in cæspitulos numerosos fasciculatis, fuligineis, subrectis, denticulatis, 40-250 ≍ 4-5; conidiis hyalinis, basi validis, supra graciliter longeque attenuatis, multiseptatis, 80-350 ≍ 4. 7702

Hab. in foliis Diodiæ virginianæ, Auburn, Alabama Amer. bor. (Duggar).

135. **Cercospora Cinchonæ** E. et E. Journ. Mycol. 1887, p. 17. — Maculis amphigenis, definitis, supra nigricantibus, anguste elevatulo-marginatis, infra brunneo-nigris, 2-3 mm. diam.; hyphis epiphyllis in cæspitulos sparsos sphæriæformes junctis, brevissimis; conidiis cylindraceis flavido-hyalinis, subrectis, dein tenuiter 3-septatis, 25-35 ≍ 2,5. 7703

Hab. in foliis vivis Cinchonæ cultæ, Lafayatte La. Am. bor. (Langlois).

136. **Cercospora Cephalanthi** Ell. et Kell. — Syll. IV, p. 467 — Sec. Ell. in Journ. Myc. 1888, p. 5, conidia matura 35-50 ≍ 4, olivaceo-brunnea, 5-7-septata. Nascitur quoque in Faulkland Amer. bor. (Commons).

137. **Cercospora Symphoricarpi** Ell. et Ever. Journ. Mycol. 1889, p. 70. — Maculis intense rubiginosis, 1-2 mm. diam.; hyphis hypophyllis, fasciculatis, 30-40 ≍ 3, continuis, brunneolis, supra denticulatis; conidiis clavato-oblongis, 1-3-septatis, 20-30 ≍ 3. 7704

Hab. in foliis Symphoricarpi vulgaris, Rooks County, Kansas Amer. bor. (E. Bartholomew).

138. **Cercospora catenospora** Atk. Cerc. Alab. p. 34. — Effusa vel cæspitulosa; hyphis e foliorum stomatibus fasciculatim assurgenti- 7705

bus, divergentibus, 20-75 ≈ 5-6, septatis, subcylindraceis, sæpe dentatis, olivaceo-flavidis, raro obscurioribus ad rubrum vergentibus; conidiis acro-pleurogenis, concatenatis, cylindraceis, dein abrupte truncato-attenuatis vel solitariis et tunc teretibus, rarius subclavatis, dilute olivaceo-flavidis, sæpe guttulatis, 1-6-septatis, 20-100 ≈ 4-5.

Hab. in foliis Sambuci canadensis, Auburn, Alabana Am. bor. (Atkinson).

139. **Cercospora lateritia** E. et Halst. Journ. myc. 1888, p. 7. — Maculis epiphyllis, brunneolis, dein plus minus confluentibus, demum fere nigris; cæspitulis hypophyllis, definitis, pallide lateritiis, mox confluentibus; hyphis e folii stomatibus cæspitose effuseque exsurgentibus, plus minus intertextis, 50-70 ≈ 8-10, ramosis, septatis; conidiis sæpius cylindraceis et rectis, utrinque obtusis, 2-6-septatis, plerumque constrictis, rubro-brunneis, 50-100 ≈ 6-8, longioribus supra attenuatis. 7706

Hab. in foliis vivis Sambuci pubentis, Ames Jowa Amer. bor. (B. D. Halsted).

140. **Cercospora Ceanothi** K. et Swingle Journ. Myc. 1888, p. 94. — Maculis rubro-brunneis v. rufis, subcircularibus, subconfluentibus, copiosis, amphigenis, 1-5 mm. diam.; hyphis pallide brunneis, continuis vel raro septatis, simplicibus, sæpe guttatis, supra subnodosis, hypophyllis, subinde amphigenis, dense fasciculatis, 20-36 ≈ 3-4,5, cæspitulos minutos, in macularum centro gregarios efficientibus; conidiis curvis v. rectis, anguste cylindraceis v. utrinque leniter attenuatis et obtusis, 3-6-septatis, hyalinis, 45-90 ≈ 2-4. 7707

Hab. in foliis Ceanothi ovati, Manhattan, Kansas Amer. bor., interdum socio *Macrosporio* quodam.

141. **Cercospora texensis** Ell. et Galloway Journ. Myc. 1888, p. 116. — Maculis amphigenis, minutis, 1-2 mm. diam., albidis, purpureo-marginatis; hyphis amphigenis, 5-20 laxe fasciculatis, effusis, brunneis continuis v. tenuiter 2-3-septatis, subæqualibus, subrectis, sursum denticulatis, subtruncatis, 35-50 ≈ 4; conidiis obclavato-filiformibus, tenuiter septatis, 70-110 ≈ 2,5. 7708

Hab. in foliis Fraxini viridis, Brazos Co. Texas Am. bor. (Le Brunk). — Subinde maculæ ampliores 0,5-1 cm. lat.

142. **Cercospora fraxinea** E. et E. Journ. Myc. 1888, p. 4. — Maculis amphigenis, subtus distinctioribus, indefinitis vel venulis folii limitatis, sæpius confluentibus, subolivaceis; cæspitulis amphigenis, punctiformibus, dense confertis; hyphis conferte cæspitosis ef- 7709

fusis, olivaceis, plus minus hamatis, 30-40 ≈ 5-6, demum plus minus septatis; conidiis cylindraceis v. demum supra subattenuatis, 1-3-septatis, subolivaceis, plerumque 25-35 ≈ 5-7, nonnullis 50 μ. long. et tunc sursum magis attenuatis.

Hab. in foliis siccis Fraxini, Manhattan, Kansas Amer. bor. (W. T. Swingle). — *C. fraxiniti* et *C. superfluæ* affinis.

143. **Cercospora fraxinites** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 20. — Maculis amphigenis, atro-brunneis, suborbicularibus et subindefinitis, 3-4 mm. lat., non copiosis; hyphis amphigenis, dense fasciculatis, brevibus, 15-30 ≈ 2,5-3, brunneolis, hamatis, cæspitulos numerosos, parvos, nigros, dense sparsos efformantibus; conidiis subhyalinis, cylindraceis v. supra leniter attenuatis, guttulatis, 35-60 ≈ 2,5-3. 7710

Hab. in foliis vivis Fraxini, Bohemia, Plaquemines Co., Louisiana Amer. bor. (Rev. A. B. Langlois).

pallide cœrulescentibus, siccitate nigrescentibus, gelatinosis, mollissimis; conidiis cylindraceis, rectis, 4-5 ≃ 1-1,5.

Hab. in rapis putrescentibus Brassicæ Napi var. Napobrassicæ, Mustiala Fenniæ.

8. **Hymenula microsporella** Karst. in Hedw. 1891, p. 302. — Sporodochiis sæpius elongatis v. oblongatis, gelatinosis, matrici adglutinatis, incarnatis, siccis saturatioribus, usque ad 1 mm. long.; hyphis brevissimis, tenerrimis; conidiis elongatis, rectis, utrinque vix v. leviter attenuatis, 4-5 ≃ 1-1,5. 8033

Hab. in rapis putridis Brassicæ Napi var. Napobrassicæ, Mustiala Fenniæ. — *Hym. rubellæ* affinis.

MYXONEMA Corda Ic. I, p. 10 (Etym. *myxa* mucus). — Sporodochia minuta, læte colorata, subsuperficialia. Hyphæ simplices radiantes, continuæ, fasciculatæ. Conidia globosa copiosa (pleurogena?) muco conglutinata — Sec. Fr. Summa p. 520, fluxus esset pathologicus arborum, quod ex Cordæana analysi non deducitur.

1. **Myxonema assimile** Corda Ic. I, p. 10, t. II, f. 150. — Sporodochiis minutis, nitidis, aurantio-croceis; hyphis albis; conidiis luteis copiossimis, globosis, perexiguis, 2,3-2,5 μ. diam., gelatina mucosa alba conglutinatis. 8034

Hab. in ligno et cortice arborum emortuarum in Bohemia. — Habitus *Myxosporii crocei.*

TRICHOTHECA Karst. Symb. XX, p. 101 (Etym. *thrix* pilus [sporophorum] et *theca*). — Sporodochia superficialia, plano-pulvinata, ceracea, læte colorata, e sporophoris tenerrimis, densissime stipatis, seriatim multiguttatis, demum conidia ellipsoidea vel sphæroidea, hyalina, continua exserentibus, hypothallo tenuissimo, minute celluloso oriundis.

1. **Trichotheca alba** Karst. loc. cit. — Sporodochiis sparsis, albis, dein disco lutescentibus, 1-2 mm. diam.; sporophoris filiformibus, rectis, cohærentibus, dilutissime lutescentibus (sub lente) 90-180 ≃ 2; conidiis sphæroideis v. ellipsoideis 2 ≃ 1 v. 1-2 μ. diam. 8035

Hab. in ligno (pineo?) vetusto, Mustiala Fenniæ.

MYROPYXIS Ces. — Sacc. Syll. IV, p. 672.

1. **Myropyxis guttiformis** Karst. in Hedw. 1891, p. 302. — Sporodochiis sparsis superficialibus, adiposis, sphæroideis vel subsphæroideis, hyalinis, 100-200 μ. diam.; sporophoris filiformibus, conti- 8036

nuis, simplicibus, raro ramosis, 0,5 μ. cr.; conidiis copiosissimis, cylindraceis, utrinque obtusis v. subtruncatis, continuis, rectis, hyalinis, circ. 4 ≃ 0,5-1.

Hab. in pagina interiore corticis putris arborum frondosarum, Mustiala Fenniæ.

DIAPHANIUM Fr. — Sacc. Syll. IV, p. 672.

1. **Diaphanium serpens** Karst. Symb. XX, p. 101. — Sporodochiis superficialibus, plus minus elongatis, linearibus, reticulatim confluentibus, gelatinosis, carnee-aurantiacis, 1-2 mm. cr., e conidiis anguloso-sphæroideis, intus granulosis, lutescentibus (sub micr.), conglutinatis, magnis, 10-45 μ. diam. 8037

Hab. in cortice Betulæ pr. oppidum Raumo Fenniæ.

CYLINDROCOLLA Bon. — Sacc. Syll. IV, p. 673.

1. **Cylindrocolla cylindrophora** E. et Ev. in Journ. of Myc. 1886, p. 39. — Cæspitulis (nudis) minutis, 1 mm. diam., vix translucidis (?), gelatinosis, subinde confluentibus et tum 3-4 mm. longis, siccitate dilabentibus; hyphis fasciculatis, erectis, gracilibus, dichotome ramosis, conidia oblongo-cylindracea, hyalina, primo granulosa, demum uniseptata, 20-24 ≃ 5-6, lateraliter gerentibus. 8038

Hab. in superficie inf. asseris pinei, Newfield, New Jersey Amer. bor.

2. **Cylindrocolla quercina** Cooke et Ell. Grev. XVI, p. 25. — Sporodochiis verruciformibus, erumpentibus, aurantiacis; sporophoris dichotomis; conidiis cylindraceis, obtusis, hyalinis, concatenatis, 20 ≃ 3. 8039

Hab. in ramis emortuis Quercus, New Jersey Amer. bor. (Ellis).

3. **Cylindrocolla corticola** Karst. Rev. Myc. 1889. — Sporodochiis dispersis, difformibus, planiusculis, tremelloideis, aurantio-rubris, exiguis, fere punctiformibus; sporophoris ramosis, gracillimis; conidiis cylindraceis, utrinque truncatis, continuis, rectis, hyalinis, 3-6 ≃ 0,5-1. 8040

Hab. supra corticem arborum in Minas Geraes Sitio Brasiliæ (Edw. Wainio).

4. **Cylindrocolla diffluens** E. et E. Journ. Myc. 1887, p. 117. — Sporodochiis carneis, siccis aurantiacis, adpressis, immarginatis, circ. 1 mm. diam., primo subtuberculosis; sporophoris non visis; conidiis oblongis v. cylindraceis, circ. 4-12 ≃ 1,5, hyalinis et continuis, in catenas trichotomas dispositis. 8041

Hab. in caulibus herbaceis emortuis, Scofield, Utah, Amer. bor. (Harkness).

5. **Cylindrocolla tenuis** Karst. Symb. mycol. XXIV, p. 18. — Sporodochiis sparsis, difformibus, vulgo elongatis v. oblongatis, planis, tenuissimis, gelatinosis, madore turgescentibus, aurantiacis, circ. 0,5 mm. lat.; sporophoris dichotome ramosis in conidia cylindracea, continua, eguttata, recta, hyalina, 3-10 ≃ 0,5-1, abeuntibus. 8042

Hab. in foliis Graminacearum pr. Mustiala Fenniæ.

6. **Cylindrocolla graminea** Karst. Symb. Mycol. XXIV, p. 18. — Sporodochiis gregariis vel sparsis, sæpius difformibus, orbicularibus, planiusculis, gelatinosis, pallidis, siccis flavidis, 0,5-1 mm. diam.; sporophoris fasciculatis, gracillimis, repetite dichotome ramosis; conidiis cylindraceis, hyalinis, catenulatis, 6-12 ≃ 0,5-1. 8043

Hab. in culmis emortuis Calamagrostidis, Mustiala Fenniæ.

SPHÆRIDIUM Fres. — Sacc. Syll. IV, p. 675.

1. **Sphæridium lacteum** Ell. et Langl. Journ. Myc. 1890, pag. 36. — Lacteum, minutum, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. diam., basi substipitato-contractum; conidiis in catenas dendroideo-ramosas dispositis, ellipsoideis, hyalinis, 5 ≃ 3. 8044

Hab. in caulibus herbaceis, St. Martinsville, Louisiana Americæ borealis.

BIZZOZERIELLA Speg. F. Guar. II, p. 199 (Etym. a sollerte botanico Jac. Bizzozero, patav.). — Sporodochia phyllogena, majuscula, carnosula, læticoloria, hypothallo mucedineo, radiante sæpius insidentia, subpileato-dilatata, stipite crasso, cingulo gelatinoso-succineo, conidiifero cincto, suffultis. Conidia minuta, cylindraceo-fusoidea, catenulata (an semper?), in sporophoris filiformibus acrogena. — Genus singulare *Aschersoniæ* Mont. peraffine, a quo recedit peritheciorum defectu: statum conidicum *Hypocrellæ* sistit.

1. **Bizzozeriella phyllogena** Speg. F. Guar. II, n. 199. — Hypophylla; hypothallo tenuissime membranaceo, vix perspicuo, radioso-orbiculato, ex albo hyalino late expanso, 2-5 mm.; sporodochiis centro hypothalli solitariis vel 2-3-aggregatis, subcylindraceo-hemisphæricis, 1-1,5 mm. diam., 1 mm. alt., stipite conoideo, brevissimo crassoque, 500-700 μ. alt., 700-800 μ. cr., basi 250-300 μ. cr., apice in pileum applanato-hemisphæricum, abrupte expanso, donatis, carnosulo-coriaceis, in sicco duris, subfriabilibus, extus albis vel pallescenti-fulvis, intus albis, fibrosulo-compactis; stratu conidiifero 8045

crassiusculo, stipitem atque partem inferam pilei vestiente, 300-350 μ. cr., in sicco subcorneo, in vivo tremelloideo, corniculis longiusculis crassiusculisque, simplicibus vel bifidis, 250-300 ≃ 25-30, albis, e stipite oriundis horizontaliter implexo (an parietes peritheciorum *Aschersoniæ*?) succineo-aurantio; conidiis e fusoideo cylindraceis, acutiusculis, 12-14 ≃ 2-2,5, hyalinis, continuis, rectis vel subinæquilateralibus, utrinque apiculo conico, 4-5 ≃ 1, auctis, catenulatis (?), sporophoris e corniculis exsurgentibus, filiformibus, 20 25 ≃ 1, hyalinis, suffultis.

Hab. ad folia exsiccata adhuc pendula Laurineæ cujusdam in silvis pr. Guarapi Brasiliæ. — Species *Aschersoniæ tahitensi* et præcipue *Asch. oœysporæ* peraffinis nisi identica, loculis descriptis tamen non visis. Huic generi sine ullo dubio *Asch. basicystis* B. et C. est adscribenda!

PATELLINA Speg. — Sacc. Syll. IV, p. 677.

1. **Patellina? pusilla** Bomm. Rouss. Sacc. Contr. Myc. Belg. IV, p. 99. 8046
— Sparsa, globulosa dein subpatellata, albo-hyalina dein sordide alba, 320-350 μ. diam., contextu peripherico e fibrillis subparallele stipatis formato; conidiis bacillaribus, rectis, catenulatis (?), 6-8 ≃ 1, subinde 2-guttatis; basidiis filiformibus supra curvis, 120-150 ≃ 1-1,5 in ramulos plures sæpius oppositos divisis denticulosque sporigeros laterales gerentibus.

Hab. in fragmentis ligneis Fagi silvaticæ, Groenendael Belgii.

2. **Patellina buellioides** Speg. F. Puigg. n. 476. — Sporodochiis in- 8047
ter lichenes (an ex illis) erumpentibus, dein subsuperficialibus, applanatis, primo minute orbicularibus, 0,5-1 mm. diam., dein magis explanatis, irregulariter repandulis, disco aurantiaco, margine strictissimo sed bene distincto, albo cinctis, extus sordide albescentibus, levibus; sporophoris dense constipatis ac subcoalescentibus, 20-30 ≃ 1, hyalinis, apice acutiusculis, monosporis; conidiis subcylindraceis v. ex obovato ellipsoideis, utrinque obtusiusculis, 4-6 ≃ 1,5-2,5, continuis eguttulatis.

Hab. ad corticem lichenosum viventem pr. Apiahy Brasiliæ. — Species pulchella in juventute præcipue apotheciis *Buelliæ* cujusdam simillima.

3. **Patellina bicolor** Karst. Rev. Myc. 1889. — Sporodochiis sparsis, 8048
sessilibus, cupulatis, primitus subsphæroideis, ceraceo-coriacellis, albis; contextu subprosenchymatico, disco valde convexo, flavo, 0,1

mm. diam. v. paullo ultra; conidiis oblongatis v. ellipsoideis, guttulis 2 apicalibus, magnis præditis, hyalinis, 5-7 ≈ 2-3; sporophoris dense constipatis, 20-45 ≈ 0,5.

Hab. supra corticem vetustum in Brasilia prope Rio de Janeiro (Doct. Edw. Wainio).

SCORIOMYCES Ell. et Sacc. Syll. IV, p. 680.

1. **Scoriomyces Andersonii** Ell. et Gall. Journ. Myc. 1890, p. 33. — 8049
Sporodochiis ceraceo-flavis, porosis, 4-12 cm. long., 2-4 cm. cr., 2-4 cm. lat., ambitu irregularibus, in superficie colliculosis; conidiis laxe compactis, globosis, 35-55 μ. diam.

Hab. in caudice putri Pini ponderosæ, Belt mountains, Montana Amer. bor. (F. W. Anderson). — A *S. Cragini* sporodochiis compactioribus, conidiis majoribus diversa.

VOLUTELLA Tode — Sacc. Syll. IV, p. 682.

1. **Volutella occidentalis** Ell. et Anders. Bot. Gaz. 1891, p. 46, t. VII, 8050
f. 1-6. — Sporodochiis gregariis, tenuibus, applanatis, usque ad 1 mm. diam., pallide aurantiacis v. carneis, ob pilos suberectos, pallidos, rugosulos, leniter septatos, 110-150 μ. long. fimbriatis; sporophoris ramosis; conidiis concatenatis, cylindraceis, rectis hyalinis utrinque 1-guttatis, 6-8 ≈ 1,5-2.

Hab. in caulibus emortuis Astragali flexuosi et Astr. Drummondii, Sand Coulee county, Montana Amer. bor.

2. **Volutella Boydiana** Sacc. *Volutella citrina* Cooke et Mass. Grev. 8051
XVIII, pag. 74 nec E. et Ev. — Erumpens, sparsa, discoidea, citrina, 1/3 mm. diam., sessilis; hyphis densis, gracilibus, hyalinis, flexuosis, levibus, septatis; conidiis oblongis, 3-4 ≈ 1,5.

Hab. in caulibus Trollii, West Kilbride, Ayrshire Britanniæ (D. A. Boyd).

3. **Volutella gilva** (Pers.) Sacc. Syll. IV, p. 685 — ***V. intricata** Kast. 8052
Symb. Myc. Fenn. XXIV, p. 19. — Sporodochiis sparsis, sessilibus, orbiculatis vel oblongatis, roseis, filamentis valde flexuosis, septatis, asperulis, pallidioribus 250-350 ≈ 5-6 vestitis; conidiis cylindraceis rectis, subeguttulatis, hyalinis, 6-10 ≈ 1,5-2,5; sporophoris fasciculatis 15 ≈ 1,5.

Hab. in petiolis putrescentibus Armoraciæ in horto mustialensi Fenniæ. — A typo filamentis longioribus et conidiis minoribus differt.

4. **Volutella lanuginosa** Pat. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 183. — Sporo- 8053

dochiis carnosis, sessilibus, crassis, pulvinatis, sparsis v. confluentibus, intus rufidulis, extus roseo-cinerescentibus, 0,5-10 mm. lat., undique setis prælongis, 350 ≈ 5-6, cylindricis, septatis, apice obtusis, verruculosis, pallidissime brunneis, tectis; sporophoris linearibus, brevibus, hyalinis, 10-12 μ. long.; conidiis hyalinis, cylindraceis, rectis, utrinque obtusis, 3-5-guttulatis, 8-10 ≈ 2-3.

Hab. in ramulis dejectis, Egido prope Quito Æquatoriæ Americæ centr.

5. **Volutella citrina** Ell. et Ev. Journ. Myc. 1888, p. 55. — Sporodochiis turbinato-lenticularibus sessilibus, 0,5-1 mm. diam., margine laciniato-denticulato sed non ciliatis; basidiis 12-15 ≈ 1, copiosis; conidiis..... (non descriptis). 8054

Hab. in ligno putri Pini, Newfield, N. Jersey Amer. bor.

6. **Volutella conorum** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 55. — Sporodochiis sphæroideis, primo lacteis, 1/4 mm. lat., demum planis, sessilibus, 0,5 mm. diam., setis gracilibus 300-400 ≈ 3-4, albis, continuis, supra sensim attenuatis margine cinctis; hyphis simplicibus, 15-20 ≈ 1-1 1/4; conidiis subglobosis, hyalinis, 1-1 1/4 μ. diam. continuis, rectis. 8055

Hab. in fructibus dejectis Magnoliæ glaucæ, Newfield, N. Jersey Amer. bor. — Differt a *V. fusarioidi* conidiis minoribus et rectis.

7. **Volutella paraguayensis** Speg. Guar. I, p. 173. — Sporodochiis hinc inde sparsis, globoso-depressis v. sublenticularibus, minutissimis, 150 μ. diam. melleis, non v. vix substipatis, margine longe laxisque ciliatis; setulis cylindraceis, sursum sensim attenuatis, parce remoteque septulatis, levibus 150-200 ≈ 5-8, hyalinis; contextu sporodochii carnoso, tenuissime ac subindistincte prosenchymatico; conidiis papillulis epithecii acrogenis, cylindraceis, 5-6 ≈ 1, utrinque truncato-subrotundatis, non v. minute 1-guttulatis, rarius subincrassatulis, hyalinis. 8056

Hab. ad legumen dejectum putrescens in montuosis pr. Peribebuy Brasiliæ.

8. **Volutella albido-pila** Boud. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 82, t. V, f. III. — Sporodochiis sessilibus, disciformibus v. oblongis, immarginatis, tenuibus, olivaceis, extus pilis albis, 0,8-1,5 mm. long., 10 μ. cr., septatis, apice subattenuatis cinctis; sporophoris numerosissimis, 25-30 μ. long., continuis, sporodochio dilutioribus; conidiis 12-16 ≈ 3, oblongo-cylindraceis, rectis, non septatis, utrinque sæpius minutissime 1-guttulatis, hyalinis, coacervatis subolivascentibus. 8057

Hab. ad basim caulium Orchidum exsiccatorum in Gallia.

9. **Volutella Ellisii** Langlois Journ. Myc. 1887, p. 57. — Sporodochiis 8058
sessilibus, hemisphæricis, late roseis, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. lat., setulis 80-100 ≈ 3-4, erectis, hyalinis, continuis, ex margine v. ex toto receptaculo membranaceo assurgentibus; sporophoris bacillaribus, 18-20 ≈ 3; conidiis oblongis, 6-10 ≈ 2,5-3, curvulis, obscure guttulatis.

Hab. in culmis, vaginis et foliis Graminacearum, præcipue Panici, Pointe à la Hache, Louisiana Amer. bor.

10. **Volutella bombycina** Speg. F. Fueg. n. 456. — Sporodochiis cu- 8059
pulato-applanatis, 400-750 μ. diam., tenuibus, submembranaceis, superficialibus, late arcteque matrice adnatis, gossypino-lanuginosis, candidis, pilis lamellosis, involutis, longe lineari-spathulatis, 50-150 ≈ 5-6, apice applanatis, irregulariter truncatis vel retusis, hyalinis vestitis; conidiis ellipticis vel ovoideis, utrinque acutissimis 2,5-3 ≈ 1 ac minute 1-guttulatis, hyalinis, sterigmatibus cylindraceis, apice acutissimis, 5 ≈ 1-1,5, hyalinis suffultis.

Hab. ad folia emortua Hierochloæ antarcticæ pr. Penguin rookery in Staten island Fuegiæ. — Ad *Vol. ciliatam* certe spectat *Psilonia Medicaginis* Brond. Rec. Crypt. Agen. II, p. 37, t. X, f. 4-7. — *Vol. nivea* (Fr.) Sacc. Syll. IV, pag. 685, teste Cooke et juxta exempl. orig. est opus entomogenum (*Adelges Fagi*). — *Psilonia hapalospora* B. et C. in Rav. Carol. III, n. 82, in culmis Zeæ in Carolina Am. bor. est forma major *Colletotrichi Lineolæ* Corda, conidiis 30 ≈ 5-6, distincte curvatis, acutis, hyalinis, sporodochii setulis dense seriatis, rigidulis, parce septatis, 70-90 ≈ 3-4, atro-fuligineis.

GUELICHIA Speg. Guar. I, p. 173 (Etym. ab egregio botanophilo C. von Gülich). — Sporodochia disciformia, margine tomentoso-ciliata. Sporophora filiformia, inferne coalescentia, superne libera, sub apice 6-setigera, setulis 3 minoribus descendentibus. Conidia fusoidea, continua, hyalina, solitarie acrogena. — Habitus *Cyphellæ*.

1. **Guelichia paradoxa** Speg. Guar. I. p. 174. — Maculis nullis; spo- 8060
rodochiis epiphyllis, sparsis v. rarius 3-9-aggregatis, 0,3-1 mm. diam., cupulatis, carnosulis, dense imperspicueque prosenchymaticis, ob setulis 100-250 ≈ 6-7 albo-tomentellis; sporophoris hyalinis, cylindraceis, in dimidia parte infera coalescentibus, supra libera et ciliis 6 concoloribus, donatis, 3 superis longissimis, 40-50 ≈ 1,5, subfalcato-divaricatulis, 3 inferis rectiusculis, 14-15 ≈ 1-1,5; coni-

diis solitarie acrogenis, fusoideis, 25-30 ≃ 3,5-4, continuis, hyalinis, utrinque obtusiusculis.

Hab. ad folia viva Rhamneæ sp. pr. Paraguarì Brasiliæ. — *Cyphellæ albo-violascenti* habitu simillima.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

PATOUILLARDIELLA Speg. F. Puigg. n. 477. (Etym. a cl. Patouillard, qui hujus generis naturam suspicatus est). — Sporodochia læticoloria, ceracea, subdiffluentia. Sporophora filiformia, monospora. Conidia acrogena, elongata, didyma, hyalina.

1. **Patouillardiella guaranitica** Speg. F. Puigg. n. 477, *Gymnosporangium? guaraniticum* Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 106, *Tubercularia Spegazzinii* Pat. Revue myc. 1889, p. 35. — Pulvinulis primo epidermide tectis, longitudinaliter erumpentibus, in juventute compactiusculis, per ætatem submucoso-diffluentibus, aurantiacis; sporophoris filiformibus, prælongis, 50-100 ≃ 1-1,5, hyalinis, simplicibus, rectis, muco junctis; conidiis ellipsoideo-elongatis v. elongato-subbiconicis, medio 1-septatis, non constrictis, 10-20 ≃ 3-4, hyalinis. 8061

Hab. ad ramulos et folia viva Sapindaceæ cujusdam pr. Apiahy Brasiliæ.

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

FUSARIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 694.

A. Conidia typice septata.

I. *In Dicotyledoneis lignosis.*

1. **Fusarium Robiniæ** Passer. Diagn. F. N. V, n. 53. — Sporodochiis erumpentibus, subglobosis v. lineari-elongatis; conidiis falcatis, 5-7-septatis, 35-40 ≃ 5. 8062

Hab. in ramulo dejecto Robiniæ Pseudacaciæ, Vigheffio pr. Parma Ital. bor.

2. **Fusarium stillatum** De Not. in herb. — Acervulis epidermide valvatim secedente denudatis, oblongatis, humectis pallescentibus tremellosis, fluxilibus, 1-2 mm. long. æquantibus; sporodochiis tenuibus, dense flocculosis; conidiis innumeris, coacervatis, teretibus utrinque obtusis, curvatis, hyalinis, 20-35 μ. long., nucleo lacunula angusta ad medium interrupto. 8063

Hab. in caulibus exsiccatis Genistæ tinctoriæ ad pontem Possaccio Val Intrasca Ital. bor.

3. **Fusarium desciscens** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 63, f. 44. — 8064
Sporodochiis primo subepidermicis, dein prominulis, minutissimis, dilutissime carneis, subhemisphæricis, ceraceis; sporophoris repetite dichotome ramosis, ramis brevibus, absolute hyalinis; conidiis nunc clavatis, nunc piriformibus, imo obovato-oblongis, minoribus 1-2-septatis, maturis pluriseptatis et 20-30 ≍ 7.

Hab. in ramulis junioribus siccis Sarothamni vulgaris, Schéveningue Hollandiæ (Destrée).

4. **Fusarium Volutella** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 93. — 8065
Sporodochiis penicillatis, per corticis rimas erumpentibus; sporophoris hyalinis, simplicibus v. parce ramosis, continuis v. pauciseptatis, 100 μ. v. ultra long., 4-5 μ. cr., erectis, supra tuberculoso-spiculosis; conidiis falcatis, 1-septatis, hyalinis, 50-70 ≍ 4-5.

Hab. in cortice Vitis bipinnatæ, e Cytospora? quadam immersa oriundum, St. Martinsville, Louisiana Am. bor. (Langlois). — Habitus Volutellæ.

4. **Fusarium parasiticum** Fautrey in Rev. Myc 1889, p. 153. — Minutissimum, roseum, secus ligni v. corticis rimas seriatum; conidiis semilunatis, parum incurvis, hyalino-roseis, 5-septatis, 60-80 ≍ 5. 8066

Hab. in sarmentis emortuis Vitis viniferæ, Noidan, Côte-d'Or Galliæ.

5. **Fusarium (?) Rubi** Winter in Hedw. 1885, p. 258. — Hyphis densissime stipatis, partes florales præcipue filamentis obducentibus, erectis, brevibus, plerumque simplicibus, rarius parcissime ramulosis, hyalinis; conidiis fusiformibus, utrinque acutis, sæpe parum curvatis seu inæquilateralibus, 1-3-septatis, ad septa non constrictis, hyalinis, 14-30 ≍ 3-3,5. 8067

Hab. ad flores Ruborum cultorum prope Cobden, Illinois Amer. bor. (F. S. Earle).

6. **Fusarium discoideum** Faut. et Roum. Rev. Mycol. Oct. 1891. — 8068
Sporodochiis carneis, erumpentibus, discoideis, epidermide lacera cinctis, 1,5-2 mm. diam.; conidiis semilunaribus, 40 ≍ 4-6, continuis v. 1-4-septatis.

Hab. in cortice ramorum dejectorum Sambuci nigræ, Noidan Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey). — A *Fus. sambucino* et *Fus. pyrochroo f. Sambuci* conidiis satis diversum.

7. **Fusarium elongatum** Cooke Grev. XIX, p. 4. — Sporodochiis erumpentibus, carnosis, convexis, compactis, aurantio-rubellis; hyphis 8069

tenuibus, ramulosis, stipatis; conidiis in ramulorum apice insidentibus, tenuibus, elongatis, fusiformibus, paullum curvatis, acutis, 5-7-septatis, hyalinis 60-70, sæpe 80 ≍ 2-3.

Hab. in ramis, New Zealand (Colenso).

8. **Fusarium carneo-roseum** Cooke Grev. XIX, p. 4. — Erumpens, 8070
tuberculiforme, carneo-roseum; conidiis fusiformibus, curvulis, hyalinis, 3-5-septatis, pallide roseo-tinctis, 45-50 ≍ 5.

Hab. in corticibus New Zealand (Kirk). — Verisimiliter statum conidiophorum Nectriæ otagensis Curr. sistit.

9. **Fusarium sphæroideum** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 140. — Spo- 8071
rodochiis subgregariis, atris, globoso-conicis, ligno denudato insidentibus; hyphis longis filiformibus, ramosis; conidiis fusiformibus, rectis, falcatis vel sigmoideis, chloro-joduri zinci ope distincte triseptatis, 22-38 ≍ 2,5-3, apicibus acuminatis, hyalinis.

Hab. in ramo denudato Fici Caricæ, Parma Ital. bor.

10. **Fusarium sphæriæforme** Sacc. *Fusarium Celtidis* Passer. Diagn. 8072
F. N. V, n. 54 (1891) nec Ell. et Trac. — Sporodochiis epidermide velatis, dein nudatis, sphæriæformibus, atris; conidiis falcatis; apicibus acutis, hyalinis, 3-5-septatis, 25-30 ≍ 4.

Hab. in ramulis emortuis Celtidis australis, Vigheffio pr. Parma Ital. bor.

11. **Fusarium Celtidis** Ell. et Trac. Journ. Myc. 1890, p. 76. — Spo- 8073
rodochiis sparsis, erumpentibus, pulvinatis, pallide aurantiis, $^1/_4$-1 mm, diam.; sporophoris supra subfasciculato-ramosis, ramis erectis, septatis, 40-60 ≍ 4; conidiis fusoideis, acutis, subrectis utrinque tantum subcurvulis, 5-septatis, 40-60 ≍ 4-5.

Hab. in fructibus Celtidis australis, Starkville, Missouri Amer. bor. (Tracy).

II. *In Dicotyledoneis herbaceis.*

12. **Fusarium longisporum** C. et M. Grev. XVI, pag. 4. — Sporo- 8074
dochiis erumpentibus, convexis, demum confluentibus, roseis, dein albidis; hyphis repetite dichotomis, septatis, hyalinis; conidiis fusiformibus, utrinque abrupte uncinatis vel subrectis, acutis, 5-septatis, hyalinis, 100 ≍ 5-7.

Hab. in ramulis Passifloræ, Brisbane Australiæ (Bailey).

13. **Fusarium Myosotidis** Cooke Grev. Grev. XVI, p. 49. — Hypophyl- 8075
lum; maculis minutis, irregularibus, pallidis; sporodochiis tenuibus; conidiis fusoideis, curvis, 3-septatis, hyalinis, 30 ≍ 3-4.

Hab. in foliis languidis Myosotidis, Forden Britanniæ (J. E. Vize).

14. **Fusarium protractum** Lév. Ann. Sc. nat. 1848, I, p. 246. — Sporodochiis erumpentibus, elongatis 2–6 mm. long., aurantiacis, initio tectis; conidiis fusiformibus utrinque obtusulis, 1-3-septatis, curvatis. 8076

Hab. ad sarmenta emortua Solani Dulcamaræ, Romainville Galliæ.

15. **Fusarium rutæcolum** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 82. — Sporodochiis roseis, erumpentibus, majusculis, confluentibus, secus corticis rimas dispositis; sporophoris ramosis; conidiis arcuatis, acutis, 1-3-septatis, 40–50 ≂ 4–6. 8077

Hab in ramis dejectis Rutæ graveolentis, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

16. **Fusarium Succisæ** Schröt in Thüm. M. U. n. 675 et Hedw. 1873, p. 180, *F. anthophilum* A. Br. in Rab. F. E. n. 1964. — Acervulis epicorollinis, exiguis, miniatis; hyphis mycelicis 3–4 μ. cr.; conidiis cylindraceis, valde curvatis, utrinque acutis, demum pluriseptatis, 20–60 ≂ 3–4, hyalinis, coacervatis rubellis. 8078

Hab. in partibus super. corollarum Succisæ pratensis, quæ corollæ clausæ manent et mox arescunt et fuscescunt, in Silesia, Bavaria, Borussia.

17. **Fusarium diffusum** Carm. Grev. XVI, pag. 81. — Effusum, aurantium; conidiis fusoideis, acuminatis, subincurvis, 3-5-septatis, hyalinis, 60-70 ≂ 3. 8079

Hab. in caulibus Cardui, Appin Britanniæ. — *F. roseo* affine.

18. **Fusarium oidioides** Speg. in Rev. Myc. 1886, pag. 183. — Maculis nullis, mycelio epiphyllo, laxissime effuso, subpulveraceo, indefinito, albo; hyphis hyalinis, repentibus dense ramosis, gracilibus, 3–4 μ. crass., hinc inde ramulis irregulariter subfasciculatis, rarius solitariis, utrinque non vel vix attenuatis, 5–10 ≂ 4–5, apice truncatis ac 2–3 sterigmatibus papilliformibus brevissimis coronatis; conidiis fusoideis, leniter falcatis, non constrictis, utrinque acutis, hyalinis, 30–50 ≂ 3–4, solitariis. 8080

Hab. ad folia viva Polygoni multiflori in dumetis prope Tokio Japoniæ.

19. **Fusarium ruberrimum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1890, p. 139. — Effusum, intense cinnabarinum; sporophoris curvulis, continuis, simplicibus, 15–18 ≂ 1-1,5; conidiis curvulis v. subrectis, utrinque acutis, ex hyalino aurantio-rubris, 10 ≂ 3. 8081

Hab. in seminibus Onobrychidis sativæ, Paris Galliæ. — *F. roseo* subaffine.

20. **Fusarium æruginosum** Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 110, t. VIII, f. 4. — Sporodochiis magnis, hemisphæricis, e cyaneo æruginosis; sporophoris ramosis, parce septatis, hyalinis, ramis brevioribus; conidiis falcatis, 3-5-septatis, non constrictis, granulatis, hyalinis v. glaucescentibus, 20-25 ≍ 4-5. 8082

Hab. in tuberibus Solani tuberosi, Paris Galliæ.

III. *In Monocotyledoneis.*

21. **Fusarium Iridis** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 63. — Sporodochiis parum distinctis; conidiis cylindraceis, curvulis, utrinque acuminatis, hyalinis, 5-septatis, 40-50 ≍ 3,5. 8083

Hab. in foliis Iridis Pseudacori, Haye Hollandiæ (Destrée).

22. **Fusarium carneolum** Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVII, p. 35. — Sporodochiis superficialibus, exiguis sæpe confluentibus, ceraceis, carneis; sporophoris filiformibus, fasciculatis, tenerrimis; conidiis fusoideo-bacillaribus, utrinque acutis (falcatis), continuis hyalinis, 24-39 ≍ 2-3. 8084

Hab. in foliis putridis Iridis Pseudacori prope Kojo in parœcia Tammela Fenniæ.

23. **Fusarium Asparagi** Briard in Rev. Myc. I Jul. 1890, pag. 142, Suppl. Crypt. Aube p. 138. — Sporodochiis minutis oblongis, 0,5-1 mm. long. 0,2 mm. lat., erumpentibus, roseis; conidiis fusoideis, curvulis v. subrectis, 3-6-septatis, non v. vix constrictis, roseo-pallidis, sub microsc. hyalinis, 40-72 ≍ 5-7. 8085

Hab. in caulibus siccis Asparagi, St.-Parres-les-Tertres pr. Troyes Galliæ.

24. **Fusarium Delacroixii** Sacc. *Fusarium Asparagi* Delacr. Bull. Soc. myc. XV Jul. 1890, p. 99, t. XV, f. III-IV. — Sparsum vel subgregarium, roseo-carneum; sporophoris subsessilibus, ramulis verticillatis; conidiis hyalinis, curvulis v. subrectis, 4-5-septatis, loculis mediis plerumque subprotuberantibus, guttulatis, primo ovatis, continuis v. 1-septatis, 30-40 ≍ 4-5. 8086

Hab. in caule sicco Asparagi officinalis, Herbley pr. Parisios Galliæ. — «An satis diversum a præcedente?»

25. **Fusarium bulbigenum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 49. — Effusum, albidum; sporodochiis in cæspitulos dein confluentes suberumpentibus; conidiis fusoideis, arcuatis vel incurvis utrinque acutis, 3-septatis, hyalinis, 40-50 ≍ 5. 8087

Hab. in bulbis ægrotantibus Narcissi in Britannia.

26. **Fusarium Ampelodesmi** Fautr. et Roum. Rev. Myc. 1891, p. 82. — Sporodochiis amorphis, effusis, tenuibus, sordide albis; conidiis fusoideis, acutissimis, incurvis 5-septatis, 30-40 ≈ 3. 8088

Hab. in foliis Ampelodesmi tenacis, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

27. **Fusarium Caricis** Oud. Microm. I, p. 14. — Sporodochiis minutis, tandem in stratum pallide roseum confluentibus; sporophoris ramosis, ex articulis brevibus, oblongis compositis; conidiis bacillari-fusoideis, utrinque paullum incurvis, 5-septatis, intermixtis paucioribus 3-4-6-septatis, hyalinis, dein 50 ≈ 7. 8089

Hab. in foliis Caricis sp. pr. Hagam Hollandiæ (Destrée).

28. **Fusarium nivale** Ces. in Rabenh. Herb. Myc. Ed. I, n. 1439, *Fusarium oxysporum* Schlech. El. Ber. II, pag. 139? — Sporodochiis primo optime distinctis, punctiformibus, seriatis, e carneo-miniatis, demum in stratum gelatinosum confluentibus; conidiis minutis, parum curvatis, utrinque rotundatis, apiculatis, fere inæqualibus, 1-5-septatis, 14-20 μ. longis. 8090

Hab. in culmis Cerealium hibernantium prope Vercelli Italiæ borealis.

29. **Fusarium Andropogonis** Cooke in Thüm. in M. U. n. 676, et Ellis N. U. F. n. 809. — Sporodochiis erumpentibus, discoideis, exiguis, 200 μ. diam., brunneis, excipulo prosenchymatico fuligineo cinctis; conidiis anguste tereti-fusoideis, curvulis, 3-5-septatis, 33-40 ≈ 3, hyalinis; basidiis filiformibus passim furcatis, hyalinis, conidio brevioribus. 8091

Hab. in culmis emortuis Andropogonis virginiani, Newfield N. J. Americæ borealis. — «Mihi videtur potius *Protostegiæ* species».

30. **Fusarium Tritici** Erikss. in Bot. Centr. 1891, n. 36, p. 299, *F. Tritici?* Liebm. Tidskr. f. Landækon. 1840, p. 515, f. *B*, 1,2, *F. culmorum?* W. G. Smith. Dis. Gard. and Field. Cr. p. 209-210. — Sporodochiis primo sparsis, punctiformibus, nervisequis, aurantiacis, demum diffluentibus; conidiis fusoideis, curvulis, 1-2-septatis, 12-20 ≈ 1,5-2. 8092

Hab. in glumis et valvis Tritici duri, Stockholm Suec.

31. **Fusarium Schribauxii** Delacr. Bull. Soc. myc. 1890 p. 99, t. XV, f. I. — Pallide carneum, sparsum, minutum; sporophoris iterato-verticillatis; conidiis hyalinis, 4-septatis, rectis v. curvulis, levissime constrictis, 35-40 ≈ 6-7. 8093

Hab. in caryopsidibus Tritici sativi germinantibus, socio *Cephalothecio roseo*, Paris Galliæ.

32. **Fusarium miniatulum** Sacc. *F. miniatum* Prill. et Delacr. Bull. Soc. Myc. 1891, p. 117, c. ic., nec Auct. — Miniatum pulvinulatum vel subeffusum; hyphis sterilibus, hyalinis, repentibus, septatis, 2 μ. lat.; sporophoris rectis, simplicibus, continuis, sursum obtuse attenuatis, 10-12 ≈ 2; conidiis fusoideis, curvulis vel interdum subrectis, hyalinis, 3-septatis, 19-22 ≈ 4-5. 8094

Hab. in caryopsidibus putridis Secalis Cerealis, Paris Galliæ.

33. **Fusarium gigas** Speg. Guar. I, p. 174. — Mycelio tenuissimo, effuso, vix perspicuo, arachnoideo, ex hyalino albo-roseo; hyphis repentibus, laxe ramoso-intricatis, remotissime septulatis, 3-4 μ. cr. hinc inde ramulos brevissimos, simplices, monosporos, erectos emittentibus; conidiis cylindraceo-fusoideis, utrinque attenuato-acutatis, 100-130 ≈ 7-8, apice tantum inæquilaterali-subfalcatis, 9-11-septatis, non constrictis, hyalinis. 8095

Hab. ad culmos dejectos Bambusaceæ cujusdam, socio Pyrenomycete sterili, pr. Arroyo-Guazù Brasiliæ.

IV. *In Acotyledoneis.*

34. **Fusarium Agaricorum** Sarraz. in Rev. Mycol. 1887, p. 170. — Sporodochiis gregariis, compactis, parvis, verruculosis, maculas fulvas, dein nigricantes, orbiculares, dein late confluentes efformantibus; hyphis brevibus, ramosis, guttatis, hyalinis; conidiis fusoideis, incurvis, 16-22 ≈ 4. 8096

Hab. in pileo Agarici campestris var. albæ cultæ, Senlis, Oise Galliæ (Cap. F. Sarrazin).

35. **Fusarium Sclerodermatis** Oud. Contr. Mycol. XIII, p. 64 (1889). — Sporodochiis roseis, primitus separatis, dein confluentibus; conidiis fusoideis, curvatis, hyalinis, utrinque acutissimis, imo subapiculatis, vulgo 5-septatis, 40 ≈ $4^2/_3$. 8097

Hab. in Sclerodermate vulgari putri, Schéveningue Hollandiæ (Destrée).

36. **Fusarium Peckii** Sacc. *Fusarium Sclerodermatis* Peck 43 Rep. p. 31 (1890). — Sporodochiis minutis, convexis, rubro-flavis vel aurantiacis; sporophoris subramosis, conidia subæquantibus; conidiis continuis v. obscure 2-3-septatis, subcurvis, utrinque acutissimis, 30-45 ≈ 4. 8098

Hab. in peridio Sclerodermatis vulgaris, Manor Amer. bor. — Probabiliter non satis diversum a præcedente.

37. **Fusarium Ustilaginis** Kell. et Sw. II, Rep. Agr. Kans. pag. 285, 8099
t. IX, f. 1-13. — Compactum, album v. roseolum, effusum; sporophoris erectis, valde ramosis, hyalinis; conidiis fusoideis, sæpius subcurvis, magnitudine variis, 20-66 ≍ 3-6,5 plerumque 2-9-septatis.

Hab. in Ustilagine Avenæ in ovariis Avenæ, Manhattan, Kansas Amer.

38. **Fusarium parasiticum** E. et K. Journ. Myc. 1887, pag. 127. — 8100
Stratum tenue, griseo-album efficiens; sporophoris 35 μ. long., supra valde ramosis; conidiis lunatis, utrinque attenuatis et acutis, leniter subtriseptatis, 20-30 ≍ 3.

Hab. parasiticum in Puccinia Seymeriæ in Seymeria macrophylla, Manhattan, Kansas Amer. bor.

39. **Fusarium uredinicolum** J. Muell. Berichte deut. bot. Gesell. 1885, 8101
pag. 395. — Mycelio endophleo et endophyllo, ramoso, septato, hyalino, ex soris Uredinearum erumpens, ramis fertilibus erumpentibus fasciculatis; conidiis acrogenis, fusoideis, uno v. utroque apice acutatis, 27-48 ≍ 2,5-3, hyalinis, 2-5-septatis.

Hab. in soris Uredinearum ad ramos Rosæ et Rubi in Borussia.

V. In animalibus et in fabrefactis.

40. **Fusarium Acridiorum** (Trab.) Brongn. et Delacr. Champ. paras. des 8102
criquets p. 7-8, *Lachnidium Acridiorum* (Trab.) Giard, *Botrytis* Trab. — Mycelio copioso, albo pluriseptato, ramoso, sinuoso, intus granuloso, hinc inde inflato; hyphis fertilibus brevibus plerumque e partibus inflatis oriundis, mono-tetrasporis; conidiis modo ovoideis continuis, modo oblongis constricto-1-septatis, 11 ≍ 5, modo falcatis 2-4-septatis, 25-35 μ. longis.

Hab. in Acridio peregrino in Algeria. — Hæc species, nec non *Polyrrhizium Leptophyæ* Giard — Syll. IX, p. 356 — quod simul occurrit in Algeria, sec. cl. Brongniart l. c., saprogena sunt nec insecta necant.

41. **Fusarium aquæductuum** (Radl. et Rab.) Sacc. *Selenosporium* 8103
aquæductuum Radl. et Rabenh. in Hedwigia 1861, p. 73. — Stromate libere evoluto, carnoso-floccoso, stratum gelatinoso-fibrosum dilute flavidum formante, floccis septatis, plus minus ramosis sæpius flexuosis, fructiferis erectis, conidiis in superiori floccorum parte lateraliter sparsis, interdum oppositis vel binatis, falcatis, utrinque acutis, septatis, 1-pluri-guttatis, 24,5-59,9 (ex errore 599) ≍ 2,7-4.

Hab. in aquæductibus, sociâ *Zoogloeâ Termone*, urbis München Bavariæ, copiose (Randlkofer).

42. **Fusarium moschatum** (Rab. et Radlk.) Lagerh. in Beiheft. Bot. Centr. 1891, p. 409, *Selenosporium* Rab. et Radlk. (ubi?), *Fusisporium moschatum* Kitasato. — Subgelatinosum, acriter moschatum, pulvinatum, albo-cinereum, dein purpurascens; mycelio ramoso-septato; conidiis variis, sæpe falcatis, acro-pleurogenis. 8104

Hab. in aquæductibus, etiam metallicis, in institutis anatomicis et pathologicis in Germania, Suecia. — Odor fortis moschatus per alcoholem extrahi non potest. Sec. cl. Kitasato in Centralbl. 1889, IV, p. 351, species nascitur in infusione fœni et præbet conidia falcata, 1-septata, 7-13 ≈ 1-1,5, pleurogena.

B) Conidia continua (*Fusamen* Sacc. et *Leptosporium* Sacc.).

43. **Fusarium hypocreoideum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 76. — Sporodochiis convexis, pulvinatis, hypocreiformibus, 1 mm. diam., aurantiis, subdiscoideis; conidiis fusoideis, continuis, hyalinis, 15 ≈ 3. 8105

Hab. in foliis languidis Fici asperæ, Brisbane (Bailey).

44. **Fusarium Poincianæ** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 139. — Erumpens, aurantiacum, discoideum, epidermide cinctum, lineari-seriatum; hyphis fasciculatis, 12-15 μ. longis; conidiis minutissimis, bacteroideis, hyalinis, 3-4 ≈ 1. 8106

Hab. in ramo sicco Poincianæ Gillesii in horto botanico Parma Ital. bor. — « Vix *Fusarium*, an potius *Nœmospora?* ».

45. **Fusarium nucicolum** Karst. et Har. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Sporodochiis aggregatis, sæpe confluentibus, gelatinoso-ceraceis, pulvinatis vel tuberculiformibus, exiguis, nudis, carneis; conidiis oblongatis, utrinque obtusissimis, subinde inæqualibus, solito rectis, continuis hyalinis, 10-20 ≈ 3-5. 8107

Hab. ad epicarpium nucis, Méry-sur-Seine, Aube in Gallia.

46. **Fusarium Patouillardi** Sacc. *Fusarium uredinicolum* Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 127, nec J. Müll. — Minutissimum, sparsum, roseum, subtus stipitiforme, apice ramosum; conidiis ovoideis, simplicibus, elongatis, 10 ≈ 3,5, hyalinis. 8108

Hab. sub soris Pucciniæ pallidissimæ inter perithecia Darlucæ fili, Caracas Venezuelæ.

47. **Fusarium spermogoniopsis** J. Muell. Berichte deut. bot. Gesell. 1885, p. 394. — Dense fasciculatum, ex soris Uredinearum erumpens; hyphis gracillimis, hyalinis; conidiis acrogenis acute ovoideis, 8-9 ≈ 1,5-2,5, granulosis, hyalinis. 8109

Hab. in soris Phragmidii Subcorticii et Phr. Rubi ad sarmenta Rosæ atque Rubi in Borussia.

48. **Fusarium hydnicolum** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 45. — Aculeos Hydni mycelio albo obvolvens; conidiis minutis, subglobosis, 2-2,5 μ. diam. vel ellipsoideis, 2-nucleatis, 3-5 ≍ 2-2,5. 8110

Hab. parasiticum in Hydno membranaceo ad corticem quercinum, Concordia Mo. Amer. bor. (Demetrio).

49. **Fusarium fungicolum** Karst. Rev. Myc. 1890, n. 47. — Sporodochiis sparsis, superficialibus, rotundatis, fulvescentibus, saltem in statu sicco, 0,1 mm. v. paullo ultra cr., hyphis intertextis, continuis, 5-6 μ. cr. cinctis; conidiis anguste fusoideo-elongatis, continuis, rectis v. subrectis, 6-12 ≍ 1; sporophoris 20-30 ≍ 0,5. 8111

Hab. ad lamellas Lenzitis betulinæ in Mustiala Fenniæ (P. A. Karsten). — (Hic animadvertere liceat, sporas *Lenz. betulinæ* esse oblongatas, 5-7 ≍ 2 nec sphæroideas, Karst. loc. cit.)

50. **Fusarium mycophilum** (Karst.) Sacc. *Leptosporium mycophilum* Karst. Symb. Myc. Fenn. XXV, pag. 24. — Sporodochiis effusis, mollibus, tenuissimis, aurantiacis, ambitu subbyssino, albo; conidiis oblongatis, continuis, rectis, hyalinis, 3-4 ≍ 1-1,5. 8112

Hab. in specie indescripta Myxomycetum in regione Aboensi, Merimasku Fenniæ.

51. **Fusarium heterosporoides** Fautrey in Rev. Myc. 1890, pag. 126. — Sporodochiis violaceis, mollibus; conidiis variabilibus, ovoideis, oblongis, rotundatis, hyalinis, guttatis, 10 ≍ 4-5, dein 13-15 ≍ 6-7. 8113

Hab. in Sclerotio Clavo ad Glyceriam fluitantem, Charny, Côte-d'Or Galliæ (F. Fautrey).

52. **Fusarium barbatum** E. et E. Journ. Myc. 1888. p. 45. — Sporodochiis applanatis, subconfluentibus, cinereis, dein aurantiis; hyphis erectis, simplicibus, hyalinis, continuis vel tenuiter septatis, sursum tenuatis, 20-25 ≍ 2,5, apice conidia piriformia, hyalina, continua, 4-6 ≍ 2-2,5 gerentibus. 8114

Hab. in Usnea barbata, Newfield N. J. Amer. bor. — **Bactidium flavum** Kunze, Sacc. Syll. IV, p. 691. Huc fere absque dubio spectat *Ericianella aurea* Brond. Rec. Crypt. Agen. pag. 14, tab. 3.

PIONNOTES Fr. — Sacc. Syll. IV, p. 725.

1. **Pionnotes Pinastri** Karst. in Hedw. 1888, p. 105. — Sporodochiis sparsis vel gregariis, subinde confluentibus, pertenuibus, gelatino- 8115

sis, lutescentibus, pallescentibus vel succineis, minutis; conidiis filiformibus, continuis, rectis, hyalinis, usque ad 90 μ. long., 1 μ. cr.

Hab. in foliis emortuis Pini silvestris in Fennia austr.

2. **Pionnotes Pseudonectria** Speg. F. Guar. II, n. 200. — Sporodochiis 8116
hinc inde per rimulas corticis erumpentibus, subsuperficialibus, solitariis v. 3-10-aggregatis sæpeque confluentibus, subglobosis vel piriformibus, minutis, 250-350 μ. diam., succineo-aurantiis, glabris, levibus; sporophoris e nucleo centrali basalique subparenchymatico-oriundis, dense fasciculatis, cylindraceis, 250-300 ≍ 3, rectis, simplicibus, continuis v. parce septatis, hyalinis, monosporis; conidiis cylindraceis, utrinque attenuatis ac curvulis, 80 ≍ 6, 5-7-septatis, non constrictis, hyalinis.

Hab. ad corticem ramorum putrescentium plantæ ignotæ in silvis pr. Paraguari Brasiliæ.

MICROCERA Desm. — Sacc. Syll. IV, p. 727.

1. **Microcera Clavariella** Speg. Guar. I, p. 175. — Maculis nullis; 8117
sporodochiis cylindraceis, minutis, 250-500 μ. alt., 50-80 μ. cr., simplicibus, apice obtusis, erectis, ceraceis, tenacellis, rigidulis, flavidulis v. carneis, solitariis v. sæpius 2-10 aggregatis e nucleo lenticulari, 0,5-1 mm. diam. concolori, subepidermico, parenchymate innato oriundis, glabris; sporophoris sporodochii superficiem totam obtegentibus (an apicibus ejusdem hypharum?), clavulatis, apice obtusatis v. acutatis, dense ruguloso-strictis, 10-15 ≍ 3, hyalinis, monosporis; conidiis clavulatis, curvulis, 3-5-septatis, non constrictis, 20-27 ≍ 1,5-2, utrinque acutis, hyalinis.

Hab. ad folia viva Eugeniæ sp., sociâ *Phyllachorâ involutâ* pr. Caâ-guazù Brasiliæ.

2. **Microcera pluriseptata** Cooke et Mass. Grev. XVII, p. 43. — Exi- 8118
gua, sparsa, pulvinata, aurantia, sessilis; conidiis bacillaribus, utrinque conico-attenuatis, rectis vel leniter curvulis ad 11-septatis, hyalinis, 100-120 ≍ 10; sporophoris filiformibus, ramosis.

Hab. in Calocera glossoide et in corticibus, Cordova, Mexico (Sallé).

3. **Microcera rectispora** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 4. — Spo- 8119
rodochiis subsphæroideis, subsessilibus, primo rubellis, demum albidis; conidiis elongato-fusiformibus, utrinque acutis, 7-9-septatis, hyalinis, 150-200 ≍ 10; sporophoris brevibus, tenuibus, furcatis, hyalinis.

Hab. ad coccos in Citro Aurantio, Brisbane Australiæ (Bailey).

Sect. 4. Helicosporæ Sacc.

EVERHARTIA Sacc. et El. Syll. IV, p. 729.

1. **Everhartia lignatilis** Thaxt. Bot. Gaz. 1891, p. 204, t. XX, f. 10-12. — Sparsa, superficialis, stipitata vel substipitata, flavida, dein basi nigricante, subcylindracea vel supra expansa, 250-400 ≃ 100-150; conidiophoris septatis, subdichotomis; hyphis sterilibus simplicibus intertextis; conidiis acrogenis, hyalinis, 3-septatis, cylindraceis vel subapplanatis, 4 μ. diam., basi rotundata et apice rostrato in circulum simplicem, 12-13 ≃ 8-9, adproximatis, massa viscosa, flava inclusis. 8120

Hab. in caudicibus udis, Connecticut Amer. bor.

Ser. 2. Tuberculariæ dematieæ

Sect. 1. Amerosporæ Sacc.

EPICOCCUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 736.

1. **Epicoccum Malinvernianum** Cesat. et De Not. in Erb. Critt. It. I, n. 789, Sacc. Syll. IV, p. 742. — Hypophyllum, punctiforme, atrum, effusum v. subcircinnatum; sporodochiis pulviniformibus, fuscis, obscure cellulosis, cellulis periphericis subelongatis, articulatis sporiferis; conidiis sphæricis, fuligineo-fuscis, muriculatis, vix translucidis, decussis, appendicula diaphana auctis. 8121

Hab. in foliis emortuis Mororum, Oldenico Vercelli Ital. bor.

2. **Epicoccum diversisporum** Preuss — Syll. IV, pag. 741. — Sec. Peck 44 Rep. p. 28, conidia variant magnitudine 7-20 μ. diam. Nascitur quoque in ligno plerumque rubefacto Abietis, Wilmurt Lake Amer. bor.

BONPLANDIELLA Speg. Guar. I, p. 175 (Etym. ab ill. bot. A. J. A. Bonpland). — Sporodochia globosa e sporophoris simplicibus, olivaceis coalescentibus, apice liberis ac in appendicem gracilem productis, composita. Conidia globosa, in appendicibus basidiorum dense pleurogena, chlorina, non catenulata. — Genus inter *Tuberculariea*s et *Dematieas* anceps.

1. **Bonplandiella guaranitica** Speg. Guar. I, p. 175. — Sporodochiis 8122

hinc inde laxe aggregatis, hypophyllis, superficialibus, globosis, 150-180 μ. diam., obscure olivaceis, puberulis, matrici arcte adnatis; sporophoris cylindraceis, coalescentibus, olivaceis, apice abrupte cuneato-rotundatis, 65-70 ≈ 3-4, ac in appendicem cylindraceam, 5-20 ≈ 2-3, denticulato-nodulosam, subhyalinam productis; conidiis elliptico-globosis, 1,5 μ. diam., pallide olivaceis v. fumosis, in parte media appendicis basidiorum dense 10-20-pleurogenis, rarius 2-3 acrogenis.

Hab. ad folia viva Sapotaceæ cujusdam, sociâ *Phyllachorâ pulcrâ* Paraguari Brasiliæ.

STRUMELLA — Sacc. Syll. IV, p. 742.

1. **Strumella Darntiana** Roum. et Wint. in Rev. Myc. 1886, p. 213. 8123
— Sporodochiis gregariis, in macula permagna, rotundato-subirregulari, ambitu flexuoso, lobato crenatoque, determinato, albido, margine lato, lutescente et area obscuriori indeterminata, pro maxima parte epiphyllis, parcius hypophyllis, forma variis, sphæriæformibus vel plus minusve elongatis, fere hysteriiformibus, usque ½ mm. longis, atris, erumpentibus, demum superficialibus, ex hyphis erectis vel ascendentibus, crassis, articulatis, deorsum nigricantibus, sursum hyalinis, ramosis (interdum dichotomis) et dense contextis formatis; conidiis ignotis.

Hab. in foliis vivis Artocarpi integrifoliæ in insula Mauritio (Darnty).

2. **Strumella elongata** Bres. Rev. Myc. 1891, p. 33, t. 114, f. X. — 8124
Sporodochiis gregariis vel confluentibus, erumpenti-superficialibus, subpulvinatis, atro-olivaceis, 4-6 ≈ 2 mm.; sporophoris simplicibus vel subramosis, septatis, olivaceis, fasciculatis, 5-6 μ. cr.; conidiis obovato-elongatis, continuis vel demum spurie 3-septatis, 12-18 ≈ 5-6,5.

Hab. in caulibus Sambuci nigræ pr. Leutschau Hungariæ.

3. **Strumella strobilina** Cooke et Mass. Grev. XVIII, p. 20. — 8125
Pustulis gregariis erumpentibus, subprominulis, subglobosis, nigris, 0,25 mm. diam.; hyphis simplicibus vel furcatis, filiformibus; conidiis fusoideis, 1-septatis, utrinque acutis, fumoso-olivaceis, 15-17 ≈ 2,5.

Hab. in conis Abietum, Newcastle Britanniæ. — «An *Epiclinium?*».

4. **Strumella conigena** Br. et Sacc. *Str. strobilina* Br. et Har. Journ. 8126
Bot. 1891, p. 173. — Sporodochiis erumpentibus punctiformibus, pulvinulatis, 150-200 μ. diam. nigricantibus, dense gregariis vel

subconfluentibus; hyphis fasciculatis, subrectis, simplicibus, continuis vel parce septatis, brunneis, 40-50 ≈ 4-5; conidiis oblongo-fusoideis vel subellipsoideis, obtusulis, dilute olivaceis, subhyalinis, continuis 10-20 ≈ 4-5, catenulatis (?).

Hab. in squamis subsiccis strobilorum Pini silvestris, Clermont, Puy-de-Dôme Galliæ.

5. **Strumella hysterioidea** Cooke et Mass. Grev. XVII, pag. 69. — 8127
Sporodochiis gregariis, erumpentibus, prominulis, elongato-ellipticis, hysteriiformibus 1-2 mm. long., 0,5-1 mm. diam., compactis, atris; hyphis brevissimis; conidiis sphæroideis vel subsphæroideis, continuis, olivaceis, 7-8 μ. long.

Hab. in ramis decorticatis, Brisbane Australiæ (Bailey).

6. **Strumella patelloidea** Cooke et Mass. Grev. XX, p. 7. — Sporo- 8128
dochiis orbiculari-patellatis, sparsis, superficialibus, nigris, 1-1,5 mm. diam.; conidiis subglobosis vel ovoideis, continuis, atro-olivaceis, 7-8 μ. diam., sporophoris brevibus suffultis.

Hab. in ligno decorticato in Tasmania (Martin). — Fructificatione *S. hysterioideæ* accedit, sed habitus omnino diversus.

7. **Strumella dealbata** E. et E. Journ. Mycol. 1888, p. 50. — Spo- 8129
rodochiis areolas dealbatas ligni occupantibus, gregariis, erumpentibus, olivaceo-nigris, tuberculiformibus, supra plerumque deplanatis, 1 mm. diam., hyphis vel sporophoris subrudimentariis conidia subglobosa copiosa, subcatenulata varieque affixa, brunnea, rugulosa gerentibus.

Hab. in ligno emortuo, British Columbia Americæ borealis (J. Macoun).

8. **Strumella Sacchari** Cooke Grev. XIX, p. 45. — Sporodochiis gre- 8130
gariis, erumpentibus, nigris, patellaribus vel subclavatis, basi stipitiformi brevi fultis vel cylindraceo-multiformibus, 0,5 mm. diam.; hyphis brevibus, hyalinis, simplicibus; conidiis tereti-ellipsoideis, continuis, pallide fuscis, 10-12 ≈ 3.

Hab. in culmis Sacchari officinarum, Queensland Australiæ (Bailey).

TRIPLICARIA Karst. Hedw. 1889 (Etym. *tripleæ*). — Sporodochia superficialia, convexa, e stratis tribus composita; infimo ex hyphis ramosis fuligineis compacto, intermedio grumoso subcinnamomeo, superiore floccoso, lurido-cinerescente. Conidia pleurogena, sphæroidea, sublevia, hyalina.

1. **Triplicaria hypoxyloides** Karst. loc. cit. — Sporodochiis pulvina- 8131

tis, discretis, connatis vel confluentibus, rarius plus minus effusis, strato imo fusco-atro, intermedio subochraceo-cinnamomeo, superiore ex hyphis ramosis, obsolete articulatis, varie flexuosis, repentibus, circ. 9 μ. crassis laxe composito, 2–4 mm. alt. et lat.; conidiis sphæroideis, 6-8 μ. diam.

Hab. in ligno ramorum Salicis phylicæfoliæ locis uliginosis, umbrosis dejectorum ad Mustiala Fenniæ.

SCLERODISCUS Pat. Journ. de Bot. 1890, p. 66 (Etym. *scleros* durus et discus). — Sporodochia disciformia, brunnea dein nigricantia; hyphæ obsoletæ. Conidia ovoidea, continua, brunnea, totum sporodochium obducentia. — In nonnullis speciminibus adsunt sclerotia endophylla lata, dura, intus alba, fungilli initia forte sistentia.

1. **Sclerodiscus nitens** Pat. loc. cit. fig. 11. — Sporodochiis dense gregariis, 1,5–2 mm. lat., applanatis, subsuperficialibus, nitidis, brunneis dein nigris; conidiis ovoideis, 4–5 ⌀ 1,5–3, bi-triguttulatis, brunneis, copiosissimis. 8132

Hab. in foliis vivis Moreæ cujusdam spinosæ, Fu-Phap et Banton Tonkin.

HYMENOPSIS Sacc. Syll. IV, p. 744.

1. **Hymenopsis decipiens** Passer. Diagn. F. N. IV, n. 141. — Gregaria, e ligno erumpens subhysteriiformis, atra; basidiis densis bacillaribus hyalinis; conidiis cylindraceis, rectis, hyalinis, 6-8 ⌀ 1,5. 8133

Hab. in ramis denudatis Fici Caricæ, Parma Ital. bor.

EPIDOCHIUM Fr. — Sacc. Syll. IV, p. 747.

1. **Epidochium olivaceum** E. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 93. — Sporodochiis solitariis v. cæspitosis, tuberculiformibus, subhemisphæricis, $^1/_2$–$^3/_4$ mm diam., atro-olivaceis, carnosis, dein erumpentibus, discoideis v. subcollapsis; sporophoris simplicibus, validis, 20–30 ⌀ 3–4, continuis, viridulo-granulosis, dein hyalinis, subænualibus; conidiis subfalcatis, obtusis, viridulo-hyalinis, granulosis, continuis, 25–35 ⌀ 5-7. 8134

Hab. in ramis emortuis Fraxini, London, Canada Amer. bor. (Dearness).

2. **Epidochium petiolorum** Kell. et Fautr. in Rev. myc. 1890, p. 168. — Sporodochiis erumpentibus, minutis, vivis læte roseis; sporodochiis simplicibus, fasciculatis, longitudine variis, 3 μ. diam, 8135

Hab. in petiolis dejectis Fraxini excelsioris, Noidan, Côte-d'Or Galliæ (Kellerman).

3. **Epidochium Eucalypti** Cooke Grev. XVI, p. 71. — Sporodochiis erumpentibus, gregariis, sessilibus, atris, tremelloideis, discoideis, plerumque concavis; basidiis filiformibus, ramosis, fuscis; conidiis elongato-ellipsoideis, 10-14 ≍ 3-4, utrinque rotundatis, hyalinis, continuis. 8136

Hab. in foliis emortuis Eucalypti, California Amer. bor.

4. **Epidochium disciforme** (Fr.) Sacc. Miscell. Mycol. n. 2192. *Cryptomyces disciformis* Fr. Cfr. supra p. 48. — Sporophoris fasciculatis, filiformibus e strato proligero lutescente oriundis in clavulam ovatam 10-15 ≍ 8-9 apice dilatatis; sporis..... 8137

Hab. ad ramos Ulmi, Malmedy in Rhenogovia (Libert). — Stirps iterum inquirenda in exempl. orig. Friesianis.

CHÆTOSTROMA Corda. — Sacc. Syll. IV, p. 749.

1. **Chætostroma nigricans** Speg. Guar. I, p, 176. — Sporodochiis amphigenis, densiuscule sparsis, atro-olivaceis, e turbinato globosis, minutissimis, 40-70 μ. diam., sessilibus, margine parce ciliatis; setis minutis, rigidulis, cylindraceo-attenuatis, apice obtusiusculis, basi subbulbosis, 50-85 ≍ 3-5, fuligineis, 5-10-septatis, non constrictis; contextu tenuissime membranaceo, olivaceo, anhisto; basidiis cylindraceis, 7-8 ≍ 4, basi coalescenti evanida, apice cuneato-acutatis, pallide chlorinis; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, 12-15 ≍ 4-4,5, continuis, hyalinis. 8138

Hab. ad folia languida v. emortua adhuc pendula Smilacis sp. in silva Caâ-guazù Brasiliæ.

2. **Chætostroma atrum** Sacc. Syll. IV, p. 749. — Huc spectat *Coccularia graminis* Cooke in Rav. F. Am. n. 557, in foliis Eulaliæ in Amer. bor.

3. **Chætostroma Holoschœni** Passer. Diagn. T. N. V, n. 55. — Sporodochiis globoso-pulvinatis vel interdum cylindricis, atris, setulis olivaceis, spathulatis, sursum attenuatis, tunicatis 180 ≍ 4 basi parce vestitis; conidiis innumeris, cylindraceo-fusiformibus 6-8 ≍ 1,5-2 olivaceis, non vel obscurissime guttulatis, in sporophoris filiformibus dense fasciculatis 25 μ. longis acrogenis. 8139

Hab. in foliis fracidis Scirpi Holoschœni, Vigheffio in torrente Baganza, Prov. di Parma Ital. bor.

MYROTHECIUM Tode — Sacc. Syll. IV, p. 750.

1. **Myrothecium pulchellum** Speg. Guar. I, p. 176. — Sporodochiis amphigenis, sparsis, discoideo-repandis, minutis 100-300 μ. diam. tenuibus, intense viridi-olivaceis, applanatis, zona alba, tomento-sulo-radiante marginatis, matrici arcte adnatis, contextu prosenchymatico; sporophoris cylindraceis, breviusculis, gracillimis, 20-25 ≂ 1, in conidia catenulata apice productis; conidiis cylindraceis utrinque truncatis ac minute 1-guttulatis, 12-13 ≂ 1,5, levibus, dilutissime chlorinis. 8140

Hab. ad folia exsiccata adhuc pendula Luheæ grandifloræ in silvis pr. Guarapì Brasiliæ.

2. **Myrothecium medium** Sacc. et Wint. Hedw. 1883, p. 14. — Sporodochiis gregariis subsuperficialibus, globoso-deprossis, dein subumbilicatis, nigris, vix 1/4 mm. diam.; sporophoris fasciculatis, bacillaribus, 25-30 ≂ 3-3,5, conidio pallidioribus; conidiis fusoideis, rectis, 13-14 ≂ 3-5-4, olivaceo-fuscis. 8141

Hab. in scapis aridis pr. Salem Badeniæ. — Inter *M. ellipsosporum* et *M. trochiloides* medium.

TRICHOSTROMA Corda — Sacc. Syll. IV, p. 752.

1. **Trichostroma fuscum** Karst. Symb. XX, p. 100. — Sporodochiis gregariis, verruciformibus, convexis, siccis, corneis, atro-fuscis, 1,2 mm. lat.; sporophoris undique erumpentibus, dilute olivaceo-fuscis, erectis, septatis, 6 μ. cr.; conidiis oblongatis, ellipsoideis vel ellipsoideo-sphæroideis, hyalinis, 4-6 ≂ 2-4. 8142

Hab. in caulibus aridis Solidaginis canadensis, Mustiala Fenniæ. — *T. olivaceo* affine.

2. **Trichostroma Quercus** Rich. Cat. Champ. Marn. n. Suppl. p. 551. — Gregarium, minutissimum, sphæricum, sordide flavo-viridulum, primo glabrum, dein, apice pezizoideo-disciformi excepto, pilis nigris hirtum; sporophoris hyalinis, ramosis; conidiis ovoideis, 3 μ. long. 8143

Hab. in ligno denudato et udo ramorum Quercus, St. Amand Galliæ.

Sect. 2. Didymosporæ Sacc.

PUCCINIOPSIS Speg. F. Guar. II, n. 202 (Etym. *Puccinia* et *opsis* aspectus). — Sporodochia subglobosa, minuta, superficialia, bioge-

na. Conidia dense constipata, majuscula, clavulata, didyma, stipite brevissimo suffulta, fuscescentia.

1. **Pucciniopsis guaranitica** Speg. F. Guar. II, n. 202. — Maculis amphigenis elongatis indeterminatis 1-10 mm. long. 1-5 mm. lat. arescentibus, zona purpurascente cinctis; sporodochiis sæpius hypophyllis, densiuscule in centro macularum aggregatis globosis minutissimis 50-150 μ. diam. olivaceis; conidiis pucciniæformibus didymis obscure olivaceis, clavulatis 20-28 ≍ 10, apice late v. subtruncato-rotundatis, mucrone pallidiore obtuso plus minusve evoluto auctis, loculo supero crasse tunicato, levibus, glabris, inferne stipitibus mox coalescentibus nucleum carnosulum efformantibus, pallidioribus suffultis. 8144

Hab. ad folia viva Cocoes Yatai in montanis Sierra de Peribebuy Brasiliæ. — Species pulcherrima conidiis teleutosporas *Pucciniæ* cujusdam perfecte æmulantibus.

EPICLINIUM Fr. — Sacc. Syll. IV, p. 754.

1. **Epiclinium phacidioides** Sacc. et Romell sp. nov. — Sporodochiis amphigenis erumpentibus, discoideis, minutis, nigricantibus, phacidioideis, 0,2 mm. diam.; hyphis fasciculatis, suberectis, septatis, 60-90 ≍ 5-6, olivaceo-fusco-ochraceis e basi stromatica cellulosa obscuriore oriundis, apice in conidia ovato-oblonga sæpius constricto-didyma, utrinque rotundata 8-15 ≍ 6-8 abeuntibus. 8145

Hab. in foliis ramulisque emortuis Arctostaphyli prope Upsala Sueciæ (L. Romell).

Sect. 3. Phragmosporæ Sacc.

EXOSPORIUM Link — Sacc. Syll. IV, p. 755.

1. **Exosporium sociatum** Ell. et Ev. Proc. Acad. Phil. 1891, p. 93. — Sporodochiis amphigenis, erumpentibus, minutis, demum ob conidia numerosa subpulvereis; sporophoris conidia æquantibus; conidiis oblongis, rectis v. subcurvis, utrinque sæpius subacutis, 12-15 ≍ 4-5, atro-brunneis, 3-septatis. 8146

Hab. in foliis Aceris rubri, Bayon Chene, Louisiana Amer. bor. (Langlois).

2. **Exosporium pusillum** Karst. Symb. XVII, p. 164. — Sporodochiis gregariis v. confertis, subinde confluentibus, subsuperficialibus, atrofuscis, pusillis; conidiis clavatis, 6-septatis, fuligineis, 39-50 ≍ 9. 8147

Hab. in gemmis emortuis Alni glutinosæ pr. Vasam Fenniæ.

3. **Exosporium deflectens** Karst. Fragm. Myc. Fenn. XXIII, p. 2.— 8148
Sporodochiis sparsis, epiphyllis, sphæriæformibus, rotundatis, obovoideis vel difformibus, erumpenti-superficialibus, glabris, olivaceo-atris, circiter 0,2 mm. diam.; conidiis oblongatis vel cylindraceis, rectis utrinque obtusissimis, 3-septatis, ad septa vix vel leniter constrictis, dilute flavo-fuligineis, pellucidis, 14-20 ≈ 5-6; basidiis cylindraceis, brevibus, dilute fuligineis.

Hab. in foliis emortuis Juniperi communis circa Mustiala Fenniæ, passim (Onni Karsten). — Ad *Coryneum* vergit. Cum Læstadia juniperina (Ellis) Sacc. mixtim crescit.

Sect. 4. Dictyosporæ Sacc.

SPEGAZZINIA Sacc. Syll. IV, p. 758.

1. **Spegazzinia tessarthra** (B. et C.) Sacc. Syll. IV, n. 3582. — Huc, teste Cooke, cui assentior, spectat *Triposporium cristatum* Pat. Bull. Soc. Myc. 1888, p. 125, t. XX, f. 7, pariter nascens in foliis Graminum in Venezuela.

FUNGI FOSSILES

AUCTORE

ALOYSIO MESCHINELLI S. D.

PRÆFATIO

In terrestri compagine inter copiosa et splendida herbaria, quibus natura nostrum globum diversis ævis geologicis exornavit, fungi quoque vestigia haud dubia reliquerunt.

Ab ævo carbonifero vegetabilia hæc per posteriores geologicas series semper et numero et elementis augescunt quoad ad præsens ævum perveniant, quo maximum incrementum consequuta esse videntur.

Quorum vegetabilium pauca post carboniferum ævum vestigia invenies, nam tertiarium attingere opus erit, ut hunc vegetabilium ordinem et optime explicatum et conspicuo tam generum quam specierum numero descriptum invenire possimus.

Species hæ tertiariæ tot sunt ut specierum omnium anteriorum simul collectarum numerum longe superent.

Ævo quaternario specimina huius vegetabilis ordinis invenimus, quæ, etsi numero pauca, tamen ad familias pertinent, quarum structura superior et multiplex est.

Verum maximam eorum explicationem fungi nostro hoc ævo attigerunt, quo evolutionis apice forsitan consequuto, per intelligentes assiduasque illustrium mycologorum investigationes extraordinarium momentum adsumpserunt.

Ab expositis colligimus fungorum explicationem perpetuo ascendenti motu augere; ita ut hodie explicatio hæc culmen attigerit.

Quod ex variis causis, præcipue vero ex physicis condicionibus, in quibus vegetabilia hæc versabantur, proficisci videtur, ut liceat sane adfirmare eorum explicationem auctam esse postquam cosmicæ condiciones nostri planetæ ad præsentem rerum ordinem accesserunt. Et sane thermicæ et udometricæ vicissitudines nostri ævi amplioris propagationis potestatem præbent huic floræ, quæ vitam viresque ex aliena dissolutione sumit.

Idque ex hodiernæ mycologicæ floræ studio satis comprobatum videtur. Enim vero harum cryptogamarum plura magisque varia specimina illis in regionibus latitudinibusque invenies, quibus temperaturæ humiditatisque variationes juxta diversa anni tempora maximæ notantur.

Ex cosmicarum condicionum studio, quibus carbonifero ævo noster planeta utebatur, eo scilicet ævo, quo primitus fungi apparuere, facile eruitur ipsas ad hæc vegetabilia augenda minime aptas fuisse. Equidem ævo illo, calore et humiditate æque in orbe distributis, nondum climaticæ variationes inceperant.

Quo caloris tenore ætate jurassica et oolitica permanente, nulla quoque anni temporum distributio habetur.

Ævo cretaceo tantum tenor hic perturbatur et in orbe levissima vicissitudo incipit. Hoc anni temporum indicium primum.

Nihilominus tertiario ævo tantum et præcipue extremis ejusdem ævi momentis incipiunt anni temporis vicissitudines; tunc tantum cosmicæ condiciones iis, quibus planeta noster hodie utitur, aliqualiter comparari possunt.

Fungorum igitur explicatio eorumque consequens propagatio longe aliter ac fortuita apparet; immo etiam cosmicis phænomenis in terrestri superficie subsequutis intime connexa.

Fossilium fungorum inopia præ aliis vegetabilibus omnibus alia recte panditur ratione, idest harum cryptogamarum structura; ex illis enim multæ, quippe quæ natura ipsa molles et carnosæ et ideo lapidefactioni ineptæ, perpaucissima sui vestigia reliquerunt. Et sane ex profusissima copia mollium fungorum hodie in orbe vigentium pauci admodum in statu fossili supersunt; attamen antiqua eorum existentia nobis ex insectorum reliquiis, quæ cum exceptione carnosis fungis sese nutricant, probatur.

Et ideo ex fossilibus fungis maxima pars ad epyphyllas species reducitur, quæ tunc etiam, prout in præsenti, illorum ingentium nemorum plantas frequentes habitabant.

Nobis autem de fungis singillatim loquentibus dubitatio illa silentio prætereunda non erit, quæ etiam nunc non modo ad generum sed et ordinum et tribuum characteres spectat, in quæ a palæophytologis distribuuntur. Quæ incertitudo ab ipsa fossilium conservationis condicione pendet, quippe qui examini microscopico fere semper inepti, ut in classes redigantur, characteres tantum morphologicos externos præbeant.

Characteres vero isti in epiphyllis speciebus ad perpauca rediguntur; scilicet generalis forma, margo, papillarum numerus concavitas seu convexitas media, ostiolum, sulcus, rima longitudinalis, areola circumstans, peritheciorum color, mutua dispositio, eorum super folii paginas situs, ii sunt characteres externi, parum quidem specifici, tamen plus minusve generibus et ordinibus diversis communes. — Characteres generum ad fungos fossiles in classes redigendos adhibitos examinanti facile compertum erit eosdem characteres, quibus ad eorum distinctionem utimur, sæpenumero fallaces, ita ut vera et secundum rationem divisio minime institui possit.

Ita exempli gratia ad genus *Sphæria* rediguntur formæ, quæ ob externos characteres æque adscribi possent tum hodiernis generibus *Sphærella*, *Læstadia*, *Leptosphæria* etc., ex *Sphæriaceis*, tum generibus *Septoria*, *Phyllosticta*, *Ascochyta* etc., ex *Sphæropsideis*; item generi *Xylomites* adscripta fuerunt

specimina, quæ ob characteres morphologicos externos æque pertinere possent ad genera *Stegia*, *Actinothyrium*, *Æcidium*, *Uredo*, *Phacorhiza*, *Uromyces*, *Stictis* etc. Unde quamvis audax non tamen improbanda illa cl. Massalongi [1]) sententia, quæ ait: Stricte loquendo omnia fungorum parasiticorum specimina hucusque e tertiariis formationibus effossa describenda essent sub unico nomine, exempli gratia *Fungites*, ut olim Algæ *Algacites*, folia omnia dubia *Phyllites*, fructus *Carpolithes*, flores *Antholithes* vocabantur.

His de causis omnibus nominibus, quibus fungorum genera exprimuntur, desinentiam *ites* adjungendam censui, ut clarius ab adhuc vigentibus distinguerentur, quibus quamvis intimis conjungantur rationibus, tamen absolute æquari nequeunt.

Quod si hæc de characteribus generalibus, quid de specificis loquendum?

Mycologiam fossilem a multis, quibus obnubilatur, erroribus et tenebris nonnisi exactis observationibus ac exemplarium, quibus singulæ species constitutæ fuere, comparatione expurgari posse puto. Tunc tantum taxonomiam fungorum fossilium satis veridicam habebimus, quæ sane absolutissima evadet quum microscopii ope interna fungillorum constitutione inspecta organorum carpomorphorum structuram singillatim perscrutari licebit. Nonnullæ quidem species tali examini jam subjectæ fuere, at major earum pars scientificis subtilibusque his investigationibus se subtraxit, adeo ut certa ratione ad earum specificam essentiam et perfectam in classes distributionem determinandas adhuc careamus.

Et forsan quis mihi fungorum fossilium monographiam conscribenti objiciet prius species jam recognitas et rationes, quibus earum distributio innititur, cribrandas fuisse. Sed opus hoc, utilissimum sane, non æque facile illi, cui exemplaria, e quibus species istæ depromptæ fuerunt, desunt, dum icones tantum, illæque minus propriæ atque non satis perspicuæ (nisi aliquando et hæc omnia desiderentur), in præsto sunt ita ut diagnosi deficienti et nonnullarum modo specierum inniti tantum possit. Mihi igitur, quas vehementer optaveram, systematis fungorum fossilium emendationes peragere, quamvis totis viribus huic operi incumberem, impossibile fuit.

Clarissimus quoque Heer [2]) promptæ et subtilis horum vegetabilium disquisitionis necessitatem adstruens, multas ipsorum antiquas species hodiernis apprime respondere autumat. Nostri quoque ævi palæophytologis [3]), nullis

---

1) *A. Massalongo* et *G. Scarabelli*. — Studi sulla flora fossile e Geologia stratigrafica del Senigalliese, Imola 1859, p. 81.

2) *Heer* Fl. tertiaria Helv. III, p. 242 et 256.

3) *Schenk A.* Die fossilen Pflanzenreste, Breslau 1888, p. 16. — *Solms-Laubach H.* Einleitung in die Palaeophytologie vom botanischen Standpunkt, Leipzig 1887, p. 35. — *Lesquereux L.* Contributions to the fossil Flora of the Western Territories, P. II, The Tertiary Flora, pag. 33 (Un. St. Geol. Survey of the Territories, VII, 1878). — *Schimper und Schenk.* Palæophytologie pp. 70-72 (Handbuch der Palæontologie von K. A. Zittel, II Abth., München 1879-90). — *Geyler H. Th.* Ueber fossile Pflanzen von Labuan (Vega-expeditionens vetenskapliga arbeten, IV, p. 487).

scientiæ botanicæ regulis species usque adhuc descriptas inniti sentientibus, plenissime et ego subscribo.

Quidquid tamen de hac re notatu digna reperi, hæc colligenda duxi, aliquantulum utilitatis palæophytologiæ conferre putans, quia etsi istorum vegetabilium reliquiæ botanicæ scientiæ bonum parum augent, tamen ceu chronologicæ comparationis modos ad consimiles species quæ, in posterum eruerentur, describendas et eorum omnium phylogeneticam historiam enarrandam, quammaxima opportunitate adhiberi posse censui.

His igitur fretus rationibus brevi specierum ad nostram usque ætatem detectarum descriptioni, operum titulo, in quibus descriptio ipsa reperitur, numquam silentio prætermisso, locorum, naturæ et ætatis formationum ad quam spectant, indicia semper adjungenda curavi.

Observationes demum majori cujusque speciei declarationi inservientes et eas, quas potui, cum hodiernis aut aliis antiquis quoque speciebus comparationes non prætermisi.

Ceterum hæc mea, quæcumque sit, opella illi, qui majori ingenio præditus elucubrationi subtiliori horum vegetabilium perutilem disquisitionem instituet, facilius saltem præbebit iter.

Nunc autem priusquam de alio loquar mihi sunt maximæ gratiæ agendæ cl. **F. Lampertico,** vicetino, regni italici senatori, cl. **P. A. Saccardo,** regi Horti botanici patavini præfecto et cl. doctori **Lester F. Ward** Washingtonensi, qui consilio et officiis mihi maxime suffragati sunt.

Cohors 1. **Hymenomyceteæ**

AGARICITES L. (*Agaricus*) sensu latissimo.

1. **Agaricites Wardianus** Mesch., Di un probab. agaric. mioc., Atti Soc. Ven. Trent. Di Sc. Nat., vol. XII, fasc. II, pag. 312, t. VIII, Mesch. et Squin. Fl. tert. it. p. 7. — Pileo convexo-expanso, margine acutiusculo, 8 mm. lato, centro 3 mm. crasso; hymenio..... non distincto; stipite subcentrali, tereti, obclavato, 7 mm. longo, prope medium 3 mm. crasso. 8149

   Hab. in marga cinerea aquitaniana Chiavon in agro vicetino Italiæ bor.

LENZITITES Fries (*Lenzites*), Sacc. Syll. V, p. 637.

1. **Lenzitites Gastaldii** Heer in Gastaldi, Cenn. vert. foss. p. 38 (*Lenzites*), Eug. Sismonda, Matér. p. servir à la Paleontol. du terr. tert. du Piémont; Memor. d. Acad. d. scienze di Torino, 1865. Schimp., Tr. Pal. Veg., V, I, p. 144, Mesch. et Squin. Fl. tert. it. p. 6. — Pileo dimidiato, superne anguste concentrice zonato-piloso, inferne coriaceo-lamelloso, lamellis robustis ramosis. 8150

   Hab. in fragmentis truncorum in formatione helvetiana, Collina di Torino Italiæ borealis.

ARCHAGARICON Hancock et Atthey, Foss. Fungi Northumb. Coal-Field, in Ann. Mag. Nat. Hist., 1869, n. 22, p. 226, t. IX. — Conceptacula forma varia sed plerumque orbicularia vel elliptica, plus minus depressa. Filamenta (hyphæ) ramosa hinc inde in vesiculas inflatas vel spinulis vel verrucis conspersa.

1. **Archagaricon bulbosum** Hancock et Atthey, Foss. Fungi Northumb. Coal-Field, in Ann. Mag. Nat. Hist., 1869, n. 22, p. 226, t. X. — Filamentis (hyphis?) circ. 25 μ. diam., ramis primariis subrectis, longis, leniter sinuosis, ramis secundariis valde contortis, involutis, confertis, raro papillosis, sæpe in vesiculam globosam magnam desinentibus, basi nodulis plerumque 2-3 minoribus superpositis, ramulorum diametro 3-4-plo præditis. 8151

   Hab. in stratis carboniferis Northumberland Britanniæ. — Sec. Cohn (Cfr. Bot. Jahresb. 1873, p. 435) cum filamentis adsunt corpuscula copiosa globosa v. ellipsoidea, forte sporæ.

2. **Archagaricon globuliferum** Hancock et Atthey loc. cit. — Filamentis magnitudine variis, majoribus circiter 12,5 μ. diam., levibus 8152

simul et ramulis rectis vel subsinuosis, nodulis numerosis, tubulorum diametro 5-6 majoribus, vesiculis sphæricis maximis 312 μ. diam. præditis.

Hab. in stratis carboniferis Northumberland Britanniæ. — Ab *A. bulboso* differt ramis rectis, levibus, minutis, nodulis numerosioribus et præcipue vesicularum magnitudine.

3. **Archagaricon radiatum** Hancock et Atthey loc. cit. — Filamentis magnis, 42 μ. diam., brevibus, levibus, subtortuosis, irregulariter e centris radiantibus, marginibus non semper parallelis, sed plerumque subirregulariter sinuosis. 8153

Hab. in stratis carboniferis Northumberland Britanniæ.

4. **Archagaricon dendriticum** Hancock et Atthey loc. cit. — Filamentis minutissimis, 1,6 μ. diam., dendritice cæspitosis, vesiculis magnis, ellipsoideis interpositis, apparenter terminalibus. 8154

Hab. in stratis carboniferis in Northumberland Britanniæ.

5. **Archagaricon conglomeratum** Hancock et Atthey, loc. cit. — Filamentis magnis, inæqualibus, 16,5 μ. vel ultra diam., interdum usque ad 8,3 μ. diam. constrictis, anastomosantibus, cellulis magnitudine variis, subinde numerosissimis conglomerato-conspersis. 8155

Hab. in stratis carboniferis, Northumberland Britanniæ.

POLYPORITES Fr. (*Polyporus*) sensu lato.

1. **Polyporites mollis** Fr. (*Polyporus*) — Sacc. Syll. VI, p. 113 — f. **succinea** Conw. Monog. d. Balt. Bernsteinb. 8156

Hab. in succino ad mare Balticum.

2. **Polyporites Igniarius** Linn. (*Boletus*) Heer Die Pflanzen d. Pfahlb. Naturforschende Gesell. LXVIII Stük, Zürich 1866, p. 42 (*Polyporus*) Coppi Paleont. modenese p. 136, Sacc. Syll. VI, pag. 180 (*Fomes*). 8157

Hab. in formatione placentina vallis Tiepido in agro mutinensi Ital. bor. (Coppi).

3. **Polyporites nigricans** Fr. (*Polyporus*). Sacc. Syll. VI, pag. 180 (*Fomes*). 8158

Hab. in turfa (torba) ad lacum Fimon et in valle Fontega pr. Vicenza Ital. bor.

4. **Polyporites foliatus** Ludw. Jüngere Wetteraner Braunkohle in Palæontogr. vol. V, p. 85, t. XVI (*Polyporus*), Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 143. — Fungus ligneus, pileo rugoso in zonas lamellatas concentricas diviso, lamellis in discum coadunatis; tubulis hymenii per stratus complures superpositis, canali cylindrico. 8159

Hab. in lignite pliocenica, Dorheim Wetteraviæ Germ. bor. — *Polyp. igniario* L. similis.

5. **Polyporites Sequoiæ** Heer Nachtr. z. mioc. Fl. Grönlands pag. 7, t. I, f. 1 *a*, Tert. Fl. v. Grönland p. 48. — Pileo suberoso, zonato radiatim striato. 8160

Hab. adhærens eidem petræ fragmento in quo adsunt ramuli Sequoiæ Sternbergi et nuculæ Biotæ; facillime crevit super truncos ejusdem Sequojæ, Netluarsuk Groenlandiæ.

6. **Polyporites lucidus** Leyss (*Boletus*), Mass. Fl. foss. Senig. p. 80 et nota, Sacc. Syll. VI, p. 157 (*Fomes*). 8161

Hab. in formatione quaternaria in agro bergomensi Ital. bor. ad ramos Salicis seu Populi.

7. **Polyporites vaporarius** Fries (*Polyporus*) — Sacc. Syll. VI, p. 311 (*Poria*) — f. **succinea** Conw. Monog. d. Balt. Bernsteinb. 8162

Hab. in succino ad mare Balticum.

8. **Polyporites sp.** Ludw. Ueb. mitteldeutsche Tertiarbildungen in Zeitschr. deutsch. geol. Gesell. IX, Bd. 1857, p. 184. 8163

Hab. in argilla miocenica (mayenciana?) Dorheim-Wülfersheim Wetteraviæ Germ. bor. — Loc. cit. nulla adest descriptio.

9. **Polyporites Bowmani** Lindl. et Hult. Foss. Fl. of Great Brit., vol. I, n. 65, Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, pag. 144, Ung. Gen. et Species p. 40, *Carpolithes umbonatus* Sternb. 8164

Hab. in stratis carboniferis Comitatus Denbigh, Britanniæ bor. — Potius piscis squamam vel molluscorum concham quam fungum refert.

DÆDALEITES Pers. (*Dædalea*), Sacc. Syll. VI, p. 370.

1. **Dædaleites quercinus** L. (*Agaricus*), Mass. Fl. foss. Senig. p. 80 et nota, Sacc. Syll. VI, p. 370 (*Dædalea*). 8165

Hab. in trunco Quercus formationis quaternariæ ad S. Bonifacio in agro veronensi Italiæ borealis.

2. **Dædaleites volhynicus** Eichwald Hist. nat. Lithuan. Volhyn. et Podol. 1820 (*Daedalea*), Lév. Considérat. mycol. p. 63. 8166

Hab. in sabulo tertiario, Bilka Volhyniæ Rossiæ.

TRAMETITES Fr. (*Trametes*), Sacc. Syll. VI, p. 334.

1. **Trametites Pini** Brot. (*Boletus*) — Sacc. Syll. VI, p. 345 (*Trametes*) — f. **succinea** Conw. Monog. d. Balt. Bernsteinb. 8167

Hab. in succino ad mare balticum.

HYDNITES L. (*Hydnum*), Sacc. Syll. VI, p. 430.

1. **Hydnites argillæ** Ludw. Palæontogr. v. VIII, p. 57, t. VIII, f. 1 *a-e* (*Hydnum*), Ettingsh., D. foss. Fl. d. ält. Braunkohl. d. Wett. (Sitz. d. k. k. Ak. d. Wiss. 1868, p. 815), Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 143. — Pileo irregulariter ovali, convexo, centim. 6 metiente, aculeis tenuibus longis, stipite centrali. 8168

   Hab. in argilla aquitaniana Münzenberg Hassia Darmst. Germaniæ centr.

2. **Hydnites antiquus** Heer Fl. tert. Helv. v. III, p. 149, t. CXLII, f. 24 (*Hydnum*), Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 143, t. I, fig. 24. — Aculeis brevissimis, papilliformibus, geminis, regularibus. 8169

   Hab. in marga aquitaniana Rochette prope Lausannam Helvetiæ, rarissime. — *H. suaveolenti* Scop. similis.

Cohors 2. **Phycomyceteæ**

PERONOSPORITES Corda (*Peronospora*), Sacc. Syll. VII, 1, p. 244.

1. **Peronosporites antiquarius** Smith in Gardener's Chronicle 1877, Oct. 20, vgl. Academy Nov. 17, Geolog. Record for 1887, p. 377, Botan. Jahresb. VII, Jahrg. 1879, p. 135, Massee Brit. Phyc. p. 213, f. 136. — Mycelio varie ramoso, septato, 7-9 μ. cr.; oogoniis in ramulis brevibus, sæpius acrogenis, rarius intercalaribus, globosis v. basi leniter tenuatis, 40-60 μ. diam. 8170

   Hab. in axi vasculari Lepidodendri formationis carboniferæ West Jorkshire Angliæ.

PROTOMYCITES Ung. (*Protomyces*), Sacc. Syll. VII, 1, p. 319.

1. **Protomycites protogenes** W. Sm. Diseas. of Field and Gard. Crops p. 333, f. 140, Massee Br. Fungi Phyc. p. 212, f. 135. — Mycelio parcissimo 18 μ. cr.; oogoniis sphæricis, circ. 200 μ. diam., oosporis solitariis 130 μ. diam. 8171

   Hab. in radiculis Lepidodendri in formatione carbonifera Angliæ.

Cohors 3. **Hypodermeæ**

PUCCINITES Pers. (*Puccinia*), Sacc. Syll. VII, 2. p. 600.

1. **Puccinites lanceolatus** Ettingsh. Die tert Fl. v. Haering in Tirol. Abh. k. k. Geol. Reichsanst. v. II, Wien 1855, pag. 26, tab. IV, 8172

f. 11. — Epiphyllus, maculas longitudinales formans 3-8 mm. long., 0,5-1 lat.

Hab. in foliis plantæ cujusdam monocotyledoneæ in marga bituminosa tongriana ad Haering Tiroliæ (Sec. cl. Ettingshausen propter dispositionem macularum Pucciniam Graminis et P. arundinaceam in mentem revocat).

PHELONITES Fr., *Æcidium* Auct. p. p.

1. **Phelonites lignitum** Fresen. Ueber Phelon. lign. Palæont. vol. VIII, p. 155, t. LXII, f. 1-15, Ettingsh. D. foss. Pfl. ält. Braunkohl. Wett. Sitz. k. k. Ak. Wien. 1868, pag. 14. — Pseudoperidiis rotundis, elongatis v. irregularibus, interdum e mutua pressione triangularibus, usque ad 8 mm. metientibus, minute areolatis, brunneolis, subinde ad viridem vergentibus; æcidiosporis irregulariter angulosis, sæpius hexagoniis, 55,5-83 μ. diam., levibus. 8173

Hab. in fragmento semina Glyptostrobi continente in lignite Salzhausen et Bommersheim in agro vogelsbergensi Hassia Darmst. Germ. centr. — *Æcidio strobilino* viventi affinis.

ÆCIDITES Pers. (*Æcidium*), Deb. et Ett. D. Urw. Thalloph. d. Kreideg. v. Aachen u. Maestricht Denksch. k. Ak. der Wiss. XVI Band, p. 312, Sacc. Syll. VII, 2, p. 774.

1. **Æcidites stellatus** Deb. et Ett. D. Urw. Thalloph. d. Kreideg. v. Aachen u. Maestricht Denksch. k. Ak. d. Wiss., XVI Band, p. 212, t. III, f. 2, 3. — Pseudoperidiis coacervatis, ad 5-7 irregulariter stellatim in lamina folii dicotyledonei inferiore dispositis, circ. 0,5 mm. diam. 8174

Hab. ad folia Dryophylli in argillis arenacei dicti aquisgranensis. *Rhytismili Populi* Heer quodammodo similis.

2. **Æcidites Rhamni-tertiariæ** Engelh. Ueb. d. foss. Pfl. d. Süsswass. v. Grasseth ein neu. Beitr. z. foss. Fl. Böhmens (*Æcidium*) in N. Acta Ac. Leop.-Carol. Halle 1881, Bd. XLIII, n. 4, p. 283, t. II, (XI), f. 1. — Pseudoperidiis depresse poculiformibus, ad 0,5 mm. maximum metientibus, plerumque nervicolis sed passim internerviis, copiosissimis, folium demum hinc inde inæqualiter elevantibus. 8175

Hab. in arenaria tongriana prope pagum Grasseth ad Falkenau Bohemiæ, ad folia Rhamni Rossmässleri Ung. — Species *Æcidio Rhamni* Pers. ad folia Rh. Frangulæ L. hodie vigenti valde similis.

3. **Æcidites subcornutus** Goepp. Tert. Fl. Schossnitz p. 1, t. I, f. 18 8176

(*Æcidium*) Tert. Fl. Insel Java p. 150. — Pseudoperidiis maculosis, margine lacinioso, laciniis cylindricis elongatis.

Hab. ad folia Quercus in argilla cinerea tortoniana Schossnitz prope Vratislaviam. Mac. circ. 3-7 mm. diam. *Æc. cornutum* in mentem revocat.

Cohors 4. **Pyrenomyceteæ**

EUROTITES Link (*Eurotium*), Sacc. Syll. I, p. 25.

1. **Eurotites elegans** Göpp. u. Menge in Göpp. Ueb. Bernsteinflora 8177
Monatsber. Kön. preuss. Ak. Wiss. Berlin 1853, pag. 453 (*Eurotium*).

Hab. in succino Borussiæ. — Loc. cit. nulla adest descriptio.

ROSELLINITES De Not. (*Rosellinia*), Sacc. Syll. I, p. 252.

1. **Rosellinites congregatus** (Beck) Engelh. Ueb. Ross. congreg. Beck 8178
sp., eine neue Pilzart a. d. Braunkohlenf. Sachs. Sitz. Ges. Isis in Dresden 1887, Abh. 4, t. I, fig. 1-9, in Bot. Centralbl. 1888, II, p. 304, *Cucurbitariopsis congregata* Beck Oligocän v. Mittweida, Zeitschr. deutsch. geol. Ges. XXXIV, 4, Berlin 1883, p. 752. — Peritheciis glabris, plerumque in acervulos dense confertis, nigris, nitentibus obtuse conicis, basi orbiculari donatis, apice disco plano, margine subelevato, circulari coronatis, ostiolo papilliformi, e disci centro oriente; ascis non visis; sporidiis continuis, brunneis, elongatis, plerumque subincurvis.

Hab. in formatione lignitica oligocenica Saxoniæ (H. Engelhardt) et in «Flötz» Brandis pr. Lipsiam Saxoniæ (Beck).

LÆSTADITES Auersw. (*Læstadia*), Sacc. Syll. I, p. 420.

1. **Læstadites Nathorstii** Mesch. conf. Eriksson in Nathorst Fl. foss. 8179
du Japon Kongl. Sv. Vet. Ak. Handl. vol. 20, n. 2, pag. 75, t. I, f. 2, 2*a*. — Peritheciis sparsis, sphæroideis, atris, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. latis; ascis ovoideis, 26-30 mm. longis; sporidiis (6-nis) hyalinis, oblongatis, 12-14 mm. longis, 6-10 mm. crassis, simplicibus.

Hab. in folio indeterminato in argilla postpliocenica Mogi Japoniæ. — Perithecia in icone fere circulariter et inter sese approximate disposita.

LEPTOSPHÆRITES Ces. et De Not. (*Leptosphæria*), Sacc. Syll. II, pag. 13.

1. **Leptosphærites Lemoinii** Ch. Richon Soc. Botan. de France v. XXXII, 1885, p. VIII, t. X. — Fungus ascophorus; peritheciis simplicibus, atris, levibus, nitidulis, sparsis, semiemergentibus, hemisphæricis, ostiolo crasso, pertuso instructis, nucleo fulvo; ascis et paraphysibus non visis; sporidiis fusoideis, curvulis, triseptatis, loculo pænultimo protuberante, fuscis, 25 μ. longis; fungus spermogonium: spermogoniis, magnitudine et forma peritheciorum, spermatia minutissima, simplicia, allantoidea, in series concatenatas includuntibus. 8180

Hab. in culmis vel foliis Monocotyledoneæ fossilis cujusdam, prope Reims Galliæ.

TREMATOSPHÆRITES Fuck. (*Trematosphæria*), Sacc. Syll. II, p. 115.

1. **Trematosphærites lignitum** (Heer) Beck Oligocän v. Mittweida Zeitschr. Deutsch. geol. Gesell. XXXIV Bd., Hft 4, p. 752 (*Trematosphæria*), *Sphæria lignitum* Heer Foss. Fl. of Bovey Tracey Phil. Trans. MDCCCLXII, t. LV, f. 1, Pengelly et Heer, The lign. form. Boveg Tracey, Devonshire p. 29, t. IV, f. 1-3, Ettingsh Die foss. Fl. d. tert. Beck. v. Bilin I, Denkschr. k. Ak. Wien 1866, p. 85, Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 133, t. I, f. 16 *b, c.* — Peritheciis gregariis, liberis, conicis, nigris, apice nitidis, papillatis, ostiolo minuto circulari pertusis; sporidiis fusoideis, constricto-2-3-septatis, raro 1-septatis, 32-42 = 9-11. 8181

Hab. in cortice Sequoiæ Couttsiæ?, Bovey Tracey, Devonshire Brit. austr. in cortice Glyptostrobi europæi Heer, Priesen, prope Bilin Bohemiæ in argilla plastica mayenciana. — Ex grege *Trematosphæriæ pertusæ,* etiam *Amphisphæriæ umbrinæ* valde similis, a qua magnitudine minori et septatione differt.

SPHÆRITES Hall. (*Sphæria*) sensu latissimo. — Omnes species dubiæ, nam, ignota fructificatione, nescimus utrum ad Sphæriaceas, an ad Sphæropsideas pertineant.

I. *Foliicolæ.*

1. **Sphærites deperditus** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, p. 147, t. CXLII, f. 2 (*Sphæria*) Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parschlug, Denkschr. k. Ak. Wiss. XXXVIII, Bd. I, Abth. p. 84, t. V, f. 3, 8182

Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 132. — Peritheciis minutis, ovalibus, convexiusculis, nigris, sparsis, circ. 0,25 mm. diam.

Hab. ad folia Palæolobi Sotzkiani. in marga aquitaniana Monod pr. Lausanne, ad foliola Cassiæ hyperboreæ, in schisto margaceo tortoniano, ad Parschlug Steiermark.

2. **Sphærites persistens** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, p. 147, t. CXLII, f. 14 (*Sphæria*), Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 133, t. I, f. 17 *b*, *c*, *Phacidium persistens* Gaud. Fl. foss. Env. Lausanne Bull. Soc. Vaud. Sc. nat. vol. V, p. 360. — Peritheciis immersis, circ. 0,5 mm. diam., breviter ovalibus vel rotundato-disciformibus, ostiolo papilliformi. 8183

Hab. ad folia Cassiæ phaseolitis, Monod Helvetia in marga aquitaniana.

3. **Sphærites Dalbergiæ** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, p. 148, t. CXLII, f. 21 (*Sphæria*), Schimp. Tr. Pal. Vég. v. I, p. 133. — Peritheciis sparsis, majusculis, circ. 1 mm. diam. discoideis, ostiolo latiusculo pertusis. 8184

Hab. ad folia Dalbergiæ retusifoliæ, in calcareo albo tortoniano Locle Helvetiæ, in topho vulcanico albo tortoniano Hohenkraehen, prope Muhlhausen Alsatiæ.

4. **Sphærites hyperboreus** Heer Mioc. Fl. Spitzb. p. 30, t. XIII, f. 41 (*Sphæria*), Schimp, Tr. Pal. Vég. v. III, p. 431. — Peritheciis minutis, punctiformibus, orbiculatis, sparsis, ostiolo lato. 8185

Hab. ad folia Rubi scabriusculi, in arenaria nigra miocenica cap. Staraschin Spitzberg. — *Sph. disperso* Heer similis.

5. **Sphærites Amygdali** Engelh. Tertiärfl. Jesuitengr. Nordböhmen Nova Acta Acad. Leop.-Carol. vol. XLVIII, n. 3, Halle 1885, p. 310, t. VIII, f. 10, 10*a* (*Sphæria*). — Peritheciis rotundatis, raro leviter angulosis, parvis, circ. 1 mm. metientibus, immersis, margine folii insidentibus, limbo nigro circumdatis. 8186

Hab. ad folia Amygdali in schisto bituminoso aquitaniano Jesuitengrabens prope Kundratitz Bohemiæ borealis.

6. **Sphærites Weberi** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, p. 302 (*Sphæria*), Rech. s. le climat et la Vég. du pays tert. pag. 105 et nota. — Peritheciis orbiculatis, supra subconcavis, medio ostiolo papilliformi perforato ornatis. 8187

Hab. ad folia Amygdali peregrinæ, Vogelsberg pr. Fulda. — *Xylomiti umbilicato* Web. valde affinis.

7. **Sphærites Eucalypti** Ettingsh. Foss. Fl. v. Sagor, Denkschr. k. Ak. Wiss., Bd XXXII, Wien 1872, pag. 161, tav. I, f. 8 (*Sphæria*), 8188

Voss Wilh. Mat. z. Pilzk. p. 221. — Peritheciis partim sparsis, partim aggregatis, subglobosis, magnis, apice ostiolo latiusculo pertusis.

Hab. ad folia Eucalypti, in marga aquitaniana pr. Savine, apud Sagor Carnioliæ.

8. **Sphærites milliarius** Ettingsh. Die tert. Fl. v. Haering. Abh. k. k. 8189
Geol. Reichs. II Bd., Wien 1855, pag. 26, t. IV, f. 8, 9, *Sphæria milliaria* Engelh. Tertiärfl. Jesuitengr. in Nardböhmen, Nova Acta Acad. Leop.-Carol. vol. XLVIII, n. 3, Halle 1885, p. 309, t. VIII, f. 1. — Peritheciis simplicibus, discretis, minimis, punctiformibus.

Hab. ad folia Myrtacearum ad Haering Tiroliæ in marga bituminosa tongriana, in schisto bituminoso aquitaniano Jesuitengrabens pr. Kundratiz Bohemiæ borealis. — Parum a *Sph. punctiformi* Ung. diversus et fortasse cum illo ad *Sph. venisequum* Göpp. reijcendus sec. cl. Massalongo (St. sulla fl. foss. e geol. stratigr. d. Senigall. p. 84).

9. **Sphærites baccharicola** Sap. Dern. adjonct. à la Fl. foss. d'Aix en 8190
Provence p. 5, t. I, fig. 3 (*Sphæria*). — Peritheciis minutissimis, circ. 1-1,50 mm. diam., sparsis, orbiculatis, convexioribus, ostiolo centrali pertusis, secus nervos nervulosque præsertim insidentibus.

Hab. in foliis Baccharitis (*Lomatitis*) aquensis Sap. in schisto margaceo liguriano Aix in agro Narbonensi Galliæ.

10. **Sphærites concentricus** Mass. Lett. a Scar. p. 8, n. 2, Synops. Fl. 8191
foss. Senog. p. 4, Fl. foss. Senog. t. I, f. 17-18, *Sphæria concentrica* Baily Rep. of Comm. Tert. (Miocene) Fl. Basalt of North Ireland. Report 49th. Meet. Brit. As. Adv. Sc. at Sheffield London 1879, p. 164. — Peritheciis duplicibus, concentricis, umbonatis conicis prominulis, apice truncatis, papillatis, perforatis.

Hab. ad folia Cissi ulmifolii Mass., in marga gypsacea tortoniana Senogallia in agro umbro Italiæ centralis et in formatione miocenica ripæ orientalis fluminis Lough Neagh, prope Sandy Bay Irlandiæ septentrionalis.

11. **Sphærites atomarius** Mass. S. Piante foss. vic. pag. 58 Conspect. 8192
Fl. prim. bolc. p. 10. — Peritheciis punctiformibus, simplicibus, distinctis, in circulum concentrice dispositis, impressis, areolas 4-5 mm. diam. efformantibus.

Hab. ad folia Solandræ Heliadum Mass., in calcareo margaceo aquitaniano inferiori «Salcedo» in agro vicetino. Ital. bor. — *Sph. punctiformi* Pers. affinis.

12. **Sphærites cretaceus** Heer Fl. foss. arctica vol. VII, p. 1, t. LX, 8193

f. 2, 2 *b* et p. 35 (*Sphæria*). — Peritheciis numerosis, orbiculatis, 1-1,5 mm. latis, ostiolo rotundato pertusis.

Hab. ad folia Viburni zizyphoidis, in argilla rubra formationis cretacæ superioris Patoot Groenlandiae.

13. **Sphærites Palaeo-Sapindi** Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parsch. in Steierm. Deukschr. k. Ak. Wiss. XXXVIII, Bd. I, Abth. pag. 85, t. III, f. 2, 3, 5 (*Sphæria*). — Peritheciis sparsis, immersis, orbiculatis, magnis, circ. 1 mm. diam., apice ostiolo minuto, fere punctiformi pertusis. 8194

Hab. ad foliola Sapindii Pythii, in schisto margaceo tortoniano ad Parschlug in Steiermark. — A *Sph. Mureti* Heer ostiolo minore distincta sec. cl. Ettingshausen.

14. **Sphærites Suessii** Ettingsh. Foss. Fl. v. Sagor. Deukschr. k. Ak. Wiss. Bd. XXXII, Wien 1872, pag. 161, t. I, f. 5, 6 (*Sphaeria*), Voss Wilh. Mat. z. Pilzk. pag. 221. — Peritheciis orbiculatis vel ellipticis, subplanis, nigris, distinctis v. sæpe confluentibus, in circulum 1,5-2 mm. diam. dispositis et maculam pallidam circumdantibus. 8195

Hab. ad folia Rhamni, in marga aquitaniana prope pagum Savine Carnioliæ (Austria).

15. **Sphærites Rhamni** Ettingsh. Die foss. Fl. d. Tert.-Beck. v. Bilin Denkschr. Ak. Wien XXVI, Bd. I, pag. 8, t. I, fig. 12 (*Sphæria*), Schimp. Tr. pal. vég. vol. III, p. 431. — Peritheciis subaggregatis, rotundato-ellipticis, circ. 1-2 mm. diam., paullulum convexis, apice ostiolo rotundato pertusis. 8196

Hab. ad folia Rhamni in argilla plastica mayenciana Priesen prope Bilin Bohemiæ. — *Sph. evanescens* Heer majorem peritheciorum convexitatem et majorem ostioli exiguitatem exhibet. Etiam cum *Sph. Mureti* Heer comparanda, sed species Heerii peritheciorum magnitudine, eorum immersione et majore ostioli latitudine diversa.

16. **Sphærites evanescens** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, pag. 147, tab. CXLII, fig. 16, 17 (*Sphæria*), Schimp. Tr. pal. Vég. vol. I, p. 133, Engelh. Ueb. Cyprissch. Nordböhm. Zitz. naturw. Gesell. «Isis» Jahrg. 1879, p. 135, t. VII, fig. 1, *Phacidium evanescens* Gaud. Fl. foss. Env. Lausanne Bull. Soc. Vaud. Sc. nat. vol. V, p. 360. — Peritheciis sparsis, 1-2 mm. latis, rotundatis, convexis, sat magnis, ostiolo minuto pertusis. 8197

Hab. ad folia Rhamni Gaudini Heer in marga aquitaniana

Monod Helvetiæ et in argilla tortoniana inf. Linkes Egerufer inter Falkenau et Königswerth Bohemiæ.

17. **Sphærites sp.** Geyler Foss. Pfl. v. Labuan Vega-Exp. vetensk. Iakttagr. Bd. IV, Stockholm 1887, pag. 488, t. XXXII, f. 3, 3 *a* (*Sphæriopsis*). — Peritheciis minutis rotundatis, circ. $^1/_4$-$^1/_5$ mm. diam., irregulariter dispositis, ostiolo minutissimo pertusis. 8198

Hab. ad folia illis Evonymi Javanici Blume similia in argilla insulæ Labuan prope Borneo. — *Sph. pustulæ* Pers. quodammodo similis.

18. **Sphærites vetustus** Sap. Ess. s. l. vég. à l'ep. d. mar. Heers de Gelinden Mém. Acad. Roy. Belgique XXXV, 1873, p. 63, t. XII, f. 1, 1 *a* (*Sphæria*). — Peritheciis discoideis, exacte circularibus, convexis, margine angusto cinctis centroque ostiolo impresso notatis, 1-1,5 mm. diam. 8199

Hab. ad folia Celastrophylli Benedenii Sap. et Mar. in formatione eocenica inferiori (Mauduniana) Overbroeck pr. Gelinden in provincia Limbourg Belgii.

19. **Sphærites effossus** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, p. 148, t. CXLII, fig. 19, 20 (*Sphæria*), Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parschlug. Denkschr. k. Ak. Wien, XXXVIII, Bd. I, Abth. p. 84, Schimp. Tr. Pal. Vég. vol. I, pag. 133. — Peritheciis sparsis, omnino discoidois, circ. 0,5 mm. diam., planiusculis, ostiolo rotundato pertusis. 8200

Hab. ad folia Ilicis stenophyllæ, in calcareo tortoniano Oeningen Helvetiæ et in schisto margaceo tortoniano ad Parschlug Steiermark in eadem specie.

20. **Sphærites transiens** Sap. Dern. adjonct. à la Fl. foss. d'Aix en Provence pag. 7, t. I, f. 4 (*Sphæria*). — Peritheciis minutissimis $^1/_5$-$^1/_4$ circ. mm. diam., sparsim gregatis, convexiusculis, orbiculatis, ostiolo pertusis. 8201

Hab. in foliis Zanthoxyli aquensis Sap. in calcareo liguriano, Aix, Narbonne Galliæ.

21. **Sphærites Palæo-Lentisci** Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parschl. in Steierm. Denkschr. ibid. p. 85, t. I, f. 3 (*Sphæria*). — Peritheciis sparsis et fere confluentibus, minutissimis, punctiformibus, nigris. 8202

Hab. ad folia Pistaciæ lentiscoidis Ung. in schisto margaceo tortoniano ad Parschlug, Steiermark.

22. **Sphærites venisequus** Göpp. Die Tertiärfl. v. Schossnitz in Schlesien pag. 3, t. I, f. 9, 10 (*Sphæria*), Tertiärfl. a. d. Insel Java 8203

p. 150. — Gregarius (ægre oculo haud armato visibilis); peritheciis inæqualibus, minutissimis, discretis, nervorum decursum sequentibus.

Hab. ad folia Rhois quercifoliæ Göpp. in argilla tortoniana Schossnitz prope Canth ad Vratislaviam. — Sec. cl. Massalongo (St. s. Fl. foss. e geol. stratigr. Senigall. p. 84) species hæc a *Sph. minuto* Göpp. et a *Sph. milliario* Ettingsh. non differt.

23. **Sphærites minutissimus** Ettingsh. Foss. Fl. Sagor Denkschr. k. Ak. Wiss. Math.-Nat. Cl. L, Wien 1885, p. 2, t. XXVIII, f. 2, 2 *a*, *b* (*Sphæria*). — Peritheciis sparsis, nonnumquam ad nervos secundarios seriatis, minutissimis, rotundatis, nigris, ostiolo conformi pertusis. 8204

Hab. ad fragmentum foliorum Rhois in marga aquitaniana prope pagum Savine Carnioliæ (Austria). — A *Sph. interpungenti* Heer propter maximam peritheciorum exiguitatem distincta.

24. **Sphærites Bumeliarum** Sap. Dern. adjonct. à la Fl. foss. d'Aix en Provence p. 5, t. I, f. 12 (*Sphæria*). — Peritheciis orbiculatis, minutis mm. 0,25 circ. diam. prominulis, sparsim paginæ inferiori foliorum *Bumeliæ* affixis, nervulis præsertim insidentibus aut etiam contiguis, ostiolo centrali parvulo donatis. 8205

Hab. in foliis Bumeliæ subspathulatæ Sap. in calcareo margaceo liguriano Aix, Narbonne Galliæ.

25. **Sphærites achreius** Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parschlug in Steierm. l. c. p. 84, t. V, f. 4 (*Sphæria*), Foss. Fl. v. Leoben. Denk. k. Ak. Wiss. LIV Bd. I Abth. Wien 1888, p. 265, t. I, f. 7. — Sparsus, peritheciis minutis, punctiformibus, interdum confluentibus, ostiolo minuto rotundato pertusis. 8206

Hab. in foliis Achratis lycobromæ in argilla miocenica media Moskenberg prope Leoben Steiermark et in eadem specie in marga tortoniana Parschlug, Steiermark.

26. **Sphærites atomicus** Mass. Lett. a Scar. p. 8, n. 3 Fl. foss. Senig. t. I, f. 4, 5. — Peritheciis punctiformibus minutissimis, regularibus, discretis dispersisque, circ. $^1/_3$-$^1/_4$ mm. diam. 8207

Hab. ad folia Ardiniæ daphnoidis Massal. in marga gypsacea tortoniana Senogallia in agro umbro Italiæ med. — Sec. cl. Massalongo a *Sph. atomario* Mass. dispositione et concentricitate peritheciorum distinctus.

27. **Sphærites Duncani** Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parschlug in Steierm. Denkschr. l. c. pag. 84, t. III, f. 4 *a* (*Sphæria*). — Peritheciis sparsis, omnino orbiculatis, immersis, apice ostiolo rotundato pertusis. 8208

Hab. in foliis Andromedæ glaucæ in schisto margaceo tortoniano ad Parschlug, Steiermark.

28. **Sphærites antheræformis** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, p. 147, tab, CXLII, f. 8, 9 (*Sphæria*), Ettingsh, foss. Fl. Schönegg. Denkschr. k. Ak. Wien, LVII Bd. pag. 6, *Hysterium antheræforme* Schimp. Tr. pal. vég. vol. I. pag. 137, t. I, f. 23, 23 *b*. — Peritheciis minutis, oblongis, medio carinatis, sparsis, nigris, 1 mm. long., 0,5 mm. latis. 8209

Hab. ad folia Andromedæ protageæ in calcareo tortoniano Locle Helvetiæ, in argilla subflava Neu-Josephi-Tagbau prope Wies, Steiermark.

29. **Sphærites Vaccinii** Sap. Dern. adjonct. à la Fl. foss. d'Aix en Provence p. 6, t. I, f. 5 (*Sphæria*). — Peritheciis minutis $^1/_4$-$^1/_2$ mm, circ. diam., dense sparsis, convexis, orbiculatis, ostiolo apicali rotundo pertusis. 8210

Hab. ad folia Vaccinii elliptici Sap. in calcareo liguriano Aix, Narbonne Galliæ.

30. **Sphærites Ungeri** Ettingsh. Beitr. z. Kennt. d. foss. Fl. v. Parschl. in Steierm. Denkschr. k. Ak. Wien XXXVIII, Bd. I. Abth. p. 85, t. III, f. 1 (*Sphæria*). — Peritheciis sparsis, minutis (ex icone parum visibilibus), orbiculatis, subplanis, apice ostiolo latiusculo rotundato pertusis. 8211

Hab. ad folia Vaccinii Ungeri Ettingsh. in schisto margaceo tortoniano ad Parschlug in Steiermark. — A *Sphær. effosso* Heer peritheciis subplanis et a *Sphær. Dalbergiæ* Heer, peritheciis minoribus distinctos sec. cl. Ettingshausen.

31. **Sphærites Cinnamomi** Sap. Dern. adjonct. à la Fl. foss. d'Aix en Provence p. 4, t. I, f. 2 (*Sphæria*). — Peritheciis majusculis 2-3 mm. circ. diam., orbiculatis, convexiusculis, foliorum *Cinnamomi camphoræfolii* paginæ inferiori affixis, nervulis aut inter nervulos insidentibus. 8212

Hab. ad folia Ciannamomi camphoræfolii Sap. in schisto margaceo liguriano Aix Narbonne Galliæ.

32. **Sphærites circulifer** Heer Fl. tert. vol. III, pag. 147. tab. CXLII, f. 3 (*Sphæria*), Ettingsh D. foss. Fl. d. Tert. Beck. v. Bilin Denkschr. k. Ak. Wien, CLXXVI Bd. I, p. 8, t. I, f. 7, Schimp. Tr. Pal. Vég. vol. I, p. 133. — Peritheciis minutissimis, nigris, in circulum dispositis. 8213

Hab. ad folia Lauri principis in calcareo albo tortoniano Locle Helvetiæ, ad folia Betulæ argillæ plasticæ mayencianæ Prie-

sen prope Bilin Bohemiæ. — Dispositione peritheciorum *Gnomoniæ Coryli* similis.

33. **Sphærites dispersus** Heer Fl. tert. Helv. vol. III, pag. 147, tab. CXLII, f. 6 (*Sphæria*), Schimp. Tr. Pal. Vég. vol. I, p. 133. — Peritheciis minutissimis, globosis, sparsis, nigris, 0,25-0,50 circ. mm. diam. 8214

Hab. ad folia Lauri primigeniæ in marga aquitaniana, Rivaz Helvetiæ.

34. **Sphærites limbatus** Ettingsh foss. Fl. v. Sagor Denkschr. k. Ak. Wiss. XXXII Bd. Wien 1872, p. 160, t. I, f. 11, 12, *a*, *b* (*Sphæria*). Voss Wilh. Mat. z. Pilzk. p. 221. — Peritheciis sparsis, minutis, subangulatis, irregulariter orbiculatis v. ellipticis, limbo pallido cinctis, ostiolo rotundato pertusis. 8215

Hab. ad folia Lauri stenophyllæ in marga aquitaniana prope Savine apud Sagor Carnioliæ, Austria.

35. **Sphærites Palæo-Lauri** Ettingsh. foss. Fl. v. Leoben Denkschr. K. Ak. Wiss. LIV Bd., I Abth., Wien 1888, p. 265, t. I, f. 6, 6 *a* (*Sphæria*). — Peritheciis minutissimis, 0,10-0,20 circ. mm. diam., punctiformibus, nigris, interdum confluentibus, ostiolo rotundato pertusis. 8216

Hab. ad folium Lauri cujusdam in argilla miocenica media Moskenberg prope Leoben Steiermark. — Sec. cl. Ettingshausen *St. interpungenti* Heer similis, a quo peritheciis confluentibus et matricis diversitate tantum differt.

36. **Sphærites eugeniophilus** Mass. Syll. pl. foss. p. 17. 8217

Hab. ad folia Eugeniæ laurifoliæ Mass., in formatione oecenica media montis Bubulcæ in agro veronensi Italiæ bor.

37. **Sphærites münzenbergensis** Ettingsh. Foss. Fl. Leoben Denkschr. k. Ak. Wiss. LIV, Bd. I, Abth. Wien 1888, p. 265, t. I, f. 8, 8 *a* (*Sphæria*). — Peritheciis sparsis minutis 0,20–0,50 mm. circ. diam., subrotundis, subimmersis, nigris, ostiolo rotundato pertusis. 8218

Hab. ad folium Laurineæ cujusdam, in argilla aquitaniana, Münzenberg, Hassia Darmst. Germ. centr. — A *Sph. deperdita* Heer peritheciis majoribus et matricis diversitate distinctus.

38. **Sphærites socialis** Heer Foss. Fl. of Bovey Tracey tab. LXV, f. 13 (*Sphæria*), Schimp. Tr. Pal. Vég. vol. I, pag. 133, Engelh. Ueb. Braunkohlenpfl. v. Meuselwitz, Mittheil. dem Osterlande, N. Folge vol. II, Altenburg 1884. — Peritheciis congregatis, minutissimis $1^1/_2$ mm., orbiculatis, ostiolo rotundato pertusis. 8219

Hab. ad folia Dryandroidis lævigatæ Heer Bovey Tracey

Devanshire Brit. autr. in lignite aquitaniana et in lignite oligocenica Meuselwitz Saxonia-Altenburg.

39. **Sphærites regularis** Goepp. Web. Fl. Nied. Palæontographica II, t. 8, f. 1, p. 40, Mass. Lett. a Scarab. p. 8, n. 1, Fl. foss. Senig. t. I, f. 11, 12, Synops. Fl. foss. Senog. p. 3. — Peritheciis simplicibus 0,5-1 circ. mm. diam., discretis, subscutellæformibus, subrotundis, regularibus. 8220

Hab. ad folia Daphnes Rucellajanæ Massal. in marga gypsacea tortoniana, Senegallia in agro umbro Italiæ bor.; in lignite Liessem, Niederheim, Rott, Orberg ad folia Salicis grandifoliæ Web. — A *Sphærite Braunii* Heer paullo diversus.

40. **Sphærites Palæo-Daphnes** Ettingsh. Foss. Fl. Leoben Denkschr. K. Ak. Wiss. LIV Bd., Abth. Wien 1888, p. 266, t. I, f. 5, 5 *a* (*Sphæria*). — Peritheciis minutissimis, 0,20-0,50 circ. mm. diam., punctiformibus, nigris, sparsis, ostiolo pertusis. 8221

Hab. ad folia Daphnes sp. in argilla miocenica media Moskenberg pr. Leoben, Steiermark. — Sec. cl. Ettingshausen *Sph. Palæo-Lauri* valde affinis, ab eo peritheciis leviter majoribus distinctus.

41. **Sphærites Palæo-Santali** Ettingsh. Foss. Fl. Schoenegg Denkschr. k. Ak. Wiss. LVII Bd. p. 6, t. 1, f. 1, 1 *a*, 2 (*Sphæria*). — Peritheciis minutissimis, $^1/_{10}$-$^1/_3$ circ. mm. diam., punctiformibus, nigris, sparsis, ostiolo rotundato pertusis. 8222

Hab. ad folia Santali styriaci Ettingsh. in argilla subflava Johanni-Stollen prope Wies Steiermark.

42. **Sphærites Myricæ** Lesquer. Contrib. to the foss. Fl. of the West terr. Parte II, The tert. Fl. p. 34, t. I, f. 4 (*Sphæria*). — Peritheciis punctiformibus, minutis, sparsis seu in circulum dispositis, maculas rotundas efficientibus. 8223

Hab. ad folia Myricæ Torreyi Lesq. in formatione cretacea superiori Black Buttes Station in Wyoming et in foliis Myricæ nigricantis in formatione eocenica Green River in Wyoming Amer. bor.

43. **Sphærites perforans** Goepp. Ueb. Braunkohlenfl. d. Nordöst Deutschl. Zeitsch. d. Deutschen geol. Gesell. Berlin 1852, pag. 487, Tert. Fl. v. Schossnitz in Schlesien, pag. 2, tab. I, fig. 3, 4, D. Tertiärfl. a. d. Insel Java pag. 150. — Sparsus; peritheciis simplicibus minutis, 0,5-1 circ. mm. diam., crassiusculis, profunde impressis, stromati punctiformi innatis, apice ostiolo pertusis. 8224

Hab. ad folia Ulmi pyramidalis Göpp. in argilla tortoniana Schossnitz prope Canth ad Vratislaviam.

44. **Sphærites glomeratus** Engelh. Tertiärfl. Jesuitengr. in Nordböhmen, Nova Acta Acad. Leop. Carol. vol. XLVIII, n. 3, Halle 1885, p. 310, t. VIII, f. 4 (*Sphæria*). — Peritheciis minutis, 0,2 circ. mm. diam., globosis, confluentibus, maculas 1-2 circ. mm. latas efficientibus. 8225

Hab. ad folia Ulmi plurinerviæ Ung., in schisto bituminoso aquitaniano, Jesuitengrabens prope Kundratitz Bohemiæ borealis.

